COMMENTARIA D. AND. Alcia. in Rubri. iuris Canonici, nunc primùm in lucem eduntur ad omnium ſtudentium utilitatem.



Excudebatur Lugduni Anno Dñi M. ·D. XLII.

¶ *Ad candidum, pontificijq; iuris ſtudioſum lectorem,*

Epiſtola.

SI præclara illa immortaliſq; in utriuſq; cenſuræ eruditione Germana ac natiua Andreæ Alciati amplitudo ac maieſtas humana cōditione maior ſatis amplā ſuarum laudum materiam, ingenijs etiā parum fœcundis per ſeſe non ſuppeditaret, ſuauiſsime lector, longiori encomiorū themate atq; ordine, ſuis ipſum coloribus depingere contenderem: paucisq;, ut uulgò ſolent (niſi tam multis opus eſſet, ut ne ullus quidem tantarum laudū pelagi finis reperiri poſſet) quod res ipſa ſatis indicat, perſtringerem. Quia uerò Andreas Alciatus non uir, ſed gemma eſt, cuius tam inauditum tamq; celebre nomen nec aliena contumelia, nec aſcititijs Rhetorū fucis, nec amplificationum præſtigijs ſit attollendum: nihil horū inſuſurrandum inculcandumq; cenſui, quæ iam ipſis etiam alienigenis proſtant, omniq; ſeſe ſtudio meritò prædicāda exhibent: quanquam etiā ita ſit rerū omnium conditio: ut, niſi obtundas & frangas hoc hominum uulgus, nihil agas. Iam autem, ex his omnibus, quæ ex eiuſdē Alciati luculentiſsima deſyderatiſsimaq; doctrina ac prælectionibus doctiſsimis poſtremis æditionibus prodiere, inq; hominū iam extant manibus, habes lector ſtudioſiſsime, neſcio quot in pontificio, aut (ſi mauis) canonico iure conſcriptas rubricas: quarum ſi tu lectionem paulò altius auidiusq; deguſtaris, Deum immortalem, quàm ſcitè

loquitur,

loquitur, quàm argutè disserit, quàm prudenter definit, quamq; summatim breuiterq; singula singulis cōferēdo, suo omnia ordine cōplectitur, perstringit, absoluit. Nam res per se uereq; præclaras, satis est uel nudas oculis ostē disse. Neq; enim cōueniens fore uisum est, qui iam toties, idq; à uiris tam singulari facūdia præditis prædicatus fue rit, cum uulgato more, inuidiosis illis contentionibus, non sine cæterarum disciplinarum contumelia deprædicare. Tu igitur, amice lector, qui iuris prudentiæ scopum atq; apicem longò desyderas studio & labore cōsequi, has nō contemnēdas lucubratiōes molestioribus tuis uigilijs inserere, ijsq; (mihi crede) enchiridij loco utere: quæ tibi quā tumuis reclamanti nō uulgarem eruditionem utilitatemq; sunt allaturæ. Has tu amplectere, exosculare, & deama, quæ tibi incredibilis laboris ac molestiæ beneficio, omniū autem studiosorū zelo, quo Vincentius ille à Portonarijs inter omnes, quotquot sunt, Lugdunēses Bibliopolas lite rariæ reipub. amātißimus obseruantißimusq; omnes prosequitur, tibi iamprimùm excusæ, elegantioribusq; typis concinnatæ, sunt expositæ. Maiora posthac expectans, si hæc licet parua, sua tamē doctrinæ grauitate magnifaciē da non contempseris, quinpotius amplexatus fueris atq; cōfoueris. Quicquid enim, inquit Horatius, sub terra est, in apricum proferet ætas. Nec quicquā est tam arduum, tamq; occultum, aut difficile, quod non suo tēpore lucem accipiat, ac in hominum manus tandē deueniat. Tot enim & tam incomparabilium ingeniorum milibus uniuersus exultat orbis, ut nemo homo sit, qui de literarū decoramento, ac literatorum repub. bene sperare debeat: modò

sibi quisq; bene cõsulens non permittat, ut tam fœlix sæculum aut torpedine, aut miseranda segnitie pessum eat: imò uerò diligenti studio, ac rerum omnium sedula perscrutatione triumphet: & animus ipse bene natus, naturaliter tamen sopitus ac torpens, & bonum quod est, quantùm potest, declinans, nociuum autem ac uetitum expetens, longo rerum omnium usu, indefessa uigilantia, inexplebiliq; præclararum scientiarum desyderio resupinetur & uapulet. Tu igitur scientißime lector, ne tuum animuim pluribus meis nugamentis obtundam, hæc tibi iurisprudentiæ cupido non parum delectationis additura bonis auibus excipe, grauioribus tuis commisce studijs, continuoq; studio reuolue. Sis fœlix, & si quid est minus cultum aut elaboratum, mutuo officio leuiter expunge, & æqua litura nota.

FINIS.

D. ANDREAE ALCIATI COMMENTARIA IN TITVLVM DE OFFICIO ORDINARII.

RVBRICA.

NOTA EX ISTA RVbrica, quòd legatus † papæ, dignior est 1
cæteris Ordinarijs. quod probatur, argumentando à situatione titulorum: Argm ab ordine titulorum.
quod argumentum ualet, ut per Barto. in rubrica. ff. de eo per quem factum erit. & in. l. iij. ff. de confirmando tutore. Nam illi, de quibus prius tractatur: censentur digniores. l. ij. ff. de albo scriben. Quod tamen intellige, ut infra dicam.

¶ Sed, † nunquid idem est in delegato principis, ut dica- 2
tur dignior Ordinario? Domi. Alex. & Moder. in rubri. ff. de officio eius, cui &c. dicunt quòd sic: per tex. in cap. studuisti, supra titu. 1. & in cap. sanè, & cap. pastoralis, supra titu. ij.

¶ Et facit quod not. Abb. in capi. cum contingat, supra de rescrip. Per quæ iura, post multa argumenta: in effectu concludit Alex. quòd delegatus principis, est dignior, & maior Ordinario: Sed iurisdictio ordinaria est firmior: quod intelligunt Moder. in rubri. supra tit. ij. quòd delegatus sit maior, nedum respectu causæ sibi cõmissæ, sed etiam absolute & generaliter loquẽdo. Sed, aduerten

dum est, quia ista conclusio, ita simpliciter intellecta: non est uera. Et quòd delegatus, nõ sit maior, probatur, quia sicut ipse repræsentat principem: ita etiam Ordinarij *repræsentant, & dicũtur gerere uices principis, ut est tex. in autenti. de appellationi. §. simili. ibi, uice sacri cognitoris: & in. l. 1. in fine. C. de offi. uicarij.* Bene *facit, quod no.* Iaco. *de* Belui. *in autenti. ut defuncti seu funera. §. fin. per illum textum: ubi probatur, quòd* Ordinarij *dicuntur habere iurisdictionem, nedum à lege, sed etiam à principe.* Quòd *autem non sit dignior, probatur alia ratione.* Nam *magistratus* Ordinarij, *alij sunt* Superillustres, *alij* Illustres, *aliijq; Spectabiles, & alij* Clarißimi: *qui sunt gradus dignitatum, ut est glos. in. §. cumq; hoc, in procemio institut.* Et *nota. in. l. 1. ff. de offi. eius, cui &c.* Et *istis æquiparantur etiam* Ordinarij *de iure cano. capitulo secundo infra, de officio lega. lib. vi.* Sed *delegati non comprehenduntur in aliquo istorum graduum, iure suæ delegationis: ergo non dicuntur habere aliquam dignitatem iure suæ delegationis.* Et *consequenter, non possunt dici digniores ordinarijs.* Facit *capitu. statutum, infra de rescrip. in. vi.* Et *propterea cõcludendo, uidetur distinguendum, quòd aut loquimur quo ad personas ipsorum.* Et *tunc ordinarij dicuntur digniores, & maiores:* Aut *loquimur de iurisdictione ipsorum, & in isto casu, saluatur communis opinio.* Quia *iurisdictio delegati, est maior & dignior.*

3 ¶ Et *est ratio,* † *quia delegatus proprium nihil habet: sed delegantis iurisdictione utitur. l. prima. §. fina. ff. de officio eius, cui &c.* Vnde *iurisdictio* Delegati *à*

principe

principe tanquam pars iuriſdictionis principalis, eſt dignior, & maior qualibet alia iuriſdictione ordinaria, & etiam eſt potentior: ex quo eſt magis ſpecialis. Et generi per ſpeciem derogatur: dicto capitul. ſtuduiſti. Et cōſequenter infertur, quòd talis iuriſdictio, eſt etiam dignior iuriſdictione, quam habet Legatus qui habet ordinariam. di. capitulo ſecundo. de officio lega. in. vi. unde merito Romanus pontifex primò fecit rubricam de officio delegati: qui, cum utatur iuriſdictione ipſius pontificis, habet iuriſdictionem digniſſimā, & fortiorem quibuſcunque alijs. Deínde, poſuit rubricam de officio legati, qui habet iuriſdictionem digniorem quibuslibet ordinarijs. Deínde, dixit de iuriſdictione ordinariorum. Et ſic gradatim proſequutus eſt, habito reſpectu ad iuriſdictionem, non ad perſonas. Iſtud etiam ſuadetur ex uerbis rubricæ: dum dicitur, de offic. Ordinarij: non autem de ordinario. Nam † officium capitur pro ipſa iuriſdictione, ſeu pro eius exercitio, ut per Barto. & Docto. in. l. 1. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. De quo etiam per Docto. in rubrica ſupra titu. ij. 4

¶Pro declaratione Rubri. uidendum † eſt, qui ſint Iudices Ordinarij, & qui ſint delegati. Et ordinarij ſic poſſunt definiri, ut dicamus eſſe Iudices, qui propriam iuriſdictionem habent, à lege ſibi delatam circa uniuerſitatem aliquorum negociorum. 5

¶Et iſta definitio colligitur ex nota. per Barto. & Docto. in. l. more. ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Et quod in ea dicitur à lege: intellige idem in æquipollentibus:

lentibus:ut est princeps, Consuetudo, populus, uniuersitas, ut declarat ibi Barto. Et quod dicitur circa uniuersitatem causarum & negociorum: intellige istud etiam de una specie causarum tantum: puta, si statutum cõstituat particularẽ Iudicem in certis causis, puta de causis fideicommissorum. argumen. institu. de fideicommis. hæredi. in prin. uersiculo quod quia iustum. Et facit tex. in cap. primo, supra de offic. Archidiaconi.

6 ¶ Delegatus † *autem Iudex, ita definitur. est Iudex, cui causa committitur ab alio habẽte potestatem delegandi: uices illius gerens, nihil propriũ habens: quam definitionem declara, & prosequere, ut per Alexã. in rubrica. ff. de officio eius, cui &c. & Canonist. in rubrica supra titulo secundo.*

¶ *Isti autem Iudices Delegati, alio nomine dicuntur etiã pedanei: ut in titu. C. de pedan. Iudic. & etiam dicuntur Iudices dati. capitulo fina. supra titu. ij. & l. à iudice. C. de iudic. & etiam dicuntur Iudices, quibus mandata est iurisdictio, ut in rubri. ff. de offi. eius, cui &c. cum similibus: & ita communiter tenetur.*

7 ¶ *Sed ista* † *opinio nõ uidetur uera. Moueor: magna est differentia, an alicui mandata sit iurisdictio, an uerò sit simpliciter datus, seu Delegatus Iudex: istud ꝓbatur sic. Iudex Delegatus nõ potest alium subdelegare. cap. cum causam. in fine, infra de appella. notatur in cap. is cui, de offic. Delega. in. VI. & di. l. à Iudice. Et tamen Iudex cui mandata est iurisdictio, potest subdelegare. text. est in. l. cum prætor. §. is quoq;. ff. de iudicijs.*

Nec

¶ Nec obstat quòd ibi tex. exemplificat in legato pro= consulis: quia exempla nõ restringunt regulam: lege pri= ma. §. quod uulgo. ff. de ui & ui arma.

¶ Secundò probatur, quia à Iudice delegato appellatur ad Delegantem. l. prima. in principio. ff. quis & à quo appella. Et tamen à Iudice cui manda. est iurisdictio. ap= pellatur ad eum ad quem appellaretur ab ipso mandãte. dicta. l. prima. §. primo. Et intelligere illum text. de eo Delegato, seu uicario, cui sedet in eodem Tribunali, est mera diuinatio: quicquid dixerit ibi Bart. Et propterea, adhærendo uerbis Iurisconsultorũ puto esse distinguen= dos istos Iudices, ut infra dicam.

¶ Et † primo, sunt Iudices quibus mandata est iurisdi= ctio. Et hi dicuntur illi, quibus Ordinarius mandauit iu= risdictionẽ suam circa uniuersitatem causarum: secũdùm glos. in lege prima. §. qui mandatum. ff. de officio eius cui &c. 8

¶ Et tales possunt etiam dici delegati ad uniuersitatem causarum. mandata etiam iurisdictio dicitur, quando est mandata ab Ordinario ad unam causam tantum. l. solent. & l. sequen. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et hoc casu, Ordinarius nihil dicitur apud se retinuis= se de iurisdictione circa causam, quæ delegata est: unde talis delegatus in totum censetur subrogatus ipsi Ordi= nario. Et consequenter ab eo idem prouocatur, quod prouocaretur ab Ordinario: à quo iurisdictio est mãda= ta. d. l. 1. §. 1. ff. quis & à quo. Et ita ibi tenet Albe. Glos= sa. quem sequitur Com. Imo. Ioannes de Anania in repeti= tio. Angel. & Alexan. Aret. ac Soci. Idem tenet Fulgo. in

l.solent.ff.de iurisd.om.iud.And.sicu.in cap.super quæ-
9 *stionum.§.porro.supra titu.ij.* Et *talis* † *delegatus,licet non poßit iurisdictionem suam mandare.l.fin.ff.de offic. eius cui &c.tamen potest dare iudicem. ut est textus in dicta.l. cum prætor.§. primo. & ibi* Moder. *filo rem repetere istud tutius.*Et *idem firmat* Lancelotus Decius *in dicta lege fina. & legati proconsulum habent talem iurisdictionem. unde frequenter* Iurisconsultus *arguit de istis legatis,ad eos quibus mandata est iurisdi.ab alijs ordinarijs,ut per* Barto. *in dicta lege prima.§.qui inuolutum.in lege prima.ff.de suspectis tutori.& in.l.cognitio. de officio eius cui &c.* Et *pro hoc etiam facit lex nec quicquam.§.fina.ff.de officio proconsulis. quicquid dixerint aliqui* Moderni *in.l. more. ff. de iurisdictione omnium iudicum. qui conantur respondere ad ista iura: & malè.* Et *propterea legatus proconsulis potest dare iudicem. dicta lege cum prætor.&.l.* Legatus.*ff.de officio proconsulis. secundùm literam* Pisanam, *quæ stat affirmatiue, ut dicit* Angelus Pollitianus *in suis* Miscellaneis.

10 ¶ Est † *tamen alia differentia, inter legatum proconsulis, & cæteros: quia, proconsuli non licet (inconsulto principe)remouere legatum. l.solent.§.primo. ff.de officio proconsulis. quod non est in cæteris* Ordinarijs, *qui iurisdictionem mandauerunt .l. iudicium soluitur. ff. de iudicijs.* Et *ex hoc sequitur, quòd isti legati, quando est eis mandata imrisdictio: dicuntur habere propriam iurisdictionem.l.legati.ff. de officio proconsulis. quod non est in alijs. dicta lege prima. §. qui mandatum.*

mandatum. Illud enim dicitur proprium, quod est perpetuum. & mansurum, ut no. glos. in dicta lege prima, iuxta illud Virgilianum, Da propriam Tymbrae domum. Et in sexto Aenei. propria & si dona fuissent. & utrobique ita Seruius exponit: unde, cum iurisdictio non poßit auferri à legatis nisi cõsulto principe, dicetur perpetua. l. iurisperitos. ff. de excusatio. tutorum. cap. si gratiose. infra de rescrip. in sexto. facit. l. sufficit. ff. de condictio. indebi. & quae notantur in. l. apud iulianum. §. fin. ff. de lega. primo. Alia † etiam est differentia, quia ne- 11
cessariò proconsul debet habere legatos. l. obseruare. §. penultimo. ff. de officio proconsulis. quod non est in alijs. Et in istos iudices, quibus mandata est iurisdictio, credo quòd transiuit mixtum imperium: ut probatur in dicta lege cognitio. & dicam in capi. quod sedem. infra eodem.

¶ Secunda iudicum species.

SEcundò, † sunt iudices dati qui dicuntur Delegati ad 12
causae cognitionem tantum, uel etiàm ad definitionem: Et quando ordinarius dat talem iudicem, non censetur à se abdicare aliquam iurisdictionem: sed simpliciter mandare, nisi illam speciem suae iurisdictionis, (sine qua actus commodè explicari non potest) unde, talis iudex solùm dicitur fungi munere iudiciario. dicta l. à iudice. & alibi dicitur tantum habere iudicandi facultatem. l. fina. C. ubi & apud quem in integr. &c. unde, talis non potest alium iudicem dare. dicta. l. à iudice. Et

ab eo,

ab eo, appellatur ad delegantem. dicta lege prima in principio.ff.quis & à quo.& l. Imperatores.ff. de appellatio. Et talis non posset exequi sententiam suam: sed is, qui eum dedit, exequitur.l.à diuo pio, in principio. de re iudica. Quod non est in eo, cui sit mandata iurisdictio: quia talis habet exequutionem.argumento dictæ.l. cognitio. Et facit glo.in capitu.si quis contra clericum. in glos. penulti.infra de foro competen. & quod nota. in capi.pastoralis.§.quia uero. supra titu.secundo. Idem si duo dati iudices diuersas ferant sententias, stant in pendenti: donec is qui eos dedit, alteram confirmet.l.duo iudices.ff.de re iudica. Et istam differentiam inter istos iudices tradunt præfati docto.in.d.l.1.ff.quis & à quo. Et puto, quòd sit uerißima. licet Moder.in locis ordinarijs non faciant aliquam mentionem de hoc: sed ista simul confundant.

13 ¶ *Et ex † istis resultat uera declaratio ad text. in capi. cum Bertoldus, infra de re iudica. ubi est textus quòd delegati à legato sedis apostolicæ, possunt subdelegare. Nam ille text. debet intelligi, quando legatus mandauit dictis delegatis iurisdictionē suam, quo ad illam causam. Et hoc modo tollitur magna difficultas in qua ibi Abb. plurimum laborauit. Et tandem residet, quòd sit speciale in delegatis legatorum, sicut est in legato proconsulis. d.l. legatus. secundùm eum. quæ opinio non est uera: ex quo, quātum sit ad hoc, nulla specialitas est in legato proconsulis: ut suprà ostendi.*

Tertia

¶ *Tertia Iudicum species.*

TErtio,† sunt alij iudices, qui dicuntur ex sacra iussione, uel sacra forma delegati. Nam hi, sunt dati à magistratibus ordinarijs, accedente iussu principis, pone. Aliqui litigabant *sub iudice ordinario: & actor, uel reus, (fortè quia cupiebat causam citius expediri, uel inuitus litigabat sub ordinario) supplicauit principi, ut mandaret iudici ordinario, quòd causam alicui committeret, qui forsan procederet summariè, uel alio modo.* Et *princeps per rescriptum, hoc concludebat.* Talis *delegatus dicebatur* Iudex *datus ex sacra forma: & licebat indistinctè de hoc supplicare principi ante litem contestatam, ut est textus in autenti. de litigio.§. omnem. uersiculo si uerò apud iudicem. & ibi gloss. in uerbo, competentem, in auten. de litigi. & est tex. in auten. in medio litis, non fieri sacras iussiones. & tales iussiones non ualent: nisi subscriptæ sint à* Quæstore, *& contineant, inter quos, & ad quem iudicem, & per quam fuerint directæ personam, ut est textus in autenti. ut diui. iussio.* Et *de istis iudicibus loquitur etiam tex. in.§. si uero. & in auten. de exhiben. reis. & hunc intellectum ad illum textum tenet Comen.* Puteus, *&* Alexand. *in. l. à diuo pio, in principio. ff. de re iudica. ubi etiam* Moderni *sequuntur.* Idem *tenet* Alexand. *&* Riminal. *in. l. secunda. in septima colum. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* Et *de his iudicibus etiam intelligitur textus in. l. finali. ff. quis, & à quo. & in. l. prima.§. si quis in appellatione. ff. de appellationibus. ubi probatur,* 14

*tur, quòd à talibus appellatur ad iudices qui eos dede-
runt: non autem ad principem. Et ille text. fortiter ur-
get: faciunt nota. in capi. licet in corrigendis. infra eod.
De quo dic ut dixi in. l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de uer-
bo. obligatio.*

¶ *Quarta Iudicum species.*

15 QVartò, † *sunt delegati principis: de quibus loqui-
tur Rubri. supra titu. ij. qui ad petitionem partiũ,
cõstituuntur iudices in causis. Et ex quo de-
rogabant iurisdictioni ordinariæ: eorum commissiones
sunt strictè interpretandæ, ut est glos. in capit. primo. de
rescriptis, in sexto. & in capitu. P. & G. supra titu. ij.
Et per Moder. in capitu. si quando, in fine, eodem titu.
unde, si sumus in casu in quo nullum resultet præiudi-
cium ordinariæ iurisdictioni: tunc fiet lata interpreta-
tio: ut dicunt Moder. in capi. prudentiam. §. adijcimus.
16 per illum textum. supra tit. secundo. Et † inter istos de-
legatos & ordinarios (respectu iurisdictionis) sunt mul
tæ differentiæ: quæ enumerantur per Alexand. & Mo
der. in rubrica. ff. de officio eius cui &c. Et tales de-
legati (mortuo principe) re integra, non possunt am-
plius cognoscere: & expirat eorum iurisdictio: ut ha-
betur in capitu. gratum, & in capitu. relatum, supra
titulo secundo, & in. l. more. ff. de iurisdictione omnium
iudicum. Quod tamen uidetur limitandum, non tanquam
à pontifice, uel imperatore: sed tanquam à sede aposto-
lica, uel ab imperiali fortuna, seu iudiciali culmine. De*

quibus

quibus legitur text.in.l.finali.in principio.C.de iudicijs. Nam † ex quo imperialis fortuna nunquam moritur, sed 17
semper est: ut dicit Bald. in extrauagan. de pace constan.in.x.colum.in uerbo,concessimus. §. quia igitur. in auten.quomodo oportet episcopos. Et quod not.Innoc. in capi.licet.infra de foro competen.meritò per principis mortem, non debet eorum iurisdictio extingui. Et pro hoc facit text.in capitu.si gratiose,infra de rescrip. libro sexto. Qui tex.licet loquatur in gratia: tamen uidetur idem in delegatione.Ad idem facit text.in capitu. quoniã Abbas,supra titulo secundo.Et quod no.Docto. in.l.qui liberis.§. hæc uerba.ff.de uulga. & pupilla. Et ita uidetur sensisse Bar.in.l.prima.in.iiij.columna.ff.de 18
iurisdictio.omnium iudicum. Et sub ista specie iudicum, continentur conseruatores, qui sunt delegati à Ponti. qui à manifestis iniurijs, aliquem conseruent:nec in alijs possunt se intromittere.capitu.primo,de officio delega. libro sexto. Et licet Bald.in rubrica supra titulo secundo, dicat quòd isti conseruatores habent se ad delegatos, tanquam excedentia, & excessa: tamen puto,quòd propriè sint delegati: quia quamuis (in aliquibus) ab alijs differant: ut declarat glos.in capitu.fina.eodem titulo, libro sexto. tamen illæ differentiæ, non respiciunt substantiam iurisdictionis: unde non faciunt ea differre specie.glos.in.l.pacta conuenta. ff. de contrahen.emptione. Et † idem etiam dicendum est, de inquisitori- 19
bus hæreticæ prauitatis, qui sunt delegati, ut probatur in capitulo,ne clerici. in fine. per locum à speciali, infra de hæreti. in sexto.& firmat Ioan. And.in capitu.

per hoc

per hoc. eodem titulo & libro. & domi. Abb. in capitu. fina. in penultima columna, infra de re iudica. ubi dicit,
20 *eos esse delegatos ad uniuersitatem causarū. Sed † pulchrum dubium est, quid in auditoribus Curiæ? Et glos. in clementina, Auditor. de rescriptis. dicit, quòd habent ordinariam in cognoscendo: sed delegatam iurisdictionē in pronunciando. Et propterea, infert Gemmia. & sequuntur Moder. in capitu. primo, de rescriptis. in sexto quòd excommunicatus poterit impetrare rescriptum, ad aliquem ex eis: ex quo per huiusmodi rescriptum, non dicitur causa committi, cum sint ordinarij: sed solum distribuit, & rescriptum tenet: licet talis auditor non poßit uenire ad diffinitiuam, uigore talis rescripti, dicto capitulo primo. Sed Bald. in. l. præcipimus, in principio. C. de appellatio. & l. fina. per illum text. C. ubi Senatores uel clarißimi ciuiliter uel criminaliter conueniantur. tenet, quòd imò tales auditores, in totum sunt ordinarij: & dicit, quòd istam quæstionem habuit, tempore Cardinalis Sabinensis: qui cum haberet duos auditores: nè indistinctè procederent, ordinauit: quòd nemo illorum procederet sine sua speciali commißione. Sed tamen erant ordinarij: quia istud fuit causas distribuere, non delegare. Contrariam opinionem, quòd imò sint in totum delegati, tenet Anto. de Butrio, & sequuntur cæteri in dicta clementina auditor. Mouentur: quia cum specialis fuit commißio illis certæ causæ, debent dici delegati: per nota. per Barto. in. d. l. more, & traditur in clementi. si principalis. de rescriptis. Ista opinio mihi placet, non obstante ratione Baldi:*

quia

quia eius fundamentum procederet, si probaretur quòd ante talem commißionem, haberent uniuersalem iurisdictionem, saltem in genere. Nam tunc illa commißio, bene distribueret causas. Nec *obst. glos. in dicta clemen. auditor. quia procedit de stylo curiæ, non de iure. ut dicit ibi* Imo. *& sequũtur alij.* ¶ *Et istud tantomagis* † *procedit* 21
in Auditoribus Cardinalium. *Nam isti æquiparantur legatis proconsulum. argumen. tex. in capitu. ij. de offic. lega. in.* VI. *Et firmat* Abb. *in dicto cap. cum* Bertoldus, *per illum tex.* Bal. *in. l. à* Iudice. C. *de iudicijs.* Moder. Perusi. *in cap. cum causam. in. viij. quæstio. infra de appellationi.* Fely. *in capitu. super quæstionum. §. si uerò, supra tit. ij.* Et *tamen in eis non fit distributio causarum: sed habent tantum iurisdictionem mandatam. dicto. §. qui mãdatam. Si uerò esset aliquis Auditor constitutus à principe, ad uniuersitatem causarum, puta in causis appellationum, talis habebit ordinariam, ut dicit* Barto. *in dicta. l. præcipimus.*

¶ Et *ita intelligendi sunt* Docto. *ibi. quid autem sit de* Auditore *Cameræ, &* Auditore *contradictarum, ponũt omnes in dicta clementina auditor: ubi concludunt, quòd habent ordinariam. dic ut per eos.*

Quinta iudicum species.

Q*Vinto* † *sunt* Vicarij: *quæ dictio, est generalis: & potest comprehẽdere quemlibet, qui uicem alterius gerit. l. uicarius. ff. de leg. unde dicitur etiam seruus, uicarius. l. si seruus meuij. ff. de pecul. & l. stichus ha-* 22

bet.ff.de pecul.lega.unde dicitur etiam uicarius ecclesiæ, qui est uicarius rectoris, de quo in capitu. postulasti.de rescrip. & in cap.G.perpetuus.de fide instrumentorū. Sed capiendo, prout facit ad propositum nostrum: uicarius, dicitur officialis constitutus ab episcopo, ad uniuersitatem causarum: qui, alio etiam nomine dicitur missus dominicus.cap.1.de regulari.capit.1.de frigi.& malefic.

23 Et † *talis habet iurisdictionem ordinariam, ut dicit glo. in cap.ij.de offic.uica.lib.vi.ubi probat, quod tali uicario competunt etiam causæ mixti Imperij, & cætera, quæ non competunt nisi ordinarijs.*

¶ *Ad idem est glos.in cap.romana.in prin.in uerbo generaliter: per illū text.de appella.in.vi.ubi ab ipso uicario appellatur ad superiores episcopi, qui eum cōstituit: non ad ipsum episcopum.* Et *idem not.in capit.perlectis. xxv.distinctio.& in capitu.ij.ne prælati uices suas &c. Quòd intelligit* Alexā.*in dicta rub.procedere nisi esset constitutus solū in certa parte diœcesis ad certos actus: ut ibi per eum.*

24 ¶ Tu † *aduerte, quia uidetur uerior opinio indistincte, quòd talis uicarius nō habeat iurisdictionem ordinariam.* Pro *qua parte, primo facit: quia iurisdictio ordinaria, nō tribuitur nisi à lege: declarando, ut supra dixi.Sed nō reperitur aliqua lex, quæ det iurisdictionem istis uicarijs: ergo non est dicendum, quòd habeat ordinariam.*

¶ *Secundo facit: quia horum iurisdictio, non est perpetua: sed cessat ad libitum episcopi, ut est glos. & ibi* Doctores *in clementina secunda.de rescriptis.quod non cōuenit ordinarijs.lege more.ff.de iurisdictione omnium*

iudi

iudicum.

¶ Tertio facit: quia mortuo episcopo, cessat eorum iurisdictio. clementina finali, ubi glos. de procuratoribus. quod nõ est in ordinarijs. dicta. l. more. de quo etiam per domi. Riminaldum in dicta rubrica. ff. de officio eius cui &c.

¶ Quarto facit: quia non potest talis uicarius constituere aliquem delegatum ad uniuersitatem causarum. capitulo clericos. ubi Hostien. & alij, supra de officio uicarij. quod non conuenit ordinario: sed potius habenti iurisdictionem mandatam. lege finali. ff. de officio eius cui mandata &c.

¶ Quinto facit: quia aliâs sequeretur, quòd eadẽ iurisdictio esset insolidum penes duos: scilicet episcopum, & uicarium qui eum repræsentaret. quod non uidetur esse conueniens. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. commo. de quo dic ut per Bar. in. l. 1. §. si plura. in. 1. col. ff. de exercito. unde, puto uerius esse: ut isti æquiparentur illis iudicibus, quibus mandata est iurisdictio. de quibus supra dixi. nam in tales, etiam transit mixtum imperium: & ab eis non prouocat qui eos delegauit, sed superior: ut supra ostendi. & ista procedunt in uicarijs cõstitutis simpliciter ab ordinarijs. Sed † reperitur in iure aliud genus uicariorũ: uidelicet de his qui loco Iudicum ordinariorum, 25
qui forte sunt absentes uel impediti substituuntur de mandato principis: & tales etiam dicuntur uicegerentes: & isti sine dubio habent ordinariam iurisdictionem: prout tenet glos. in rubrica. C. de officio eius, qui uicem alterius gerit. Et probatur in lege secunda. eodem titulo. Vicegerens.

Et de his uicarijs, est etiam text. in. l. 1. §. à præfectis. ff. de lega. iij.

¶ Et talem uicarium constituere solebat præfectus prætorio: ut probatur in. l. à proconsulibus. C. de appellatio. & in. l. 1. C. de offic. uicarij. Et ibi Odoffre. Ita etiam no. quòd quotiescunque Princeps solet habere aliquem uicarium suum: intellige, ad uniuersitatem causarum: talis habet ordinariam.

¶ Et hoc facit ad uicarios perpetuos principum: puta Pontificum, uel Imperatorum, de quibus in cap. fi. supra de offic. uica. & per Rom. cõsi. lix. per Feli. in dicto cap. postulasti. & in dicto capit. G. perpetuus.

26 ¶ Sed † hic consequenter dubitatur: an sicut aliquis honos exhibetur Episcopo, etiam debeat exhiberi eius uicario, idemq́; de priuilegijs? Et Bart. in. l. si filius. ff. de leg. distinguit, an uicarius sit constitutus ex mandato superioris, & debetur idem honor, idemq́; priuilegium. l. ij. C. ut digni. ordo seruetur. lib. xij. & facit glos. ij. q. 1. cap. quæ de causa.

¶ An uero sit simpliciter constitutus ab ipso ordinario, & tunc secus. l. si filius. & l. uicarius. eod. titu.

27 ¶ Et † ex hoc infertur ad uicerectorem studij, ut ibi per eum: quem sequitur Alexan. in dicta rub. & Ange. insti. de excep. in. iij. col. Feli. in dicto ca. cum olim, supra ti. ij. Ioan. Bapt. de sancto Seuerino, in repetitio. l. diē functo. in. xliiij. quæstio. de offi. asses. ff. Corsetus in repe. c. grandi. in. xxxvij. col. de supplen. negli. prælato. in. vi.

¶ Sed aduerte, quia contra hanc distinctionem facit tex. in. l. sed si hac. §. finali. ff. de in ius uocando. intelligendo eam

eam generaliter quando tutor litigat pro pupillo, per quem text.ibi Bald.*dicit, quòd non idem honor debetur uicario, qui debetur episcopo.* Et *plura similia cumulant ibi* Moder.

¶ *Secundo in contrarium etiam stringit text. quem ibi not.*Fulgo.*in.l.à proconsulibus.C.de appella. ubi nõ tantum defertur sententiæ latæ per uicegerentem præfecti, sicut defertur sententiæ præfecti.*

¶ T*ertio,contra* Barto.*etiam uidetur tex.in.l.comperimus.C.de proxi.sacro.scrinio.lib.xij. ubi substitutus ab ordinario de consensu principis est postremus in ordine cæteris adiutoribus:licet substitutus esset primus,nisi dicas,quòd ibi ille substitutus habet officium iure proprio: nec refert personam substituentis.*

¶ Q*uarto contra* Barto.*uidetur tenuisse* Cyn.& Albe. *de* Rosa.*in.l.fi.C. de suspec.tut.ubi dicit, quòd legato procõsulis debetur maior honor,quàm præsuli ꝓuinciæ.*

¶ E*t tamen talis legatus constituitur absque autoritate principis.*

¶ Pro † *resolutione,puto distinguendũ, aut priuilegiũ aliquod debetur ratione alicuius qualitatis, quæ æqualiter residet in uicario,sicut in principali: & debetur par priuilegiũ,ratione illius qualitatis.*Ita *procedit tex.xciij. distin.c.fi.de quo per* Roma.*singul.ccclxij. & quot not.* Abb.*in cap.cũ olim.ij.supra de offi.dele.unde, cum delegatus quo ad speciem iurisdictionis sibi commissæ, repræsentet delegantem:habebit par priuilegium: & sicut delegans potuisset arctare ordinarium,ut sententiã exequatur:ita etiam poterit delegatus.capitu.pastoralis,&* 28

b 3 cap.

capitulo ſane,ſupra titu.ſecundo. Aut illa qualitas propter quam debetur illud priuilegium, non reſidet æqualiter: & tunc ſecus: ita procedit dicta.l.ſi filius,& .l.uicarius.Nam legatus mißus à Republi. habet reſcriptionem biennij: ex quo ſemel functus eſt officio ſibi iniuncto. Sed iſta qualitas non conuenit uicario: quia talis uicarius non uidetur iuiſſe reſpectu Reipubli. ſed reſpectu eius, qui eum deſtinarit.

¶Eodem modo procedit quod not.Bal.in dicto.§.fina. Nam honor debetur epiſcopo, non ſimpliciter propter iuriſdictionem quæ mandari poteſt,ſed etiam generaliter propter magnam præeminentiam,unde multa poteſt Epiſcopus,quæ non poteſt eius uicarius.capitu. ſecundo, de offic.uica.in.vi.

29 ¶Et propterea, † non tantus honos uicario debetur: præſertim cum habeat iuriſdictionem iure alieno. argumen.notatorum per Bartolum,in.l. quod principi. in fine.ff.de lega. ſecundo. ubi autem uicarius ſit conſtitutus de autoritate principis:uidetur, quòd in eo inſint omnes qualitates, quæ inſunt in principali: & propterea, ſit æqualiter honorandus. Et hoc modo, ſaluatur doctrina Barto.in dicta.l.ſi filius.

¶Iſtud tamen dictum tunc forte non procederet, ubi eſſemus in materia ſtricte intelligenda: quia uicegerens
30 præfecti,non eſt proprie præfectus. † unde ſtatutum, ne appelletur à ſententia præfecti, non trahetur ad eius uicarium.dicta.l.à proconſulibus.& ita poteſt procedere quod no. Ang.in.l.adoptio non iure facta.ff.de adoptionib.ubi loquitur in conſuetudine. Et iſtud tanto magis procе

procederet in pœnalibus: quia tunc, subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur. ut not. Bal. in capitulo primo, in tertia colum. uersicu. sed nunquid. infra de his quæ metus causa. & ita † etiam uoluit Barto. in. l. prima. C. si rector prouinc. ubi tenet, quòd pœna imposita offendenti magistratum, non habet locum in offendente eius uicarium. & per Aretinum, consi. cxxxi. consultißime. Et ita etiam firmant Moder. in dicto capitulo sane. 31

¶ Nec † contra istam opinionem obstat quod not. Bal. in capitulo primo, supra titulo secundo. ubi dicit, quòd offendens Ambasiatorem, incidit in crimen læsæ maiestatis: tanquam si offenderet principem. Et quod not. Bald. in dicto. §. finali. ubi dicit, quòd offendens uicarium, uel nuncium Principis, uidetur offendere ipsum principem, per textum, in. l. ossa. in fine. ff. de religio. & sumptibus funerum. Nam istud potest procedere respectu offensionis, quæ etiam proprie potest fieri Ducibus: uni, per semetipsum: alteri, per personã offensi. l. prima. §. item aut per semetipsum. ff. ad legem Corneliam de sicar. Et ita procedit quod not. Abbas, in capitulo cum olim. ij. supra, de officio delega. ubi dicit, quòd iniuria facta delegato: uidetur facta deleganti. Et istud in crimine læsæ maiestatis non habet difficultatem: quia uerba legis, etiam uicarium comprehendunt, & quemlibet Magistratum. l. prima. ff. ad legem Iuliam maiesta. 32

Sexta iudicum species.

33 SExto † sunt arbitri iuris, quorũ uariæ sunt species. Aliqui enim sunt dati ab ordinario, ad unũ articulum tantum. Exempli causa. Ego litigo tecum: & peto, ut satisdes secundùm formam tituli. ff. qui satisda. cogan. Tu uis satisdare: ego nego fideiussores idoneos, debemus (tali casu) eligere arbitros, quibus ordinarius committit, ut cognoscant an sint fideiussores idonei. Et ab istis arbitris potest appellari. l. ab arbitro. & l. seq. ff. qui satisda. cogan. Imò etiam sine appellatione, potest sententia corrigi ab ordinario, qui eos dedit. l. finali. ff. à quibus appella. non licet. ¶ Et isti sine dubio habent iurisditionem delegatam.

Arbitri iuris

34 † aliqui sunt arbitri iuris, qui dantur in causa suspitionis, ueluti: si recusauerim delegatum Principis, tanquam suspectum: si ille adest, potest me cogere compromittere in arbitros. Si uerò absit, tunc ordinarius me coget: & delegatus quem recusaui exequetur sententiam illorum arbitrorum. l. fina. C. de iud. Et tales habent iurisdictionem delegatam. ut est tex. in. l. apertißimi. in fi. C. de iudi. ibi, quasi arbitri fuerint ab Imperiali culmine delegati. Et propterea, ab eorum sententia, appellabitur ad primum delegantem. ut est tex. in cap. ab arbitris, de offic. deleg. in. vi. & per domi. Abba. in capi. suspitionis, in penul. colum. supra titu. ij.

¶ Nec obstat, quòd eligãtur ex neceßitate legis: & sic uideantur habere iurisdictionem à lege. quo casu, essent ordinarij: prout tenuerũt aliqui, relati per Abbatem, & Moder. in dicto cap. suspitionis. Quia respõdeo, quòd lex

dat

dat illis iurisdictionem: cum ea qualitate, ut sint delegati. ut probatur in dicta. l. apertißimi.

¶ Aliqui sunt † arbitri iuris, qui eliguntur uigore alicuius statuti: puta statutum dictat, ut causæ inter affines compromittantur in arbitros. Et in his, est magna controuersia, nunquid iurisdictionem habeāt: & an censeantur delegati, uel ordinarij. de quo late per Fely. in capit. fina. infra, de re iudica. 35

¶ Tu breuiter dic. Aut statutū generaliter mandat causas compromitti in Arbitros, & ulterius non procedit.

¶ Et tali casu, non crederem eos aliquam habere iurisdictionem, nec ordinariam, nec delegatam: quia statutum illis nihil confert, sed tantummodo inducit neceßitatem compromittendi.

¶ Et talibus arbitris non competit diffinitio supra, per me posita, nec ordinarij, nec delegati: ergo nec diffinitum competit. l. 1. §. primo. ff. de dolo.

¶ Et ita fuit de mente Barto. in prima constitutio. C.

¶ Et ista ratione idem teneo in casu, capi. si clericus aduersus. xi. q. 1. quicquid dixerit domi. Abbas, in cap. fina. infra de re iudi.

¶ Nam quamuis lex mandet causam cognosci per Arbitros: intelligimus de arbitris seruātibus propriam naturam. † quia etiam statuta recipiūt declarationem à iure communi. l. si serui. C. de noxali. cap. ad audiētiam. de cleri. non residen. Et per Barto. in. l. ij. ff. de lega. 1. 36

¶ Aut statutū ulterius procedit, conferendo iurisdictionem ipsis Arbitris.

¶ Et (tali casu) uidetur, quòd habeant ordinariam iuris-

dictionem ut tenet Angel. & Paul. de Castro, in dicta .l. apertissimi.

¶Et ita sunt intelligendæ multæ decisiones Doctorum, quas refert Felyn. in dicto cap. fina.

56 ¶ Fallit † si statutum diceret, cōpromittendum esse sub pœna: uel à tali sententia non posse recurri ad arbitrium boni uiri. Nam ex quo istæ qualitates non conueniunt iudicibus: sed arbitris, uel arbitratoribus .l. diē proferre. §. stari. ff. de arbitris .l. si libertus. ff. de operis libertorum. non uidetur fuisse intentio statuti, facere eos ordinarios. Ex quo illa uerba, nō conueniunt ordinarijs, ut est glos. ubi Iaco. & Paul. de Cast. in .l. mancipia. C. de seruis fugiti. Et per Areti. consi. clviij. in .iij. dubio.

¶Et pro ista distinctione, facit quod not. Imo. in clementina Auditor. de rescrip. Et Andre. Sicul. hic: ubi dicunt quòd quamuis statutum mandet prætori, quòd teneatur habere duos Iudices: quòd tamē illi non erunt ordinarij, sed delegati: nisi statutum ulterius procederet, cōcedendo illis iurisdictionem.

¶Et ita teneo sic resoluendo dicta Doct. de quibus, per Alexā. in .l. prima, in ultima charta. ff. solu. matrimonio. Et Fely. in dicto cap. fina. & Iason in dicta .l. fina.

Septima Iudicum species.

57 Exequutores. SEptimo & ultimo † sunt Iudices, qui dicuntur Exequutores. Quæ dictio, habet plura significata. de q. bus per Abb. in capitu. pastoralis. §. quia uerò, supra de officio delega.

Sed

¶ Sed intelligendo, prout facit ad præsentem materiam: dic, quòd Exequutor dicitur quatuor modis.

¶ Primo modo dicitur Exequutor, quilibet ordinarius: quia sententiam quam tulit potest exequi. l. à diuo pio. ff. de re iudica. Et hoc modo capitur in. l. fina. §. exequutores. C. ut nemo priuat. titu.

¶ Secundo, Exequutor dici potest etiam is, cui mandata est iurisdictio: quia talis potest exequi suas sententias: ut supra diximus. Et idem in delegato principis. Et ita debet intelligi text. in. l. fina. & in. l. apertißimi. C. de iudicijs. Et est glos. in capi. si quis contra clericum, de foro competenti.

¶ Tertio † modo dicitur Exequutor Apparitor, seu 38
nuncius, qui facit exequutionem iussu præsidis: & quilibet Iudex habet duos exequutores. §. nullo, in auten. de iudicijs. Et si fuerint negligentes, poterit Iudex etiã delegatus eos multare & remouere ab officio. l. fina. C. de sportulis. Et isti Exequutores pluribus nominibus appellantur. de quibus per glos. in dicto. §. nullo. & de istis intelligitur text. in. l. sancimus. C. de iudic.

¶ Quarto modo † dicuntur exequutores quidam Iudi- 39
ces ordinarij: qui uigore. l. municipalis, sunt constituti ad exequendas sententias: puta in caußis minorum, uel fiscalibus. & de his intelligitur text. in dicta. l. fina. C. de iudic. secundum Fulgo. & Iasonem, ibi, quod non credo uerum, quia non est uerisimile, quòd Imperator habuerit respectum ad ista statuta. capitulo primo, de constitutionibus, lib. sexto.

Qua

40 ¶ Qua ratione: etiam reprobatur quod not. Bald. & Fulgo. in. l. fina. C. ubi, & apud quem. dum intelligunt illam. l. de iudicibus chartularijs: qui ex forma statutorũ, habent tantum iurisdictionem uolũtariam: & sunt notarij qui scribunt instrumenta guarentigionata, & uigore iurisdictionis, sibi à statuto tributæ: faciunt præceptum parti, ut soluat intra certum diem. Quod præceptũ tanquam aduersum cõfessum, habet exequutionẽ paratam, de quo, in. l. si debitori. ff. de iudic. Et declarat Iason in l. 1. §. si quis ita. ff. de uerb. oblig. Et de istis chartularijs, dicunt ipsi debere intelligi text. in dicta. l. fina. C. ubi, & apud quem & in. l. rem non nouam. C. de iudicijs.

Charularij Iudices.

¶ Et de his etiam intelligitur text. in. l. prima. ff. de iudi. secundum glos. Bart. & Paulum de cast. ibi: quæ opinio non est uera, quia non est uerisimile, dictas leges habuisse respectum ad similia statuta. ut etiam dicit dom. Thomas doctius Seneñ. in. l. ait prætor. §. si iudex. ff. de re iudicata. Et text. in. d. l. rem non nouam, potest intelligi in procuratore Cæsaris, qui habet iurisdictionem uoluntariam inter priuatos. ut not. in. l. 1. C. de pedan. iudic. & dicta. l. finalis, loquitur de iudicibus datis, seu delegatis, de quibus supra dixi.

¶ Et hæc sint satis pro clariori introductione istius materiæ.

Finis Rubricæ, tertio Nouemb.

Alciatus.

CAPITV.

CAPITVLVM PRIMVM.

PERNICIOSAM. ¶ Nota † primo in tex. ibi, singularum 1
urbium Episcopi: quòd quælibet Notabile
urbs' habet suū episcopū. Quod primum.
dicit Abb. & alij procedere de consuetudine Italiæ, nō autem de iure: quia potest esse ciuitas, licet nunquam habuerit episcopum: imo de iure, episcopi non sunt dandi nisi maioribus ciuitatibus. c. episcopi. lxxx. distin. cap. 1. & ibi Abb. infra de priuileg. Et ita tenet Bal. in. l. si in aliquam. ff. de offic. proconsul. Imol. Roma. & docto. in. l. 1. §. siue autem. ff. de noui ope. nuncia. & per Cardi. in clemen. dudum, in uersi. ciuitates, de sepultu.

¶ Et est communis conclusio, pro qua facit: quia † ciui- 2
tas potest constitui, etiam sine autoritate superioris: ex quo, talis constitutio est de iuregentium, ut dicit glos. & sequuntur Docto. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.

¶ Et tamen episcopus non potest constitui sine autoritate Papæ. Et ita tenet etiam Bart. in extrauag. qui sint rebelles, in uerbo longobardiæ.

¶ Sed ista dicta non carent difficultate: quia Innocen. in cap. cum ab ecclesiarum, infra eod. & Barto. in. l. fina. ff.
de colleg. illici. tenent, quòd non possit constitui ciuitas Ciuitas qd.
sine autoritate principis. pro quibus facit, quia ciuitas dicitur, quæ muris cincta est. l. ij. & l. pupillus. §. urbs, de uerbo. significa. Et facit text. in capitu. si ciuitas, infra de senten. excommunica. in sexto.

Sed

Sed muri ciuitatum, non possunt construi sine licentia Principis.l.sanctum.§.in municipijs.ff.de rerum diuisio. Quare, puto esse distinguendum: quia aut loquimur de iuregentium: & de eo iure poterat esse ciuitas: etiam si nulla principis autoritas interuenisset. dicta.l.ex hoc iure. Aut loquimur de iure ciuili: & tunc, si isti populi uolentes condere ciuitatem sint liberi: nõ requiretur aliqua principis autoritas, ut dicit Roma.in dicta.l.prima.§.siue autem. Aut non sunt liberi: & credo non posse constitui ciuitatem sine principis licentia. Et ita procedet opinio Innocẽtij, pro qua, ultra eius rationem facit, quia ciuitas dicitur quæ habet saltem leuißimam iurisdictionẽ.l.si duas.ubi Iacob.de Are.ff.de excusatio. tutorum. unde habet ius constituendi defensores.§.iusiurandum.in autenti.de defensoribus ciuitatum: & per Bartolum, in dicto uerbo longobardiæ.

¶ *Sed talis iurisdictio non competit: nisi uolente principe.l.prima.ff.de constitutio.princip.l. prima.ff.de offic. præfecti præto.ibi, regimentis reipub.translatis. Et per Baldum, in titulo, quæ sint regalia, in usibus feudorum: & in extrauag. de pace constan.in principio, in uerbo, iurisdictione. Aut loquimur de iure canonico: & posset teneri, quòd ius canonicum hodie non habeat pro ciuitatibus nisi eas quæ habent episcopum. Et sic potest intelligi iste text. & saluatur opinio Baldi, ita tenentis in.d.l. ex hoc iure. in.v.colum.*

¶ *Nec obstat text.in dicto cap.primo, de priuileg. & in dicto cap.episcopi.quia possunt procedere de iure antiquo: quo à principio, fuerunt inducti episcopi. Et istud*

uide

uidemus hodie, quòd omnis ciuitas etiam minima habet episcopum.

¶ *Nec obst. quòd etiam minores ciuitates, etiam nõ habentes episcopum, appellantur à* Romano *pontifice ciuitates, ut probatur in dicto cap. primo. unde sequitur notabilis* Innocen. *decisio in dicto cap. cum ab ecclesia. ubi dicit, quòd si* Papa, *uel* Princeps *scribit alicui cõmunitati, tanquam ciuitati: quòd uidetur eã approbare in ciuitatem.* Et *sequitur* Bartol. *in dicta. l. fina.* Nam *ista decisio confunditur per tex. in clemẽ. si summus* Põtifex, *de senten. excõmunica.* Nec *posset procedere: nisi summus* Pontifex *eam ita appellaret: dicendo se facere ex certa scientia. ut per* Pet. *de* Ancha. *in dicta clemen. si summus. &* Areti. *consi. xxiij. in. v. colum.*

SECVNDVM NOTABILE.

NOta *secundo, ibi in suis diœcesibus:* † *quòd appellatione diœcesis, uenit etiam ciuitas: declarando ut hic per* Abb. *& cæteros.* ¶ In *contrarium est tex. in cap.* Diœcesis. 3
Rodulphus. *de rescriptis.* Abb. *&* Docto. *moderni communiter distinguunt: intelligentes illum text. procedere in materia strictè intelligenda tantum.* Et *contra hanc solutio. primò adduco: quia, ut etiam ibi fatetur* Abbas Diœcesis *potest capi & in genere, & in specie.* Et *ubi capitur in genere, comprehendit etiam ciuitatem: tũc sic si comprehenditur in genere: ergo proprie: quia species proprie inest suo generi. l. in toto. ff. de regulis iuris. per*

Baldum

Baldum, in.l.ij.C.de iure aureo.anul. Et facit lex prima de adoptio.unde, cum de proprietate sermonis, diœcesis comprehendat ciuitatem: certe in qualibet etiam pœnali materia illa dictio accipietur, quatenus importat sermonis proprietatē.l.cum lege.ubi Aret.ff.de testa.

4 ¶ Secundo obstat, † quia etiam in correctorijs, & sic in materia stricta, fit extensio de stricta significatione uocabuli, ad latam, ut est glo. in clementi.1. in uerbo eligatur. ubi Paul.de Leaza.de electio. Et per Alexan.in.l.ij.in.1. colum.ff.de lega.1. Et per Iaso.in rubri.de re iudi.in.iij. colum.cum concordantibus.

5 ¶ Tertio obstat. † quia etiam in materia statutorum, quæ recipit strictam interpretationem: uerba capiuntur generaliter: ut comprehendant nedum specialem significationem: sed etiam generalem, ut probatur ex nota.per Bar. & Docto.in rubri.ff.solu.matri.in uerbo, petatur. Et idem firmat Alexand. in rubri.ff.de iurisdictio.omniū iudi.loquēs de iurisdictione, unde, posset aliter respōderi ad dictum cap.Rodul.uidelicet, quòd proprie loquendo, Diœcesis non comprehendat ciuitatem: sed sicut ciuitas continetur muris.l.ij.ff.de uerb.significa.

¶ Ita, quicquid est territorij extra muros, dicitur diœcesis, ut dicit Card in clemē.ne Romana.§.sane.de electio. Et licet aliquando iura appellatione diœcesis cōprehendant etiā ciuitates: istud non est ex proprietate uerbi, sed potius ex præsumpta mente disponentis, propter paritatem rationis. Et ita potest intelligi iste text. cum simili.

¶ Non recedendo tamen ab opinione Abba. potest respondere ad suprascripta fundamenta: quòd procedāt in

dispo

dispositione legali. unde uidemus quòd in lege quantumuis pœnali appellatione diœcesis, uenit Ciuitas. ut est tex. in. l. 1. ubi Salice. C. de priua. carcer. Et ita tenet Ioan. de Campu. in. d. c. rodulph. ita intelligens nostrum text. hic. & glos. in clemen. 1. de rer. permu.

¶ Facit: † quia licet in dispositione hominis, uerba in dubio, potius capiātur in specie, quàm in genere: ut dicit Bar. in. l. hoc legatum. ff. de leg. iij. & Abb. in dicto cap. Rodolphus, ubi ponit istam rationem ad illum text. In dispositione tamen legali, uerba capiuntur generaliter. l. prima. §. quod autem prætor. ff. de aleæ lusu. Et facit quod not. Bar. in. l. si pluribus. ff. de lega. 1. ubi in dispositione legali indefinita semper æquipollet uniuersali, secus in dispositione hominum. Ad idem facit, quia lex loquens de curatore, habet locum etiam in tutore: ut est glos. in auten. minoris debitor. C. qui dare tuto. poss. Et tamen secus est in dispositione hominis: ut est textus notabi. in. l. tutores. §. 1. ff. de administra. tuto. 6

¶ Ad idem facit. † quia in dispositione legali, filij appellatione uenit nepos. l. filij. & l. liberorum. ff. de uerb. significa. Et tamen non ita est in dispositione hominis. l. quòd si nepotes. ff. de testamen. tutel. licet Bar. aliter distinxerit in dicta lege liberorum. 7

¶ Et ex his potest defendi opi. Abb. in. d. c. Rodulphus. Est uerū: quòd quatenus domi. Abb. hic reprobat Host. qui tenebat, quòd in statutis, appellatione diœcesis, cōprehēditur Ciuitas, uidetur uerior opinio Hosti. quia ratio statuti, ita militat in ciuitate sicut in diœcesi. per. d. l. 1. C. de priua. carcer. & per supradicta.

TERTIVM NOTABILE.

8 NOTA tertio † ibi liberam, quòd ille qui liberam habet facultatem, liberã habet & procedendi facultatem: tenetur tamen procedere secundùm terminos iuris. Ita est textus hic, iuncta glossa prima. facit capitulum primum, supra de rescript. In qua materia, sit conclusio quòd per istam dictionem liberam, nõ cẽsetur sublata iuris solẽnitas. facit lex si quando, in principio. C. de inofficio. testamen. & glossa in lege prima. C. de sacrosanct. eccles. & in autenti. omnes peregrini. C. communia de successio. Fallit, quãdo aliàs uerba nihil operarentur, ut est glossa in dicta lege si quando. Et ita potest intelligi textus in lege prima. ff. de testamen. milita. Fallit secundo, quando diceretur, quòd quis posset tale quid facere secundùm liberam uoluntatem suam. Nam tunc, non teneretur seruare solennitates iuris ciuilis, sed iuris naturalis tantum. ut per Bartolum in Extrauagã. ad reprimendum, in uerbo uidebitur, in fine. cum concordantibus per Felynum in capitulo primo, in decimaseptima colum. uersic. fallit. viij. suprà de cõstitutio. Et facit tex. in. l. magis puto. § . si ex alieno. in uerbo, non enim prætori. ff. de rebus eorum.

Libera Facultas.

9 ¶ Et † propterea etiã in tali casu, non posset facere aliquid in præiudicium iuris quæsiti tertio: secus iuris quærendi. ut per Bal. in. l. Dotalem. ff. de testamen. milita.

10 ¶ Fallit † tertio, quãdo aliàs esset necessaria alicuius requisitio. Nam si tribuitur facultas libera faciendi: poterit facere illo irrequisito. Et ita probat glo. in capitulo

cum

cum plures. de officio. delegati. in. vi. Glossa & Docto. in capitulo si pro debilitate. supra titulo secundo. & gl. in capitulo primo, de homi. libro sexto. & in capitulo. de multa. infra de præben. & glossa in clementi. dudum. de sepultu. probant moderni. in capitulo reprehensibilis. infra de appellatio. Et facit quod not. Ias. post alios, in lege nemo potest: in quarta quæstione Barto. ff. de lega. 1. Et quod not. Anto. de Butrio in capi. sane, per illum tex. infra de excessi. prælatorum.

¶ Sed aduerte. quia in contrarium facit iste textus iuncto capitulo. iij. de consue. libro. vi. & capitulo qualiter secundo. infra de accusatio. ubi non potest Episcopus inquirere, absque consilio capituli sui: & tamen dicitur, quòd potest libere inquirere. nisi dixeris, quòd iste text. restringit hanc facultatem: supplendo illa uerba, secundum quod Canones censent. Item hic tolleretur ius tertij, uidelicet ipsius Capituli. Ibi ex dispositione legis, est quæsitum ius aßistendi Episcopo inquirendi. dicto capitulo qualiter & quando. Et propterea, credo quòd glo. in dicta clemen. dudum, non sit uera: & contra eam fuit aliàs consultum. ut per Feli. in dicto capitulo primo. de rescript. Et ad supradicta uide Bald. in capi. cum olim, de consuetudini.

QVARTVM NOTABILE.

Nota Quarto, Ibi adulteria & scelera inquirere: quod † re- 11

 gulariter

Inquisitio. *gulariter, de isto iure permissa est Episcopis inquisitio. Et propterea infert hic Bald. quòd de iure canonico, iudicium inquisitionis dicetur ordinarium: & idem tenet Barto. in capi. super literis, de rescrip. Et facit quod no. Barto. in. l. si maritus. §. 1. ff. de adulte. ubi infert, quòd si statuto indistincte permittatur inquisitio: tale remedium erit ordinarium. De iure uero ciuili inquisitio est remedium extraordinarium. Ex quo, regulariter sine accusatione, nemo punitur. lege rescripto. §. si quis. ff. de mu. & ho. Et ita tenet Bald. But. Imo. & And. sicul. hic. & per Comen. consilio centesimotrigesimoquinto. Ad primum. circa finem.*

11 ¶ *Sed hic aduertendum est † circa duo. Primum est, nunquid sit aliqua differentia inter ius ciuile, & canonicum quo ad permissionem inquisitionis.*

¶ *Secundum est, nunquid uerum sit: quòd inquisitionis iudicium sit ordinarium.*

¶ *Circa primum, puto quòd non sit aliqua differentia, inter Ius ciuile & canonicum: quia etiam de iure ciuili, si praecedat fama, uel alia legitima indicia: licita est inquisitio. lege prima. C. de custo. reo. & lege iustissimos. C. de officio. Recto. prouin. Et probatur in lege congruit. ff. de officio. praesid. Nam nisi licita esset inquisitio particularis: illa generalis, de qua in dicta lege congruit, nullius effectus esset. Et istã opi. tenuit Nico. de mata. quem refert, & sequitur Bartolus in lege secunda. §. si publico. ff. de adulterijs. Bal. in lege iubemus. C. de probatio. Salicetus in lege ea quidem. in nona columna. C. de accusatio.*

Et

Et latè per Areti.in capitulo qualiter,& quando. secun do.in.xv.col.cum quatuor sequen.infra de accusatio. Et idem etiã tenet Ang.de are.in tractatu malefi.in.iij.charta. Et istud tantomagis procedit de iure nouißimo, per text. in.§. iubemus autem. in autentica de Collator.per quem dicit Ioan. And.in capitulo felicis. de pœn.in.vi.in nouella,†quòd hodie potest in omni crimine formari inquisitio.Et idẽ tenet Ioan. Fabri,institu. de publi.iudi.in princi.facit tex.in autenti.quid si delinquentes, de manda.princip.& ista opinio est uera:si intelligatur,præcedentibus tamen fama, uel indicijs legitimis. De quibus per Docto.in capitu.cum oporteat,infra de accusationi. id est,ex quibus uerisimiliter iudex inducatur ad probabilem credulitatem,seu præsumptionem quòd delictum fuerit commissum. Et sic teneo quòd non sit differentia inter ista iura,quicquid dixerint Docto.hic. 13

¶ Circa† secundum articulum cõmunis opinio est,quòd imo tale indiciũ inquisitionis utroq; iure sit extraordinarium.prout tenuit Inno.in ca.cũ oporteat.infra de accusationi.Et sequũtur alij in rubri.infra.de iudic. unde inferunt ad statutũ loquẽs de iudicio ordinario:ut inquisitionem non comprehendat: mouẽtur duabus rationibus. Prima,quia tale indiciũ expeditur officio iudicis nobili. ergo est extraordinariũ.l.cũ filius. ff. si cer.pe.cũ cõcordan.Sed ista ratio,non est concludens:quia etiã accusatio expeditur officio iudicis nobili.ut dicit Bart.& sequuntur Docto.in.l.imperium,in definitione meri Imperij.ff. de iurisdictione omnium iudicum.Et tamen præfati do- 14

cto.habent pro confesso, quòd iudicium accusationis sit ordinarium.unde text. in dicta.l.cum filius.ff. si certum petatur,solum procedit in officio iudicis nobili: quod datur loco deficientis actionis: & competit ex quadã aequitate ad priuatam utilitatem.

¶Secunda ratio est, quia iudicium inquisitionis etiam quod iure canonico & ciuili regulariter permittatur: tamen ex quo est contra regulã iuris: de qua,in. d.l.rescripto,debet dici extraordinarium.l.in causae.secũda.ff. de minori.ubi restitutio in integrũ, quãuis regulariter permittatur minoribus laesis:tamen dicitur extraordinaria. Et istud fundamentum, uidetur etiam confundere illud quod dicit Bar.in.l. si maritus, & supra retuli. Est uerum,quòd sustinendo Bar.posset respõderi † cõsiderando
15 *differentiam inter restitutionem in integrum, & inquisitionem. Nam restitutio in integrum fuit introducta contra regulas iurisgentium: ex quo rescindit ea,quae semel tacito consensu placuerant.l. cum amplius.§. is natura debet.ff.de reg.iuris.l.sicut.C.de actio.& obli. Vnde merito tale iudicium est extraordinarium: ex quo ius ciuile non potest in totum alterare dictam regulam iurisgẽ. Sed inquisitio tantummodo est contra regulam iuris ciuilis.d.l.rescripto.§.si quisquã.Ius uero ciuile, potest in totum tollere,(si uult.) Et propterea,ea sublata in casibus in quibus permittitur inquisitio remanebit iudiciũ ordinarium.Et ita posset dici,sustinendo Bartolum. Pro quo facit,quia restitutio in integrum,est remedium subsidiarium: unde merito dicitur extraordinarium, prout*

declarat

declarat Bal.in.d.l.in causæ. quod non est in inquisitione, cuius iudicium non datur in subsidium.

¶Et propterea, etiam superueniente accusatore nō cessat declarando, ut per Barto.in.d.l. si maritus. Et propterea, tu aduerte, quia uerior uidetur opinio contra cōmunem: & cōsequenter, quòd tale iudicium hodie sit ordinarium. Et imprimis sciendum est: † quia ordinariū capitur diuersis modis, prout importat subiectū cui applicatur. unde, pœna dicitur ordinaria, quæ habet certū modum constitutum: non autem est arbitraria.l.ij.ff.de crimi. stellio.l.fina.ubi Barto.ff.de priua.delic. Et delictum dicitur ordinarium, quod certis legibus specialiter punitur: sicut extraordinarium, quod non habet certum nomen à lege impositū.ut in tit.ff.de extraordina.crimi. & ibi glos.in rubri. Et cognitiones ordinariæ dicuntur, ubi præscriptū est, quomodo iudex procedat & cognoscat. Si uerò ex qualitate negocij, arbitrarium est iudici cognoscere: tunc dicitur cognitio extraordinaria.l.ij. in fi.ff.de uar.& extraor.cogni. Ordinarium dicitur etiam munus, quod à lege est impositū habēs certā & determinatā præstationē, ut per Bar.in.l.1.in.v.colū.C.de mulie. & in quo loco. & no.in.l.fi. C.de uacatio.mune.li.x. Ordinariū etiā dicitur mandatū, quod regulariter fieri potest.l.solet.ff.de offi.pcōsul.facit.l.1.C.de indictio.lib.x. Et quod no.Bart.in.d.l.si maritus. Sed ista exēpla nō loquūtur de iudicio. Et ppterea, † in specie dic quòd extra ordinariū iudiciū dicitur, in quo ordo et solēnitas à lege tradita nō obseruatur. Ita est textus in.l.ordo.ff.de pub. iudic. Et facit dicta lex finalis.ff.de priua.delic.unde,

16 Ordinariū multimodè accipitur.

17

cum quædam solennitates aliâs traditæ, per legem duodecim tabula.essent sublatæ: merito omnia iudicia de iure ciuili dicuntur extraordinaria. §.fin.institu.de interdic. Et propterea, de iure ciuili, casus est expeditus, nedum in inquisitione, sed etiam in accusatione, & in cæteris iudicijs. Sed in statuto, loquitur de iudicijs extraordinarijs: ergo non potest accipi ista intelligentia, quia aliâs statutum nunquam uerificaretur. unde sicut olim iudicia dicebantur extraordinaria, in quibus non seruabãtur solennitates constitutæ à lege duodecim tabula. Ita hodie statutum debebit intelligi de iudicijs extraordinarijs, id est in quibus ordo cõmuniter traditus à lege, non obseruatur.

¶ Et consequenter comprehenduntur casus, in quibus summarie, & de plano proceditur. Et probatur in clemen.sæpe.in uersiculo fina. de uerborum significatione.

¶ Et propterea, cum in inquisitione regulariter seruetur ordo iudiciarius cum suis solennitatibus, capitu. ad petitionem, & dicto capitulo qualiter, & quando. secundo. in glos.in uerbo, contra quem. infra, de accusatio. uidetur quòd in se dicatur iudicium ordinarium, licet pœna sit extraordinaria: ex quo potest diminui arbitrio iudicis: secundùm supradicta, & .d.cap.qualiter.

QVINTVM NOTABILE.

15 ¶ NOTA *Quinto* † *quòd Episcopus potest etiã cõtra laicos inquirere adulteria cõmittentes, Nam iste tex.*

genera

generaliter loquitur: nec distinguit laicos à clericis. Et propterea, debet generaliter intelligi, secūdùm Abb. hic. sequitur Imo. & Siculus. Et ita etiam tenent Modernio. in capitu. cum sit generale. infra de foro competenti. & in capitulo consuluit. 1. infra de appellationi. Et propterea talis Episcopus poterit punire adulterum: uel separando torum, capitul. tuæ. de procurato. uel detrudendo in monasterium: capi. gaudemus, infra de conuer. coniuga. uel scindendo pannos, & tondendo eum in derisionem. capitu. de benedicto. xxxij. quæstione prima. Et ita etiam tenet Roma. singula. ccccccclxvij. nos sumus. Et pro ista parte, primo inducitur iste text. secundo tex. in dicto capit. consuluit. primo. infra, de appellatio. Tertio adducitur textus in dicto capitulo gaudemus. & tex. in capitu. intelleximus, infra de adulterijs. Vlcimo pro hoc facit ratio: quia matrimonium est de sacramētis ecclesiæ: capitu. ut debitum. infra de Biga. ergo si illud uidetur, iurisdictio debet spectare ad iudicem ecclesiasticū. Et propterea, adulteri dicuntur Sacrilegi. l. quamuis. C. de adulter. Et ista est communis opinio, secundùm Fely. in. d. cap. cum sit generale.

¶ Contrariam opinionem tenuit Innoc. in cap. cū tuæ. de procurato. & Ioan. Andre. in cap. fin. de foro cōpe. in. vi. moti per tex. in. d. cap. tuæ. Cōfirmo istam opinionē: Primo p tex. in ca. incestuosi. xxiij. q. v. ubi si laici incestuosi non parent admonitionibus Sacerdotum: oportet, ut per seculares potestates coerceātur: ex quo, aliter per Ecclesiam non possunt corrigi. certè si regula nō procedit criminaliter contra incestuosos: multominus contra adulte-

ros.argumen.l.si adulterium.ff.ad leg.iul.de adulte.
¶ Secundo,confirmo per tex.in dicto cap.cum sit generale.ubi speciale est fauore ecclesiæ: quòd iudex ecclesiasticus pcedat cõtra ecclesiasticos sacrilegos: ex quo furantur bona ecclesiæ:ergo in contrarium est ius commune:præsertim in adultero:in quo,cessat ista ratio.
¶ Tertio cõfirmo per tex.in.d.cap.de benedicto.ubi iudex ecclesiasticus remittit adulterum puniendum ad iudicem secularem,unde ostenditur, quòd ipse nõ habebat facultatem eum puniendi, nisi illa simplici castigatione, quæ fit per derisionem. ¶ Nec obstant allegata in contrarium.Et primo iste tex.quia impoßibile est,quòd iste text.accipiat intellectum do. Abba. Nam si generaliter intelligeretur in laicis,sequeretur quòd sicut possunt episcopi inqrere de adulterijs aduersus laicos:quòd possent etiam de alijs sceleribus. quia textus utraque si-
19 mul iungit. Et tamen † istud est falsum: quia regulariter episcopi non possunt inquirere de sceleribus laicorum: ne imponant falcem in messem alienam, capitulo, nouit. infra de iudicijs. & per omnes, in dicto capitulo, cum sit generale, nisi sint delicta. uel mere ecclesiastica, uel mixta: uel nisi procedatur per denunciationem euangelicam. ut ibi per Abbatem & Doctores. Necessariò igitur,iste text. generaliter intelligi non potest:sed est restringendus ad clericos:in quibus episcopi habent ordinariam potestatem. Vnde uerior uidetur intelligentia Innocen.Hostien. Bald. Ioan.de ligna. Cardina. & antiquorum hic: qui restrigunt text. dummodo illi,aduersus quos episcopus inquirit: ad suã iurisdictionem

nem pertineant. Et sic præsupponunt, quòd contra laicos, non poßit per episcopum in isto casu cognosci. Et certè si istorum autoritates iungerentur opinioni Ioan. And. & Innocen. ista opinio Abba. uix obtineret in practica: præsertim quia contra Abb. etiam uidetur tenuisse Angel. in auten. sed hodie. C. ad. l. Iul. de adulte. licet in. l. quamuis, eod. titu. uariauerit. Et pro isto intellectu facit, quia lex semper intelligitur loqui in casu habili, capi. 1. de ætate & qualitate, in sexto. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. † Et exceptio iurisdictionis nũquam censetur reiecta, gl. in clemẽ. 1. de sequestra. posses. in fine. De qua per docto. in. l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. Non obst. ca. consuluit, quia ibi agebatur propter uxorem quæ detinebatur ab adultero, ut eam restitueret: non autem principaliter cognoscebatur de crimine adulterij: quod ostendit illud uerbum detinere. Nam si actum fuißet de adulterio, eodem modo potuisset reus puniri: etiam si olim detinuisset: licet de præsenti non detineret. 20

¶ Præterea ille tex. loquitur in adultero notorio: & † in criminibus notorijs potest episcopus cognoscere: propter præsumptã negligentiã secularis iudicis. ut dicit do. Abb. hic, in. ij. col. & ibi dicam. Non obst. ca. gaudemus. quia ibi, illa mulier non fuit collocata in monasterio, in pœnam, sed in prouisionem: ut mulier honeste uiuat. declarando ut ibi per Abba. in secundo intellectu. Non obst. c. intelleximus: qa ibi, nulla pẽdebat accusatio adulterij: sed episcopus eos excõmunicauerat, quia nõ redierant simul: prout ipse præceperat. & sic, excommunicatio fuit lata in pœnam contumaciæ, nõ in pœnã criminis. 21

Non

¶ Non obstat ratio Abb. quia sacramentum in matrimonio consideratur, propter euitationem diuortij. unde diuertẽdo læditur sacramentũ: sicut adulterando, læditur fides promissa. c. omne. xxvij. q. ij. Et propterea, quo ad separationem quæ respicit sacramentum: ordinarius inquirit, dicto cap. tuæ, non quo ad cætera.

22 ¶ Præterea, † admissa ratiõe Abbatis: sequeretur, quòd ecclesiasticus non possit inquirere de adulterijs Bigamorum: in quibus est defectus sacramenti. d. capit. debitum. Iste ergo text. quatenus tribuit episcopis facultatem inquirẽdi in adulteros, potest intelligi. Primo, generaliter in clericis. Secundo, potest etiam intelligi in laicis, delinquentibus cum ecclesiasticis: quia talis cognitio, est etiam de foro episcopi, argumen. c. quidam clerici. lxxxi. distin. & cap. eos. xxij. distinc. per Federi. de Sen. cõsilio. clxij. Et quod not. Maria. socin. in dicto cap. cùm sit generale. Item potest generaliter intelligi, tam respectu clericorum, quàm etiam respectu laicorum: non ad pœnam temporalem, sed ad pœnitentiam imponendam. Pro quo est text. xxxij. q. v. c. fina. & ibi Archidi. & . xxvij. q. ij. cap. catho. Et ita istum tex. intelligit Ioan. Andre. in cap. ad nostram. ij. infra de iureiuran. Et iste intellectus suadetur ex ultimis uerbis text. dum dicit, ad ea, quæ deo placita sunt prosequenda. Nam talis pœnitentia, est illa quæ proprie Deo placet, nõ autem pœna criminalis. ca. ponderet, in fine: & cap. sequen. quinquagesima distinc. Et istud etiam suadent illa uerba: secundum quòd Canones censent. Nam intelligitur de pœnitentialibus. cap. ij. infra de pœn. & remissio. Nec obstat, quòd text. dicat im-

Intellectus tex.

plorandum esse brachium seculare. quod non uidetur habere locum, ubi agitur de pœnitentia: Ex quo illa ad uolentes pertinet: non ad coactos. quia respondeo, quòd ista est proprie dubitationis ratio istius tex. per quem deciditur pro tali pœnitentia imponenda, posse implorari Brachium seculare. Et de hoc est text. in cap. displicet. xxiij. quæstio. iiij. Et in tali pœnitentia, possunt illa etiam uerba uerificari, ulcisci & iudicare. De quibus in text. Et hoc probatur in cap. quis nos potest. xxiij. quæstio. iiij. Et iste intellectus est sustentabilis, & in se uerus: sed cõmunis est notabilior, & ideo tenendus.

SEXTVM NOTABILE.

Nota sexto † ibi, ulcisci, & iudicare: quòd præposterus ordo toleratur in iure: Nã prius iudicatur: deinde fit ultio. Et tamen text. prius posuit de ultione. & ita notant Imol. Butri. & Moder. hic. Et istud facit pro sustentatione libelli: quando aliquis petit Titium cogi & compelli ad soluendum, & ad prædicta condemnari. Nam ualet talis libellus non obstante præposteratione: ut etiam concludit Bart. in. l. prima. C. de execu. rei iudicata. cum concordantibus per Alexand. & Iaso. in. l. ij. §. prius autem. ff. de uulga. & pupilla. & Ias. in. § primo. col. xxv. institu. de actioni. & facit cap. literas. ubi Abbas in tertio nota. infra de restitu. spoliato. Sed tu aduerte, quia potest defendi iste tex. ab hac præposteratione. Nam inquirendo, incipit episcopus ulcisci delictum: quia incipit inquisitus notari, saltem infamia facti, quia eius 23

opinio

opinio est grauata apud bonos uiros: licet lata sententia: particularis uindicta, deinde fiat in cōdemnatum. ut probatur in. c. inquisitionis. §. ad hæc respondemus. ibi, propter Deum huiusmodi puniendum. infra, de accusatio. Nam text. ibi appellat processum inquisitionis, pœnam. Et propterea, non potest fieri, nisi præcedentibus legitimis indicijs. c. licet. de simo.

SEPTIMVM NOTABILE.

24 Nota † septimo ibi, & cum opus fuerit &c. quòd Iudex ecclesiasticus, in exequutione suæ sentētiæ, implorat Brachiū seculare. Facit tex. in ca. quoniā, infra eod. & .xxiij. q. iiij. cap. non inuenitur, cum similibus. Et

Brachiū seculare.

25 econuerso, † laicus quandoque implorat officium iudicis ecclesiastici. exempli gratia: ubi condemnauit aliquam adulteram, quæ debet detrudi in monasterium: secundum auten. sed hodie. C. de adulte. Nam cum iudex laicus non habeat monasteria, debebit implorare officium episcopi: qui illi concedet. Argu. l. inter pœnas. ff. de interdic. & relega. Et ita tenet Soci. in dicto ca. cum sit generale, ita saluando dictum Archidiaconi. xxv. quæstio. iij. c. rex debet, ut ibi per eum.

26 ¶ Est † tamē differētia inter istos: quia ecclesiasticus potest cogere secularem, etiam per censuras: ut sibi præstet auxilium. c. ij. infra de maledi. & per Sicul. hic. Sed secularis, non potest cogere ecclesiasticum. ut dicit hic Innocen. & sequuntur omnes. Est uerum, quòd non debet ecclesiasticus implorare tale Brachium, ad puniendum clericum:

clericum: nisi sit incorrigibilis.cap.cum non ab homine. infra de iudic. Secus est si imploret, non ad puniendum, sed forte quia eius timeat potẽtiam.ut per Abb.in.d.cap. quoniam.in fine,infra eodem.

OCTAVVM NOTABILE.

NOta ultimo † ibi non ad praeiudicandum,secũdùm intellectum cõmunem: quòd ecclesiasticus implorans Brachiũ seculare: intelligitur implorare citra praeiudicium suae iurisdictionis. 27

¶Et ex hoc seqtur: quòd nõ potest iudex secularis praetendere aliquam iurisdictionem, in talem condemnatum in praeiudicium ecclesiae.Dubiũ faciebat,quia implorando eius Brachiũ, uidetur quodammodo iurisdictio prorogata aduersus reum,de consensu ipsius episcopi.l.1.ff. de iudi. Et potuisset dici uia quam elegisti tibi pateat.l. si mulier.in fi.ff.quod met.cau.Et facit,quod not.Bal.in l.1.in.ij.not.C.de execu.rei iudica.†ubi dicit quòd si cre- 28
ditor,qui potest ꝓpria autoritate de facto apprehẽdere bona debitoris,uadat ad iudicem,cẽsetur sibi praeiudicasse: & nõ poterit amplius propria autoritate uti.Idem tenet Bald.in.l.ij.in.vi.col.C.de serui.De quo per Deciũ consi.cxlvi.in.ij.dubio. ¶Sed tamẽ istae rationes in casu nostro nõ militãt:quia non potest tribui aliquod ius seculari:ex quo iudex eclesiasticus eius Brachiũ implorat,cũ certa limitatione,uidelicet nõ tanquã cognitoris:sed tanquam exequutoris. arg.c.ut inquisitionis. §. ꝓhibemus. de haeredi.in sexto,unde † posset ecclesiasticus(si uellet) 29
omißo

omisso iudice cuius Brachium *implorauit: alium adire. Ita probatur in isto text. quod est singulariter notandũ. Et ex ratione istius text. potest limitari supradicta decisio* Bald. *quæ quotidie occurrit in practica, ut non procedat.* Primo, *quando ille qui adiuit* Iudicem *simpliciter diceret se facere ad euitanda scandala, argu.l. æquißimũ. ff. de usufruc.* Nam *cessante dubitatione scãdali: uidetur, quòd propria poßit autoritate ire, quia ille cõsensus habet limitatam causam: ergo limitatum pariet effectum. l. in agris. ff. de acquiren. rerum domi. l. age, cum simil. ubi* Moder. C. *de transactio.*

30 ¶ *Secundo* † *limitatur: quando expresse reseruasset sibi facultatem ingrediendi, ut consuluit* Alexã. *consil. cxxix. in causa & lite, columna finali. in quarto. Idem si dixisset, citra præiudicium iurium suorum. argumento istius textus.*

31 ¶ Tertio † *limitatur quo ad alia remedia, quia poterit non solum petere à* Iudice, *quòd adiudicet sibi illa bona: sed etiam, quòd interim eum incarceret.* Ex quo, *in executiuis possunt plura remedia eodem tempore intentari, ut per* Bart. *in. l. consentaneum, in ulti. colum.* C. *quomodo & quando iudex.* Et *per* Alexan. *in. l. iiij. §. si ex cõuentione. in princi. ff. de re iudic.* Iason *in lege nulli. in. iij. columna.* C. *de iudic. quod tamen uidetur intelligendum: quando post primum remedium debitor adhuc remanet contumax & non soluit. c. quoniam frequenter. §. fin. infra, ut lite non contesta.*

32 ¶ Quarto † *limitatur, quando creditor uidens fortè iudicem negocium differentem: permisisset labi instantiam datam*

datam causis exequutiuis à statuto. Nam uidetur, quòd resarcitis expensis: poßit denuo propria autoritate bona debitoris occupare. argumen. autēti. qui semel. C. quomodo & quando. & per nota. in lege properandum. in fine. C. de iudic. Sed, † nunquid poßit iste creditor pro 33
parte unum adire Iudicem: & pro parte, adire aliū? Ias. in dicta lege nulli, dubitat: & uidetur innuere, quòd sic, quia in executiuis, possunt intentari plura remedia: per dictum Barto. *in. d. l. consentaneum, cum similibus.*

¶ *Teneo contrarium, per regulam. d. l. nulli. quæ uult, quòd continentia causæ non debeant diuidi. quæ regula habet locum, etiam in exequutiuis. unde, in illis procedit reconuentio, ut per* Barto. *&* Docto. *in auten. & consequenter, in principio. & in colum. penulti.* C. *de sententijs. per* Socin. *in capitu. primo, infra de mutu. peti.*

GLOSSA PRIMA.

IN *gloß. prima, in prima parte* Not. *quòd quamuis* 34
lex dicat, quòd episcopi debeant inquirere: tamen re- Inquisitio.
quiritur, quòd præcedat fama. Et ista glos. confundit Fama.
opinio. Angel. *in lege si uacantia.* C. *de bon. uacant. libro. x. tenētis per istum textum generaliter intellectum: quòd ordinarij iudices possunt indistinctè inquirere: etiam si non præcedat fama. secus in delegatis.* Et *ita intelligit iura in contrarium allegata.* Sed *non puto recedendum ab opinio. gloß. quia* Angel. *reprobatur communiter in hoc, ut etiā dicit* Areti. *in dicto capitulo cum*

oporteat, & in dicto capitulo qualiter & quando. Et
35 ex ista glos. infert hic Bald. † ad statutum disponens: quòd iudex libere poßit inquirere contra adultos. nam intelligetur secundùm hunc text. scilicet præcedente fama. & sequuntur Modernio.hic. Et in isto casu, consequens est: ut non sit plenè uerificanda illa qualitas, quòd essent adulteri. Sed satis est: si solum deprehēdatur per famam. quia statutum recipit interpretationem à iure communi. lege si serui. C. de noxal. Et ita puto limitandum, quod notat Bar. in lege prima. §. & parui. ff. quod ui aut clam.

36 ¶ Et quod dicit Baldus † in statuto. Adde idem esse in commißione principis. dicto capitulo. cum oporteat. ubi Docto. infra, de accusationibus. Declara istam glossam tribus modis.

37 ¶ Primò † dum dicit requiri famam, ad hoc, ut poßit inquiri: intellige, istud esse satis, si tempore quo incipit inquiri sit ista infamia. nam quāuis deinde cesset: nihilominus tenebit inquisitio. ut dicit Bald. & Imol. in lege is potest. ff. de acquiren. hæredi.

¶ Et facit ratio: quia fama non est caussa finalis inquisitionis: ergo ea cessante, non per hoc debet processus annullari. lege prima. in fin. ff. de minori. Et † sic habes de-
38 clarationem ad regulam legis patre furioso. ff. de his qui sunt sui uel alie. iuris. ut aliqua teneant: non solum quando sunt facta, sed etiam quando cœperunt in esse producit quamuis à principio, fieri non potuissent. Et istud dictum etiam sequitur Ange. in tractatu maleficio. in uerbo, fama publica.

Secundo

¶ Secundo, declara istam glossam ut ita necessaria sit fama: quòd si iudex aliter formaret inquisitionē: posset appellari. ut per Bald. in lege secunda, in penultima colum. in. iiij. quæstio. C. de episco. audien. quia inde oritur grauamen irreparabile, propter lites & sumptus. Et quia grauatur eius opinio, & quia fortè interim compelleret eum iudex stare in carcere.

¶ Tertio declara, † ut reus poßit, si antequā incipiatur 39
prosequi contra eum, ipse præueniret & demonstraret illam famam nō esse sufficientem: puta, quia habet ortum à maleuolis: ut est text. ubi omnes, in dicto capitulo cum oporteat. Et potest reus pro sua innocentia facere alias probationes, quæ elidant famam. ut per Comen. consilio cxxxv. ad primum, per totum.

¶ Limita † istam glossam. Primo, ut non procedat in in- 40
quisitione generali. quia illa fit etiam nulla fama præcedente. uigesimaquinta quæstione. vi. capitulo. Episcopus in synodo. per Abbatem & alios hic. Et licet non requiratur fama: debet tamen prius constare, nunquid maleficium sit commissum. ut per Bartolum in lege finali, in principio. ff. de quæstio. Et nunquid illud de quo intendit inquirere, sit delictum punibile. argumento legis si seruus. ubi Bartol. C. de his qui ad ecclesiam confugi.

¶ Secundo † limitatur: quādo inquisitio fit ad finem im- 41
pediendi aliquam promotionem ad honores, uel ordines: non autem ad finem puniendi. capitu. primo. de postula. prælato. ca. cum nobis. de electio. Et istas duas limitationes refert hic Abb. & Docto. sequuntur.

Et idem est ubi inquisitio fieret ad impediendum delictum: de quo dubitaret iudex nè fieret, ut dicit Innocen. *in dicto capitulo primo, & in simili quod not.* Innocen. *in capitu. omnis utriusq; sexus, infra, de pœnis. glo. in ca. nerui. xiij. distinctio. per* Andream Sicul. *hic, & idem est generaliter, ubi inquisitio non fit ad puniendum: secundum* Abba. *in capitulo qualiter & quando, infra de accusationi.*

42 ¶ Tertio † *limitatur, ut quamuis non præcedat fama: satis sit, si præcedant indicia uerisimilia, ut per* Barto. *in. l. fina. ff. de quæstio. quia talia indicia sunt loco diffamationis. & ita intelligitur dictũ capitulum qualiter & quando. & istud uoluit* Innocen. *&* Butri. *in dicto capitulo cum oporteat.* Et ibi Aret. *in. x. colum. & quò ad hoc, ut ueniatur ad capturam in criminalibus: satis est etiam leuis suspitio, seu aliqualis informatio, secundũ glossam &* Salicetũ *in. l. nullus.* C. *de exhiben. reis,* Bal. *in lege secunda.* C. *de his qui latro. per* Alexan. *in lege quæstionis. ff. de quæstio. cum cõcordan.* Licet *quò ad torturam, requirantur legitima indicia: etiam si ageretur de causa læsæ maiestatis. ut est text. ubi* Docto. *in lege si quis alicui.* C. *ad legem iuliam maiesta. etiam si iudex haberet liberum arbitriũ ex forma statuti. ut dicit* Pau. de Eleaza. *in capi. grauis, extra. de deposi. & per* Alexand. *in. l. filiusfami. ff. de donatio.*

Indicia.

43 ¶ Aduerte † *tamẽ: quia ista procedũt in laicis: sed, in clericis, illi nunquam possunt torqueri: nisi sint infamati de delicto, ut dicit* Abbas *antiquus in dicto capitulo grauis. quem ibi sequuntur* Floria. *&* Imol. *& domi.* Abb. *in capitulo*

pitulo cum in contemplatione.infra de regulis iuris.cum concordan.per Iaso.in.l.magistratibus.ff.de iurisdictione omnium iudicum.

¶ Et † propterea, posset etiam generaliter teneri, quòd contra clericos non poßit inquiri: nisi sint diffamati.& istam diffamationem, uidentur proprie considerasse iura canonica. 44

¶ Sed tamen puto contrarium: quòd imo procedatur cõtra eos, etiam ad torturam, quamuis non sint diffamati. prout tenuit domi. Abbas in dicto capitulo grauis: respõdendo ad illum textum, ut ibi per eum. Et confirmatur ratione. nam nulla est ratio, cur (si sint legitima indicia) non debeant torqueri: datò, quòd non sint diffamati. Ex quo plus operantur indicia regulariter, quàm diffamatio. lege prima. §. secundo, & tertio. & l. fin. ff. de quæstionibus. unde † diffamatio simpliciter nõ facit indicium 45
ad torturam. ut nota. in capitulo primo, infra de appellatio. & in cap. ueniens. infra de testibus: nisi sit uerisimilis: ut infra dicam.

¶ Nec credo, quòd intentio tenẽtium, quòd clericus nisi diffamatus, non poßit torqueri: fuerit excludere alia indicia grauia, quæ ex se satis dicuntur facere diffamationem, seu illi æquipollent: capitulo super eo. & quod ibi nota. infra de eo, qui cogno. consangui. Et per Innoc. Butri. & Areti. in dicto capitulo cum oporteat. Et præsertim, quia ista indicia faciunt notorium iudici. capi. cum olim, & ibi Abb. infra de uerb. significa. quòd notorium succedit loco diffamationis.

¶ Quarto limitatur, † quãdo inquisitio fit de iussu Prin 46

cipis ex certa scientia præcipientis, contra aliquem inquiri. nam tunc inquiretur etiam quòd nulla sit contra talem infamia.lege nullus.ubi Bal.C.ad legem iuliam maiesta. Et per Moder. in capitulo cum oporteat, infra de accusationi. Ang. de aretio in tracta.maleficio.in uerbo, fama publica.in.ij.colum.

47 ¶ Quinto † limitatur, ut non procedat coram iudicibus qui nõ tenentur seruare ordinẽ iuris. Istud fuit de mente Ioannis Andreæ in capitulo olim, de accusationibus. ubi dicit, quòd cõtra regulares potest inquiri, etiam nõ præcedente infamia: ex quo, contra tales iuris ordo nõ seruatur. capitu.reprehensibilis, infra, de appellatio. & dicto capitulo qualiter. in fine. Et illud dictum sequitur domi. Anto.Pet.de Anchara. & Floria. Et licet illa Decisio (quo ad regulares) habeat aliquos contradictores: tamen omnes sentiunt limitationem in se ueram.

48 ¶ Et ex hoc infertur: † quòd in delictis enormibus poterit inquiri: etiam fama uel indicijs non præcedentibus. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & cleric. l. prima. C. de fals. monet. Ex quo in talibus delictis non seruãtur solennitates iuris: secundùm Innocentium in capitulo cum omnes, de cõstitutio. Bal. in. l. quid ergo. §. pœna grauior, in quarta columna. ff. de his qui notan. infamia. cum concordantibus.

¶ Et pro hoc facit tex. in extrauagan. ad reprimendum. ubi potest per iudicem inquiri in crimine læsæ maiestatis: in quo lex non attendit ordinem iudiciorum, quamuis non præcedat fama, ut ibi per Bartolum, in uerbo, inquisitionem.

Intellige

¶ Intellige † tamen requiri aliqualem suspitionem. Et istud probatur in capitulo excommunicamus. §. adijcimus. ubi Floria. & Ioan. de Ana. infra, de hæreti. nam in crimine hæresis, inquiritur: etiam si non subsit aliqua infamiæ nota, sed aliqualis suspitio tantum. puta, quia quis discrepat à communi cõuersatione: quod bene nota, quia sæpius in facto. 49

¶ Sextò limitatur, ut † quamuis non præcedat infamia si formetur inquisitio, & reus nõ opponat: quòd teneat processus. secundùm Petrum de Ancharano. & Moder. hic, & per Angel. in loco supra allegato. Et est textus in capitulo finali, de accusatio. in. vi. unde aduersus contumacem poterit procedi, etiam quòd nõ sit diffamatus. secundùm Abb. in cap. qualiter. 50

¶ Septimò † limitatur, ut si formata sit inquisitio, non existentibus fama nec indicijs: & reus captus confiteatur delictum: conualidatur iudicium. Et ex tali cõfeßione poterit condẽnari. tex. est in cap. i. de accusatio. in. vi. & per Ancha. in clemen. i. de homicidijs. & per Ange. in d. uerbo. fama publica, in. x. col. & Bartholo. cepol. in cõsi. lxvij. teneo idem. 51

¶ Contrarium de directo tenuit Alexan. in. l. qui in aliena. §. celsus. in additio. ad Barto. ff. de acqui. hæred. allegans idem tenuisse Anchara. cõsi. xxiiij. puto distinguendos esse tres casus. ¶ Cum † iudex, sine fama uel indicijs incipit inquirere: & procedit ad capturam, aut reus cõfitetur in tormentis, & non poterit cõdẽnari etiã si post tormenta ratificauerit confeßionem: ex quo fuit iniustè tortus nõ præcedentibus indicijs legitimis. ita est tex. ubi 52

Barto. & Docto. in. l. penult. ff. de quaestio. cum concordan. per Augustinum de Arimino, in additio. Angel. in
53 loco supra allegato. Aut † reus confitetur absque tormentis: Deinde confeßionem factam reuocat. Et adhuc non poterit puniri: quia illa prima confeßio, praesumitur emanasse metu iudicis. ut per Bald. in lege nouißimè. ff. quod fal. tutor. auto. gestum. Et in isto casu, proprie loquitur Anchara. in. d. consilio uigesimoquarto. Et ita intelligo Alexan. in. d. §. celsus. Et propterea, in tali casu non posset iste compelli ad perseuerandum in prima confeßione, De quo per Innocen. in capitulo per inquisitionem, de electio. Abba. in dicto capitulo qualiter. in fine. Et Ias. in. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omniū iudicum. quod not. quia est singularis limitatio ad text. in di-
54 cto capitulo primo, de accusationibus. Aut, † & tertio: iste captus confitetur, nec reuocat cōfeßionem: & tunc poterit cōdemnari ex tali confeßione. dicto capitulo primo. Et per Alexand. in. l. quaestionis. ff. de quaestio. Et faciunt quae not. Alexand. in. l. si cōfessus. ff. de custod. reo. & Socinus in lege secunda, columna fina. de liberis & posthumis. ff.

55 ¶ Octauo limita †. in episcopo & Metropolitano, qui procedunt ad inquisitionem omisso articulo infamiae, secundùm glos. in capitulo secundo. de accusa. in. vi. Cuius opinio uidetur eadem cum illa, quam dixi tenere Angel. in. d. l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. x. Et ita etiā tenet Ange. de Are. in tracta. malefic. in princip. in. iij. charta. Et dicit ibi Augustinus de Arimino, quòd assessores ita communiter obseruant, licet male: secundùm eum. &

dicit

dicit ueritatem: quia illa glossa non est uera, & est cōtra istum textum secundùm communem intellectum: & eam in terminis reprobat Floria. in dicto capitulo qualiter, in xxi. quæstio. quem ibi refert & sequitur Ioan. de Ana. in. vi. columna.

¶ Sed tu potes saluare glossam in casibus supra enumeratis. Præterea, illa glossa saluari potest, eā aliter intelligendo: ut distinguamus. Aut Episcopus procedit ex mero officio: & satis est, quòd clamor sine fama ad eū peruenerit: quamuis de hoc articulo nihil constet in actis: aut requirit seu inquirit ad denunciationem alicuius: & tunc debet constare de infamia in actis. Et iste articulus non potest omitti. & ita etiam tenuit glossa quam ibi sequuntur communiter docto. in dicto capitulo qualiter, in secunda parte glossæ. Licet † nō esset bene cautum iudici ordinario: quando appellaretur à formatione inquisitionis, quia tunc non staretur dicto suo, si attestaretur coram Iudice appellationis, quòd recepisset informationes extraiudiciales de infamia: prout dicit Abbas in dicto capitulo cum oporteat. in penultima columna. Si uerò reus non appellaret, quamuis opponeret non præcessisse infamiā: nihilominus teneret inquisitio: & tunc staretur dicto ordinarij. Et ita intelligo glos. in dicto capitulo secundo. licet Decius inaduertenter contrarium consuluerit consi. clxx. in secunda columna. 56

¶ Nono limita † quādo iudex inquirit ex necessitate officij sui: nam tūc poterit inquirere, etiā non præcedente fama. ut dicit Angel. in. d. l. si uacantia. in. v. articulo, per tex. in cap. ad nostram. ij. infra de iureiurā. sequitur Ang. 57

de Aret. in tractatu maleficio. in .iij. char. Unde infert ad statutum quod mãdat iudici, ut inquirat de tali crimine, sub certa pœna. Nam tunc debebit inquirere, etiam non præcedente infamia. Sed tu aduerte: quia ista limitatio non uidetur uera, & contra nota. per Bald. hic, ut supra retuli. Ex quo, tale statutum debet recipere interpretationem à iure communi. d. l. si serui. C. de noxali. Et quod not. Fulgo. consi. clxxv. uisis testium &c. Nec tex. in dicto cap. ad nostram. obstat in contrarium, quia ibi non inquirebatur ad finem puniendi: sed quia uertebatur periculum animæ: † quo casu indistincte inquiri potest,
59 etiam non præcedente infamia: ut supra dixi, in secunda limitatione. Posset forte saluari ista limitatio in casu, quo iudex haberet saltem aliquam suspitionem: ut stante tali statuto, tunc teneatur inquirere, argumen. l. tutorem. ff. de his quib. ut indig. ubi tutor non uidetur calumniatus: si cogente matre, uel libertis pupilli instantibus, eius nomine testamentum falsum dixit. Et hoc, quia ad hoc tenebatur ex necessitate officij, ut declarat Barto. in dicta. l. ij. §. si publico. ff. ad leg. iul. de adulte. Ergo in simili, idem possumus dicere, ut iudice inquirente: qui propter statutum, ex necessitate officij cogitur inquirere contra tales delinquentes sub pœna. Facit. l. si certus. ff. ad silleia. & quod nota. xij. quæstio. ij. capitul. quæstionem.
60 ¶ Ultimo cogita, † si posset limitari ista conclusio: ut non procedat, quotiescunque contra iudicem inquirentem absque fama non esset uerisimilis præsumptio calumniæ. Nam ut dicit Barto. in dicto. §. si publico,

in tertia colū. ideo in inquisitione requiritur quòd præcesserit fama: ne aliâs Iudices calumnientur subditos. unde, cessante ista ratione, cessabit dispositio. lege adigere. §. quamuis, de iure patrona. ca. cum cessante, infra de appellatio. Et aliquos casus in quibus cessat ista suspitio, posuit Bar. in. d. §. si publico.

¶Sed † pulcher articulus est, quia gloss. & Docto. dicunt, quòd ad hoc, ut formetur inquisitio: requiritur, quòd præcedat fama. An debeat ista fama plene probari: secundum tradita per Bartol. in. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæstioni. An uerò satis sit, si simpliciter probetur aliquis clamor, & mala suspitio uulgi: Rapha. Fulgo. in consilio. cxxxvi. in ultima colum. uult, quòd fama legitime probetur: ad hoc, ut poßit inquiri, quod dictum est notabile. Et facit text. in dicto cap. cum oporteat, & dicto cap. qualiter & quando, ubi Innocen. Et facit, quia cum lex dicat requiri famam, debet intelligi de legitime probata, ut per Bal. in capi. ueritatis, infra de dolo & contuma. & in. l. diffamari. C. de ingenu. & manumis. & Abb. im cap. ueniens. 1. infra de testibus. 61 Fama.

¶In contrarium facit: quia leuiora indicia requiruntur ad formandam inquisitionem, quàm ad torturam, ut per Salice. in. l. fina. C. de quæsti. & Roma. in. l. si certus. ff. ad silleia. Sed fama plene & legitime probata, si est uerisimilis, facit indicium ad torturam in foro canonico, in quo facit semiplenam probationem, ut dicit Gandinus in tractat. de quæstio. & Guido de

Susa.

Susa.in simili tracta.in rubri.qualiter reus subijcia. tortu.in princi. De quo tamen,dic ut per Barto.in.d.l.fina. ff.de quæstioni.& Docto.in.d.cap.ueniens.Ergo ad inquisitionem debet sufficere:etiam si fama non sit omnino legitime probata.

¶ Secundo confirmatur per tex.in cap. licet Heli, infra de simo.ubi ponitur alternatiua inter publicam famam, & insinuationem frequentem.Et sic satis est si fuerit per plures personas,seu frequenter Iudici insinuatum: non autem est necessaria legitima fama: insinuatio enim significat expositionem Iudici factam.cap.quia plerique. ubi Archid.infra de offi.ordi.in sexto.

¶ Tertio confirmatur per tex.in.l iustißimos.C.de offi. rector.prouinc.ubi acclamatio popularium est satis ad formandam inquisitionem.per quem tex.dicit Ioan. Andreæ in additio.Specul.in titulo, de noto. crimi. in addi-
62 tio.super uerbo, reprobatus.† quòd fama quamuis fragilis,& incerto autore orta,est satis pro formanda inquisitione.& sequitur Areti.consil.lxxiij.in ulti.col. Licet contrarium uideatur tenuisse Ancha. consi.cclij. nisi eum intelligas quò ad torturam.

¶ Puto istud multum residere in arbitrio iudicis: ut si ei sederit,hoc est uerisimile sibi sit reũ delictum cõmisisse: poßit procedere ad inquisitionẽ,etiam si fama non esset plene probata.l.iij.§.eiusdem.ff.de testi.prout in simili dicitur de alijs indicijs:de quibus per Barto.in.d.l.fina. & Aret.in dicto cap.cum oporteat.& facit quod not.
63 Comen.consil.lxviij.in.ij.colum.in princip.ubi † si plures testes dicant de fama:licet nõ asseratur à quibus audi uerint

uerint, tamen faciunt multum fidei. Si uero iudex uideat non esse rem uerisimilem, uel famam non esse sufficientem, licet non inquirat: tamen poterit procedere ad occultam indagationem. ut dicit Felin. post alios, in ca. cum in iuuentute, infra de præsumptionibus.

¶ Postremo, dum glo. in fine dicit: quòd in isto casu reci- 64
piuntur testes etiam lite non contesta. † quo modo poßit lis in inquisitione contestari: declara ut per Abbatem in capitu. sunt alij, & Docto. in dicto capitu. qualiter. ubi dicunt, quòd cum fama succedat loco accusatoris: uidetur quodammodo lis cum fama cõtestari. Et hoc est, cùm iudex interrogat reum: & ille non opposita aliqua exceptione declinatoria uel dilatoria respondet, negando delictum, ut per Barto. in. l. is qui reus, in. iiij. colum. ff. de publicis iudicijs.

¶ Et ista glo. procedit, quando iudex inquirit ex mero officio: secus si ad denunciationem alterius: quia tunc cõtestanda est lis cum denunciatore, & deinde admittendi testes circa ueritatem negocij, ut per Innocen. & Ioan. Andr. in cap. cum clamor. infra de testib. sequitur Butri. Imol. & Moder. hic. Et pro hoc facit, quia cum accusatore lis est contestanda. l. adulteram. C. de adulte. Et per Barto. in. d. l. is qui rem. ergo etiam cum denunciatore, quia regulariter ualet argumentum de uno, ad alium, ut per Barto. in dicta. l. diuus. ff. de custo. reo. & practicus Pap. in forma inquisitionis, in. xij. col. Et † in hoc est 65
differentia inter ius ciuile & canonicum, ut ibi dicitur: quia in foro ciuili requiritur quòd denunciator sit officialis publicus. l. ea quidem. C. de accusationi. Sed de iu-

re ca

re canonico admittuntur etiam priuatæ personæ. capi. licet heli. de simo. De quo tamen dic, ut per Felin. in capi, sicut olim, infra de accusatio. Et Angel. de Aret. in suo tracta. malefici. in uerbo, necnon per denunciationem.

GLOSS. IN VERBO, IVDICARE.

Delinquens sortitur forum.

66 IN gloss. in uerbo, iudicare. † Nota ex ista: quòd delinquens ratione delicti sortitur forum: quamuis aliàs ibi non sortiretur. Et probatur in .l. prima. C. ubi de crimi. agi opor. & est ratio, quia delinquēs alligat seipsum, & uidetur consentire in proroganda iurisdictione. unde tenetur etiam naturaliter ex præsumpto consensu, ut per Bart. & Docto. in .l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.
67 Et † propterea si non puniatur in loco delicti, poterit puniri in loco originis: secundum formam statutorum loci in quo deliquit. l. saccularij. §. sunt quædam. ff. de extraordina. crimi. per Moder. in .l. cunctos populos. C. de sum. trini. & fide catho. Et ista est communis opinio: ut attestatur Ange. de Arimino, in tracta. malefi. Ange. in uerbo, hæc est quædam inquisitio, in antepenulti. col. & Alex. consil. cxi. ponderatis, in primo.
68 ¶ Limita † tamen istam gloss. ut non procedat, quando delictum commissum, non esset delictum communiter: sed in illo loco tantum. Nam tunc succurretur delinquenti: qui cum esset forensis: uerisimiliter ignorauit illud esse
69 delictum. unde si talis † cōduceret triticum extra territorium, contra formam statuti: quòd uerisimiliter ignorauisset,

rauisset, debebit restitui in integrum, ex clausula, si qua mihi iusta causa uidebitur. De qua in.l.1.ff.ex quib.cau. maiores. Et ita tenent Innocent. Butri. & Imo.in rubri. supra de consuetu. Cardina. & Moder.in capit.fina. in xij.quæstio.eo.ti. & per Doct.in.d.l.cunctos populos.

¶ Secundo † limita in foro pœnitentiali: quia non debebit absolui per ordinariũ loci, in quo deliquit: sed per suum propriũ sacerdotem, ut est gl.xvi.quæstio.1.cap.1. Lapp. & Abb.in capitu.1.infra de rapto. Ioan.de Ligna. Abb. & Moder.in.c.cum cõtingat.infra de foro compe. Roma.singula.ccccl xi.ratione delicti. 70

¶ Amplia † istam regulam: ut procedat etiam in Imperatore, uel rege: qui si delinquat in territorio episcopi, poterit per eum puniri, ut est glos.in capitu.si duo.xcvi. distin. & capitu.quoniam.xviij.distin. Et facit tex.xi.q. iij.cap.cum apud.quod intellige, præmissa tamen monitione canonica: iuxta text.in capitu.nouit.de iudi. Et ita tenent Innocen. Hostien. Butri. Imol. & Moder.hic.quòd ipsi restringunt, nisi princeps delinquens esset nimis seuerus, uel iniuriosus: quia tũc episcopus non debet eum punire: sed relinquere eum iudicio Papæ. quod dictum uidetur potius esse de consilio, quàm de iure. Ex quo, (ut supra dixi) delinquens uidetur prorogare iurisdictionẽ, quæ non procedit etiam in maximo principe. glos.in cap. sanè.ij.supra de offic.delega. & in.l.est receptum.ff. de iurisdi.omnium iudicum. 71

¶ Secundo † amplia, ut si iste delinquens euaserit, & alibi carceretur, debeat iudex eum remittere puniendum ad iudicem delicti: declarando istud: ut per Barto.in.l.si is 72

cui.§.

cui.§.fi.ff.de accusationi. & Guido Papæ in decis.q.cij. cum concordantibus.

GLOSSA MAGNA.

IN glo.magna. Declara eam,ut hic per Abb. & dũ di=
73 *cit,† quod crimẽ hæresis est mere ecclesiasticum: ita*
Hæresis. *quòd laicus nullo modo se potest intromittere. Pro quo*
Hæreticus. *est text.in cap.inquisitionis.§.prohibemus.infra de hære ti.in sexto. Et cum ista conclusione transeunt omnes in= differenter,in cap.cum sit generale.infra de foro compe. Adde,quòd ista conclusio,in se est uera: quia nullo modo potest laicus se intromittere de tali crimine.*

74 *¶ Sed posito † quòd crimen amplius nõ refricetur in du bium,nunquid possit procedere ad confiscationem? uerbi gratia. Episcopus pronũciauit aliquem hæreticum: nun= quid statim secularis iudex poterit eius bona confiscare, secundùm auten.gazaros.C.de hæreti. etiam inuito epi= scopo,qui forte expectat,ut pœniteat,& abiuret hære= sim,ad finem ut sibi pœnam remittat: iuxta tex.in cap.ad abolendam.infra de hæreticis? uidetur,quòd non per gl. xxiij.q.vij.in summa: & per Cardina.in clemẽ.1.§. sa= nè.in prima quæstio.de hære. Fely.in cap.1.infra de hæ= reti. Potest tamen teneri, quòd sic. Et pro hoc indu= co text.in epistola,inter claras,in fine.C. de summa tri= nita, & fide catholi.ubi Ioan. Pontifex pronunciauerat aliquem hæreticum: & rogat Imperatorẽ,ut si talis pœ= niteat,nolit aduersus eum aliquid mali facere. Et sic, præsupponit, quòd potuisset eum punire. Et ista opi= nio*

nio tãto fortius mihi placet, quia aliâs titulus. C. de hære. nobis seruiret de nihilo, & esset correctus: & præsertim dicta auten. gazaros, quæ tamen fuit promulgata autoritate Pontificis, ut apparet in corpore, unde sumitur. Nec obst. tex. in. d. §. prohibemus: quia prohibet cognitionem criminis: nõ autem interdicit, quin cognito crimine, possit secularis exequi ius suũ. Nec obstat si diceretur: quòd sicut quo ad crimen, seruamus ius canonicum: ita etiam est seruandum quo ad damnationem bonorum, prout in simili dicit Abb. & Ioan. de Ana. in capi. uergentis, infra de hæreti. & Alberi. de Rosa. in. l. cognouimus. C. de hæreti. quia respondetur quòd etiam quo ad damnationem seruatur tale ius, quod mandat confiscari bona, cap. cum secundùm, de hæreti. in. VI. Sed ubi hæreticus est damnatus, non licet condemnato pœnitere in præiudicium iuris quæsiti fisco: quia licet ecclesia approbet talem pœnitentiam: non tamen id facit in præiudicium fori secularis: ut probatur in dicta epistola, inter claras.

¶ IN EADEM IBI. ITEM CRIMEN VSVRARVM. † *Vult ergo glo. relata ad tex. quòd* 75 *Episcopus possit criminaliter inquirere aduersus usurarios, quod in usurarijs manifestis est clarum. cap. cum in* *Vsura.* *tua. & capit. cum in omnibus, de usuris. & per Signoro.* *Vsurarius.* *de Homodeis, consil. cclix. iij. quæstio. in princ. In non manifestis uerò, adhuc potest procedi, ad finem: ut restituãtur male ablata, & pro euitatione peccati. cap. ad nostrã. secundo, ubi Innocen. & Docto. infra de iureiur. & per Soci. consi. ccxix. ubi notabiliter tenet, quòd contra tales poterit procedi etiam ad torturam: ut eruatur ueritas:*

per tex.in cap.grauis.de deposi.ubi in causa ciuili, quã=
do habet crimen annexum,deuenitur ad torturam, etiam
liberi hominis pro habenda ueritate.

76 ¶ *Sed pulcher † punctus est:an iudex secularis poßit*
aduersus usurarios pro emendandis moribus,& pro pu=
blico interesse criminaliter procedere. gloß. hic uidetur
sentire,quòd nõ,dum uult,quòd tale crimen sit mere ec=
clesiasticum.

¶ *Pro qua primò facit quod not.Abb.in capi.cũ sit ge=*
77 *nerale.de foro cõpeten.ubi concludit: † quòd ubi dispu=*
tatur,an aliquis contractus sit usurarius, uel'ne: semper
attendimus iudicium ecclesiasticum , secus si clarum sit
esse usurarium:& simpliciter disputetur de facto : quia
repetantur usuræ.Et ita est communis conclusio in dicto
cap.cum sit,ut ibi per Fely.& per Barto. & Alexan.in
l.titia.ff.solu.matrimo.& per Alexã.consi.ix. præstan=
tißimis.in.iiij.

78 ¶ *Secundò † facit,quia usuræ infra legitimum modum,*
sunt de iure ciuili permissæ,ut est communis conclusio,in
l.cunctos populos.C.de summa trinita. & fide catholi.
ergo non debet iudex secularis procedere cõtra tales: ex
quo,fiunt lege permittente,ut nota.in.l.gracchus.C. de
adulterijs.

¶ *Tertiò istam opinio.tenuit Baldus & Salice. in.l.im=*
probum.C.ex quib.cau.infa.irrog.mouẽtur quia nõ re=
peritur legibus cautum : quòd contra tales criminaliter
procedi poßit.nec dicatur,quòd potest agi crimine stel=
lionatus:quia tale crimen requirit dolum,qui nõ uidetur
interuenire in casu nostro. Ex quo isti contractus fiunt,
parti=

partibus consentientibus, unde uolenti non fit dolus.l.nõ uidetur fraudare.ff. de regulis iuris. & secundum istam partem consuluit Decius,*consilio.clxx.per totum*. Et ita *etiam uidetur uoluisse* Bal.*consi.ccccxlix.incip.ius naturale,in.iij.uolu.in fine.*

¶ Contrariam partem tenuit Iaco.But.*in dicta.l.improbum.& uidetur fuisse de mente glo.Cyn.& aliorũm ibi, quòd imo poßit contra usurarios procedi, tanquam teneantur crimine stellionatus: & puniantur pœna extraordinaria.Ex quo,* † *regula est, quòd pro quolibet delicto etiam priuato, ratione intereße publici, procedatur ad pœnam extraordinariam.l.fin.ff.de extraordi. crimi. l.licitatio.§.quòd illicite.ff. de publica.* Eandem partem tenuit Ioan.Monachi.Archidiaco.Ioan Andre.& Geminia.*in cap.primo,de usur.in.vi.ubi dicunt,*† *quòd usurarij puniti per episcopum poterunt etiam puniri per secularem in excessu pœnæ,per nota.in isto textu,in glos. fina.Et ita etiam tenuit* Ioan.Baptista,*de sancto Seuerino, in repetitio.dictæ.l. cũctos populos,in prima charta,&* Corne.*consil.xix.in.iij*. Et pro ista parte,*facit ratio domi.Abba.in dicto cap.cum sit generale.nam cum tale delictum sit punibile.l.canoni.ergo etiam debet idem dici de iure ciuili, quia iura non dedignantur sacros canones imitari:in auten.ut cleri.apud proprios episco.& infra, de oper.no.nuncia.cap.primo*. Et ista opinio mihi magis *arridet:quia est magis communis.*

79

80

¶ Nõ obst.*quòd crimẽ usurarũ sit ecclesiasticũ:qa istud est uerũ,ubi disputatur,nũquid talis cõtractus sit usurarius,*

rius,uel'ne. Sed nos disputamus de facto, uidelicet, nunquid talis fecerit illum contractum usurarium: quo casu, etiam secularis se intromittit,ut per Bar.in.l.ij.ff.de iurisdic.omnium iudi.& notatur in dicta.l.titia.Non obst. secunda ratio:quia responde ut per Abba.in dicto capi. cum sit.cuius responsio procedit:siue agatur ciuiliter, siue criminaliter. Non obst. tertia ratio : quia imo in tali crimine est dolus, quando est excessus legitimus modus usurarum.Ex quo,talis contractus sit contra expressum præceptum legis.d.l.improbum.& in isto casu loquitur glos.& Butriga.ibi.

¶Præterea,ex quo lex canonica expresse resistit tali cõtractui : usuræ non transeunt in dominium accipientis, unde talis,quodam modo furtum committit.l.si quis uxori.§.cum creditorem.ff.de furt.& per Bald.in dicto consilio.ccccxlix.in princ.& dicitur dolose agere. unde per
81 extensionem paßiuam lex ciuilis potest eum punire † sicut aliâs uidemus, quòd potest iudex punire subditum suum de delicto,in alterius foro commisso, ut per Bar.in
82 l.si is cui.§.fina.ff.de accusa.Et propterea in † practica quandoq; uidi iudices seculares procedere contra usurarios uolentes exigere credita secundum literas cambij, quas constabat esse simulatas, & tunc dicitur constare quando apparet ex eorum libris,uel ex confeßione eorũ, secundum Soci.dicto consil.& in usurarijs manifestis, casus est clarior.cap.licet de iureiuran.in.vi.& per Abb. in dicto cap.cum sit generale.

¶IN EA. IBI, ITEM EX EO &c.Hæc est secunda pars glos.in qua glos.tangit illam quæstionem: an

83 an † iudex debeat iudicare ſecundum cōſcientiam: in qua Felin. in cap. paſtoralis. §. quia uerò. ſupra titu ij. ponit regulam cum ſeptem fallentijs: ſed nos attingemus hic ſolum caſus dubios. Fac ergo regulam: quòd iudex debet iudicare ſecundum allegata, & probata: non ſecundum conſciẽtiam tantum. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi. ubi Bart. & Docto. idem Barto. in. l. unica. C. ut quæ deſunt aduoca. &c. cum concordant. ibi per Alexan.

Iudex an ſecundum conſcientiam iudicet.

¶ Et † dicit Bal. in. c. niſi pridem, in. ij. col. de renuncia. 84
quòd ſi iudex dicat ego ita iudico ſecundum cōſcientiam: quòd nō ualet ſententia, quod tene menti. Eſt uerū quòd tex. in dicto. §. ueritas, parū facit: quia ibi erat erratum, dicit text, quòd obſeruabitur ueritas probata, & ſic, ibi probatio præualet errori, non autem conſcientiæ, melius facit ratio. Nam iudex habet iudicare ſecundum ueritatem. l. rem non nouam. C. de iudi. in autenti. iuſiurandum. quod præſta. §. æquius. ſed ueritas dicitur eſſe illud, quod probatum eſt, uel per legem præſumptam, ut eſt tex. ſingula. in. l. ſi. in fine. ff. de proba. & facit tex. in cap. 1. ibi. uerum iudicium. iuncto capi. laudabilem, infra de frigi. & maleficia.

¶ Ex hoc † infertur: quòd ſi iudex ſciat aliquem deliquiſſe, ſi delictum contra eum plenè probatum non eſt, debet tamen diffinitiue abſoluere: non autem ab obſeruatione iudicij, ut tenuerunt Ioan. Andreæ Calderi. Cardi. & Abbas, in dicto. §. quia uerò, Abbas & Imola, hic, qui per dictam regulam reprobant opinio. Anto. de Butrio, dicentem, quòd tali caſu deberet abſoluere ab obſeruatione iudicij. 85

¶ Et pro ista opinio.contra Butri.est ratio urgens. nam ubicunq; iudex statuit terminũ actori, seu accusatori ad probandum: si deinde probatum non sit, debet sequi definitiua, ut est tex. in auten. qui semel. C. quomo. & quando iudex. per Barto. & docto. in. l. properandum. §. ut siquidem. C. de iudic. & quod nota. in. l. qui accusare. C. de eden. Et idem dicendum est, de iudice inquirente: quando adsumpsit probationes super ueritate criminis, ut hic per Abba. qui allegat rationem, quia occulta iudicio Dei relinquenda sunt. vi. q. i. c. si omnia, & cap. qualiter. primo, in fine, infra, de accusatio.

86 ¶ Et † ista doctrina Docto. hic facit ad casum, qui quotidie est in practica. Nam isti iudices, ubi uident, non posse procedi ad condemnationem: quia probationes fortè non sunt concludentes: solent pronunciare, non est rebus sic stantibus ad ulteriora procedendum, quæ sentẽtia est interloquutoria: ut dicit Bart. in. l. titia, in ulti. columna. uersic. secundo modo. ff. de accusa. & est ratio: quia non imponit finem negocio, unde si superueniant noua indicia, ipsi rursus incarcerant reum, & exigunt nouas pecu

87 nias, puto, quòd istud fieri non deberet: † quia reus non debet teneri in suspẽso, hoc modo. l. ij. C. de exhibẽ. reis. & per Ioan. de Anania, in cõsil. xvij. colum. ultima, quod not. Alexan. consil. clxxx. in penulti. colum. uersicu. ulterius, in secundo. Imo debet definitiue absolui, ut dicunt

88 Docto. hic, & istud † tanto fortius procedit in crimine falsi: ubi iudex nunquam debet interloqui, quid sentiat circa merita causæ: sed debet uel absoluere, uel cõdemnare. l. ubi. C. de falsis. & si reus nõ appellet ab ista interloquutoria:

quutoria: curret tamen instantia, & consequenter, lapso biennio, à die quo reus inquisitioni respondit, uel fecerit actum æquipollētem, puta, quia examinatus à iudice negauit delictum, non poterit amplius molestari. l. fina. ubi Bald. & Salic. C. *ut intra certum tempus, crimi. act. &c. l. si is de quo. ubi Salice. C. ad turpillia. unde etiam quòd superuenirent noua indicia: non tamen poterit contra eum amplius procedi, & ista procedunt in foro ciuili. quid autem sit in iure canonico, dependet ex nota. in cap. penulti. infra de iudicijs. ubi tangitur, an causæ in eo foro instantiam habeant.*

¶ Limita † istam regulā primo, in iudice, qui sit supra 89
leges, & habeat facultatem eas cōdendi, quia talis debet iudicare secūdùm conscientiam, ut per Barto. *in. l. unica. in fin.* C. *ut quæ desi. &c. cum concordan. idem uidetur in Senatoribus, secundùm* Guido. *pap. in. xxix. qō. in decisi.* Delph. *qui dicit, ita quotidie practicari. Istud intellige, qñ totus Senatus cognoscit: aliâs unus senator, cui fortè sit cōmissa causa, tenebitur iudicare, secundùm allegata & probata: quia talis non habet facultatem cōdendi legem. & cessat ratio* Bart. & Docto. *in hoc casu. & facit, quia in tali ordine sunt constituti, ut uniuersi: & sic, tanquam collegium: non ut singuli, ut per* Ancharanum, & Moder. *in capitulo sicut olim, infra de accusatio.*

¶ Secundò † limita, quando iudex habet certam con= 90
scientiam: in qua, nihil dubitat: quia tunc non debet contra conscientiā iudicare: condemnando aliquem innocentem, argumēn cap. qui scandalizauerit, infra de regu. iuris. & quia aliâs peccaret mortaliter. capit. sacris. infra

quod met.cau.& per Mathesi.in cap.1.de senten.excō. Innocen.Calderi.Abb.& Fely.in dicto capit. pastoralis. puto,quòd tali casu debeat iudex rescribere principi,et facere,quòd ipse mandauerit.l.diui.ff.de pœnis.l.1.§. fi. ff.de quæstio. Merito enim iste casus reddit iudicem dubium,unde,debet consulere principem.§.fina. in auten. de iudi.l.solent.§.legatos.ff.de offi.proconsulis.

91 ¶ Sed, † quid si princeps simpliciter rescribat, quòd procedat prout iuris:& nolit istud onus supra se assume re.uideretur,quòd iudex deberet sequi probata & allegata,quia uidemus,quòd propter rigorem iuris seruandum:aliqua fuerūt introducta, etiam contra ueritatem. probatur istud,per tex.in dicta.l.diui.in uersi.quibus uel pœna imminuta.Idē probatur in causis ciuilibus: in quibus per superuenientiam instrumenti non tamen reuocatur sententia.l.sub prætextu.ij.C.de transactio.l.imperatores.ff.de re iudica.puto,quòd iudex liberetur:si iurauerit,& pronunciauerit sibi non liquere de causa, iuxta text.in.l.Pomponius scribit.ff. de re iudica. & quod in simili dicit,se fecisse Aulus Gell.in noctibus Atticis,lib. xiiij.cap.ij.Ange.in.l.non quemadmodum.ff. de iudi.& Docto.in.l.si iudex.ff.de iudi.

92 ¶ Tertio † limita ultra alios:ut nō procedat in casu posito per Baldū in.l.prima.C.de manumißis uindicta.ubi dicit,quòd potest moueri iudicis animus ad iudicandum: etiam ex nō scriptis in processu,puta,ex aliqua cōfeßione coram se,uiua uoce facta,per glos.in.l.quoties.§.fin. ff.de probationibus.& istud dictum sequitur, & commendat domi.Alexand.in.l.si is apud quem.in penultima colum

columna.ff.de acquirenda hæreditate.& Fely. in capit. cum uenerabilis.in.xv.columna.uersicul.adde.ij. infra de exceptio.

¶ Pro ista decisione facit, † quia potest iudex reijcere exceptionem, tanquam malitiose oppositam: quamuis de ista malicia nihil sibi constet: sed ipse eam præsumat etiã aliunde, quàm ex processu.ut per Innocen.in capitu.post electionem.in fine.de concessio.præb. Abba. & Docto. in cap.licet causam.infra de probatio.& in capi.ex parte.ij.supra,de offi.delega.& de tali præsumptione, stabitur arbitrio iudicis.arg.l.1.ff.de iure deliberan.secundùm Barba.in.c.sedes.de rescrip. Et in dubio † præsu- 94 mitur iudex eam ex causa reiecisse: quamuis eam non exprimat secundùm Butrium in.d.cap.post electionem.

¶ Tu † aduerte, quia ex ista limitatione, uideretur posse 95 dici, quòd quando aliquis producit instrumentũ ante litem contesta. licet non reproducat post lit.contesta.quòd poßit iudex illi fidem adhibere: quod tamen non est uerum, ut concludit Federi.de Senis consilio.clx. dominus, pro quo facit glos.in.l.quæ omnia.ff. de procura.& ita tenet Antonius de Butrio.in cap.cum dilectus. de ordine cognitio.Fely.in cap.primo.in penulti.colum.de probatio.& in cap.causam quæ.in secunda colum.de testibus. & in simili, quod not. Mathesila.singul.clxi. ubi allegat Barto.in.l.naturaliter.§.nihil commune.in.vij.combina. ff.de acquiren.possess.

¶ Pro resolutione, † nõ puto esse recedẽdum à regula: 96 quòd iudex debet sequi acta & probata in iudicio: nec debet credere instrumento nõ producto.cap.cũ dilectus.

infra de fide instru.cap.quoniam contra,infra de proba. quia,de eo non constat sibi, ut iudici,ut nota.in.l.1.C. ut
97 *quæ desunt aduoca &c.*Et *istud* † *procedit etiam in iudice,qui ex forma statuti procedere posset secũdùm arbitrium suum,ut per* Signoro.de Homode.*consil.*ccxlvij. *in fine.de quo tamen uide* Bal.*in.l.solum.in ulti. quæst.* C.*de testi.* Areti.*consilio.lxxxiiij.in.iij.col.*Nec *obst.decisio* Bal.*in dict.l.1.quia potest esse uera in casu suo,uidelicet,quòd si iudex adhibeat fidem tali confeßioni: de qua nihil in actis constat,quòd sententia per hoc non sit nulla.*Et *ita ipse loquitur,& etiam* Alexan.*&* Fely.Sed *tamen non sequitur, quin iudex iniustè faciat: & poßit appellari:nec stabitur attestationi ipsius de tali cõfeßione,*
98 *dicto cap.quoniam cõtra.*Nec *est uerũ,*† *quòd iudex poßit ita indistincte reijcere exceptionem,sed prætextu calumniæ,prout dicũt* Moder.*in dicto cap.licet.imo requiritur,quòd illa calumnia sit uerisimilis,& resultet ex præsumptione legis,secundùm* Bald.*consi.*cclxviij.*in.*v. *uolumi.*Et *facit,quod not.* Alexan.*in dicta.l.1.in.iij.col.* C.*ut quæ desunt aduoca.&c.*

¶ Q*uarto,ultra alios aduertendum est ad casum,in quo iudex iudicat secundùm conscientiam:quem ponit* Butri.
99 *&* Ancha.*in cõsi.ccx.inter contraria,ubi dicũt,*† *quod quando occurrunt casus ualde dubij: ita quòd hinc & inde sint rationes efficaces: potest iudex eligere illã opinionem,quam secundùm eius bonam conscientiam credit ueram:& excusatur,etiã si deinde aliter declaretur per habentem potestatem,allegant nota.in cap.fin. de cõsti.* Et *in tali casu debet iudex diuidere,& dare unicuiq; dimidium*

midium.argumento.l.& hoc Tyberius.ff. de hæredi.instituen. & nota.in.l. titius.ff.ad trebellia. & secundum hoc declaratur glos.in.l.nesennius.ff. de negocijs gestis. Cætera dicite, ut per Felinum, in dicto capitulo quia uero.

GLOS. IN VERBO, PVBLICVM.

IN GLOS. IN VERBO, PVBLICVM. Pro expeditione glo. & dictorum Abba.Fac tres con
clusiões. Prima† est in crimine mere ecclesiastico, iudex 100
secularis requisitus,ut præstet seculare brachium:nõ ha= Brachium
bet se intromittere in cognitiõe criminis,sed debet exe= seculare.
qui,Ita est tex.loquens in crimine hæresis : in cap.ut inquisitioni.§.probibemus,infra de hæreti.in.vi. Et ita tenent communiter Canonistæ.

¶Contrarium tenuit Barto.in.l.magistratibus.ff.de iurisdictio.omnium iudi. & in.l.diuus.ff.de custo.reo. Et opinio Bar.est communis apud legist.ut dicit Imo.hic.

¶Confirmo illam opin. tribus rationibus.Primo per illum tex.in cap.circũcelliones.xxv.q.v. ubi est tex. quòd propter hæresim etiam clerici sunt de foro iudicis secularis.& ibi glo.super uerbo confessos,hoc notat.

¶Secundo, adduco text.in.c. super eo, infra, de hæreti. in.vi.ubi hæretici qui in adiuratam ceciderunt hæresim, seculari decernuntur iudicio,sine ulla penitus audiẽtia ab ecclesia relinquendi.Illa enim uerba,seculari iudicio: important, quòd talis secularis habeat in eis aliquod iudicium,ut etiam dicit Andre.Sicul.hic.

Tertio

101 ¶ Tertio hoc confirmo per rationem. Nam † etiam merus exequutor cognoscit in causa criminali: ne sentētiam iniustam superioris exequatur. Et hoc propter irreparabile praeiudicium, ut dicunt Innoc. & Felin. in cap. pastoralis. §. quia uerò: Abbas & Moder. in cap. si quando, supra titu. ij. Et facit glos. xxiij. quaestio. iij. non infrenda: & Geminia. ij. quaestio. i. cap. sicut.

¶ Nec obstant, iura allegata, per Doct. quia respōde, ut hic per Sicul. & ultra eum, ad dictum. §. prohibemus. potest responderi: quòd dum prohibet iudici, nō cognoscat uel iudicet: debet intelligi iudicialiter, & partibus auditis: quia istud est proprie cognoscere. l. i. C. si contra ius, uel utili. publi. l. cognitio. ff. de offi. eius, cui &c. Non autem prohibet, quin ipse uideat processum ad informationem conscientiae suae. Nec obstat, quòd text. subdit, quòd promptè exequantur: quia illa habent quandam modificationem: secūdum quòd ad suum spectat officium, quae uerba in dispositione legali, restringunt praecedentia. capitu. Abbate. §. contra. ubi nota. infra, de uerb. significa. unde, cum ad officium iudicis exequentis, secundum Barto. spectet: ut se ex actis informet de iustitia sententiae, satis dicetur promptè exequi: si quamprimum potest (uiso
102 processu) exequatur. Et ista opinio habet † magnā aequitatem, respectu aliquorum inquisitorum, qui satis praecipitanter iudicant aduersus istas mulierculas fatuas, credentes se offerre holocaustum Deo.

¶ Non recedendo tamen ab opinione contraria: limitate
103 istam † conclusionē, primo ut procedat, quando crimen esset in ueritate mere ecclesiasticum. & ita loquitur. d. §. prohibemus.

prohibemus. Si uerò nõ esset: credo quòd secularis posset cognoscere: licet ecclesiasticus pronunciasset tanquam de mere ecclesiastico.

¶ *Et propterea, in contingentia facti, uidi quamplurimum dubitari.* † *Aliquis inquisitor pronunciauerat con* 104
tra quandam mulierem, tanquam hæreticam, & tradiderat iudici seculari. Iste iudex ad instantiam partis uidit processum: in quo solum continebatur, quòd ista mulier fecerat quædam pocula amatoria: & solum contra eam erant indicia quarundam maleficarum, quæ dicebant, quòd in quodam lusu nocturno cum dæmonibus, uiderãt ipsam mulierem ludentem, & choreas ducentem. Ipsa uerò negauerat omnia: & fatebatur se esse catholicam: fuit dictum quòd iudex secularis non debebat exequi istã sententiam: quia non uidetur, quòd in isto processu inquisitor potuerit cognoscere. Nam † *quò ad illa pocula ama=* 105
toria: clarum est, illud delictum non esse hæreticum, nec eius cognitionem spectare ad inquisitores, ut dicit Abbas in cap. primo, infra, de sortileg. per textum, in cap. accusatus, de hæreti. in. vi. Nec est credẽdum, quòd etiam ipsa uerè fuisset in lusu. Nam † *quamuis credatur socijs crimi* 106
nis in tali delicto, ut est text. in cap. in fauorem, de hæreti. in. vi. Tamen istud non est trahendum ad ea, quæ uerè non uidentur, sed per illusiones dæmonum: ut est textus. xxvi. quæstio. v. cap. episcopi. præsertim, cum istæ partícipes criminis essent mulieres, quæ regulariter non admittuntur in causa sanguinis, capit. iij. ubi nota. infra, de testi. limitatur ergo ille text. in dicto. §. prohibemus: ut procedat, quãdo agebatur in causa uerè spectãte ad hæ=

resim

107 resim, sicut † in simili dicitur, de statuto mandante, quòd iudex adhibeat fidem libris mercatorum. Nam intelligitur in causa mercantili, ut dicit Ioan. And. in additio. Specula. in titu. de instrumen. editio. §. nunc uidendum. Bald. in. l. fina. C. ad Macedonia. Areti. consi. xliiij. cum concordan. per Iaso. in. l. admonẽdi. de iureiuran. & Decium in cap. i. infra de probatio. in. x. colum.

108 ¶ Confirmatur † ista limitatio, per ea quæ notant Archidiaco. Ioan. And. & alij, in cap. si eo tempore. infra de rescriptis, in. vi. ubi ordinarius quamuis merus exequutor, non tenetur parere mandato delegati Papæ, quando nulliter processit: idem est in casu, qui non continebatur in eius mandato: de quo etiam per Docto. in cap. si quãdo, supra titu. ij. Et pro hoc facit gl. in clemen. prima, de sequestra. posses. & fruct. & per Anchara. cõsi. cclxxi. de titulis, col. ulti. Ad idem facit, quod no. Soci. cõsi. lxxxiij.
109 in. iiij. uolu. † ubi licet ordinarius sit merus exequutor delegati Papæ: tamen si dubitatur, an sit delegatus in illa causa poterit cognoscere super tali articulo, argumento. l. diuus. ff. de testamen. milita. l. non erit. §. dato. ff. de iureiurando.

110 ¶ Secundò limitatur, † quando iudex laicus haberet cõscientiam certam, pro isto condemnato: quia tunc nõ debet aliquo modo cõcedere brachium inquisitori: per cap. qui scandalizauerit, infra, de reg. iuris. & supra dicta in glos. præcedenti. Et idem uideretur etiam si aliter sciret sententiam iniustam: per istum text. hic, quia non tenetur secularis præstare auxilium: nisi ad ea, quæ Deo placita sunt prosequendum, unde si sciat talem sententiam esse iniustam,

iniustam, non placet Deo ut eam exequatur. Et ita sensit Abb. hic argumento l. non tantum. ff. de appella.

¶ Sed aduerte, quia ista limitatio, posita per Abba. uidetur confundere regulam: quia isto modo posset semper exequutor nolle exequi: & se intromittere in cognitione causæ: dicendo, quòd uult uidere nunquid sit iusta.

¶ Saluando Abba. consideranda sunt uerba quæstio. per eũ positæ: quæ sunt: an † secularis teneatur exequi, nisi 111
episcopus faciat sibi fidem de processu, & dicendum est, quòd sic, quia non tenetur episcopus mittere processum: sed si secularis aliundè uideat processum: puta, quia pars sibi ostendit: & cognoscit esse iniquum: non tenetur exequi. Et ita procedit limitatio, quòd nota. quia isto modo, satis potest concordari opinio Bartol. in dicta. l. diuus. & in. l. magistratibus, cum doctrina Abba. hic. & mihi placet.

¶ Tertiò † limitatur, ut secularis non teneatur exequi 112
sententiam episcopi, etiam si agatur de re mere ecclesiastica: quando prima fronte est præsumptio pro reo contra illam sententiam, puta quia reus appellauit, unde pro eo præsumitur ad deferendum sedi apostolicæ, capi. directe. infra de appellatio. & transeunt Docto. communiter, unde † inferunt ad quæstionem disputatam per Io- 113
annem de monte Merulo: quam refert Oldradus, consilio. lxxxix. incipiente episcopus: de prælato, qui appellauit ab episcopo uolente eum uisitare. Nam non debet secularis adiuuare episcopum. Ex quo præsumitur

tur pro appellante, quod intelligit domi. Abb. procedere sub dubio: fortè, quando prælatus exhibet priuilegium exemptionis: iuxta capi. cum personæ, de priuileg. lib. vi. quia aliâs, episcopus habet fundatam intētionem de iure communi, & pro eo præsumitur. Nota bene istud dictū:
114 *ex quo* † *probatur, quòd pro eo præsumendum est: qui habet regulam pro se particularem: licet alia generalis sit in contrarium.*

115 ¶ *Et* † *hoc facit ad limitationē eius quod dicitur: quod in dubio semper pronūciandum est appellationem deferendam esse, ut notant glo. &* Doct. *in cap. ut debitus. in uersicu. ex rationabili. infra de appellatio.* Innoc. *in cap. ij. de rescript. Bald. in. l. properandum. §. finautem.* C. de *iudicijs. nam istud procedit in materia, in qua regulariter permitteretur appellatio. unde si essemus in possessorio, esset secus: ex quo regulariter de iure ciuili, in eo non appellatur. l. unica. C. de momenta. possessio. & ita firmauit* Decius, *consilio. xxviij. circa finem.* Et *optime probatur ex doctrina* Abb. *hic, quia præsumptio est pro eo, qui dicit non esse deferendā appellationem, quia nititur regula particulari aduersus generalem. in practica tamē consultius esset, etiam in hoc casu pronunciare deferendam*
116 *appellationem: quicquid dicat* Decius: † *nam semper in dubijs, illam debemus partem eligere: per quam utriq; litigatori cōsulitur: & quæ minus est onerosa. l. 1. ibi, neutri litigatorum. ff. si quis cautio. per quam dicit ibi* Paul. *de Castro, quòd in dubio, debemus iudicare appellationē nō esse desertam, facit lex ex his. ff. quæ in frau. credito. quod tene menti: quia quotidie habetur in practica.*

Quarto

¶ Quarto limitatur † quando iudex extraiudicialiter uellet aliquid facere, uel etiam implorare brachium seculare extraiudicialiter. Nam tunc, non tenetur iudex exequens ei parere: quia in extraiudicialibus praeceptis iudex ecclesiasticus non est maior seculari: sed par. undè non potest ei mandare. cap. cū ad uerum. xcvi. distinc. & ita tenet Innocen. & sequuntur caeteri. Et facit, † quia iudici procedenti extraiudicialiter, impune potest non pareri. l. prohibitum. C. de iur. fisci. lib. x. De quo per Innocen. & Docto. in capit. si quando. supra de offi. delega. 117 118

¶ Secunda † conclusio est: quòd in criminibus mixtis, iudex secularis non tenetur praestare auxilium episcopo nisi sibi fiat fides de processu. §. si uerò crimen. in auten. de sanctis. episco. Et ita tenent Butri. Abb. & caeteri. Et ratio est, quia secularis, in isto casu iudicat, ut in subditum, ut dicit Abb. hic. Non autem est merus exequutor. Sed aduerte, quia Angel. in. l. prima. C. de exhiben. reis. & Salice. in lege ea quidem. C. de accusatio. in. viij. colū. quos refert Alexand. in. d. l. magistratibus. Intelligunt text. in dicto. §. si uerò crimen. quando episcopus ipse nō condemnauit reum: sed mittit eum condemnandum ad secularem. Et consequenter uidetur uelle: quòd etiam in criminibus mixtis, secularis non cognoscat: sed simpliciter cōcedat brachium: quando episcopus ipse cognouit, & condemnauit. 119

¶ Sed non puto recedendum à communi opinione, quia text. in. d. §. si uerò crimen, non potest recipere intellectum Ang. & Salic. Nam ibi episcopus deiectum honore

clericum miserat ad secularem, unde cum clericum degradasset: non est dicendum, quòd Iudex suus aliter hoc fecisset, quàm caussa cognita, & prius præmissa condemnatione. iuxta text. in capitu. cum non ab homine, infra, de iudic.

120 ¶ Limitatur ista conclusio: † quandò Episcopus ipse uult exequi suam sententiam: puniendo secundùm Canones. Et simpliciter implorat à seculari: ut concedat sibi familiam. nam tūc secularis in nullo dicitur Exequutor: sed solummodo accommodat familiam. unde non potest aliqualiter cognoscere. Et ita tenet Abb. isto casu, declarans Innocen. hic. Et sequuntur alij. Et facit text. in capitu. quoniam. ubi Abb. infra eodem. Et idem etiam est in ciuilibus causis. lege episcopale. in fine. C. de episcopa. audien.

121 ¶ Tertia cōclusio est † sicut iudex secularis tenetur adiuuare ecclesiasticum: ita etiam econtra. facit capitulo fin. infra, de exceptio. in. vi. per Hostiē. Bal. Abb. & alios hic. Et istud procedit etiam contra casus, in quibus imploratur brachium seculare.

¶ Et ex hoc infertur: quòd si aliquis sit exbannitus à iudice seculari, debet haberi etiam pro exbannito ab ecclesiastico.

¶ Confirmo istam opinio. primò, quia cum ecclesiastica & ciuilis iurisdictiones sint inuicem confœderatæ: unus Iudex debet uitare proscriptum ab alio, ut est tex. in lege non dubito, in fine. ff. de capti. quem ad hoc singulariter allegat Barto, in. l. à diuo pio. §. 1. ff. de re iudica. ubi latè moderni.

Secundo

¶ Secundò † confirmatur, nam ecclesia indistinctè habet iurisdictionem, quò ad faciendum quòd aliquis exeat de peccato. capitulo nouit, infra, de iudi. Sed banniti & condemnati ideò banniuntur: quia non paruerunt principi. Et sic quia peccauerunt. xi. quæstione prima. capitu. qui resistit: & in capitulo secundo. de maiorita. & obedien. Et pro ista opinio. facit quòd notat Geminia. in dicto capitulo fina. de exceptio. ubi dicit, quòd non debet ecclesiasticus sententiam secularis exequi: antequam cognoscat, an sit præiudicialis animæ. 122

¶ Sed hic de tribus quæstionibus uidĕdum est. † Prima, si iudex requisitus nolit adiuuare: quæro quomodo cõsuletur: Innocen. & Abb. hic dicũt, quòd Iudex ecclesiasticus poterit excõmunicare seculare, & eum cogere. c. ij. infra de maledicis. Sed secularis nõ coget ecclesiasticum, ex quo est inferior. capitulo qualiter. infra de iudicijs. capitulo legimus, in fine. xciij. distinc. Sed tu aduerte, quia text. in dicto. c. ij. dum dicit, quòd Episcopus coget temporalẽ potestatem: loquitur in delicto blasphemiæ, quòd principaliter fit contra Deum: & in quo Episcopus etiã de iure ciuili habet autoritatem puniendi & compellĕdi Iudices seculares, ut probatur in auten. alearum lusus. §. Episcopis, & in fine. C. de religio. & sump. fune. non pu to tamen recedendum à communi. Quò uerò ad iudicem secularem: licet Innocen. dicat, quòd non poterit compellere ecclesiasticum: intellige istud esse uerum, ex sui persona. sed bene poterit recurrere ad superiorem ipsius ecclesiastici: puta, archiepiscopũ qui coget episcopum ut illi det auxilium. d. c. fi. de excep. in. vi. & arg. §. 123

primi, in autenti. ut differen. iudic. & quod notat Barto. in dicta lege a diuo pio. §. primo. in. iiij. quæstione, & per Butri. in capitu. postulasti. de foro competen. Et ita intelligo, quod not. Baldus in capitulo licet undique, in
124 ultima columna, supra titu. secundo. ubi dicit † quòd Episcopus tenetur obedire literis potestatis ei scribentis, & habentis temporalem iurisdictionem, quia hoc facit autoritate legis: aliter superior eius eum puniet. allegat glos. in. l. ex ea, in glo. fin. ff. de postulan.

125 ¶ Secunda † quæstio est: quo genere auxilij, debeat alter alterum iuuare. Et Abb. hic sentit: quòd Episcopus debet adiuuare secularem per uiam excommunicationis: secularis uerò adiuuabit Episcopum per banna, & relegationes.

¶ Tu aduerte, quia cum per implorationem talis auxilij, uidetur negocium fieri de foro adiuuantis: non debebit iste adiuuans grauiori remedio uti, quàm ipse in foro suo esset usurus. Et propterea Episcopus non excõmunicabit: nisi prius cognito, an inobedientia rei sit animæ præiudicialis, ut per Geminia. in dicto capitulo fina. Et an tale sit delictum, quòd illam pœnam mereatur. Et eodem modo non procedet ad excõmunicationem, nisi præmissa monitione: de qua, in dicto capitulo nouit, per Bald. & Docto. hic. Idem est dicendum ex parte secularis: prout est aliquis aduersus Episcopum contumax, non propter hoc, secularis ad petitionem episcopi eum relegabit, seu concedet familiam episcopo, ut mittat in possessionem ex primo decreto, ut est de mente Docto. in dicta. l. magistratibus.

Tertia

¶ Tertia quæstio † est, sicut secularis tenetur adiuuare Episcopum: nunquid idem sit in prælatis exemptis, puta Hospitalarijs, & Templarijs? Innocentius hic dicit, quòd si isti nolunt adiuuare Episcopum: quòd tamen episcopus non potest eos excommunicare, quia non sunt subditi. unde in eos non habet iurisdictionem. argumen. clemen. pastoralis, de re iudica. Sequuntur Bal. Cardina. Imo. & Modernio. Intellige istud dictum sanè: ut quamuis Episcopus non poßit eos excommunicare: poterit tamen supplicare coram Superiore, & sic papa, ut eos cõpellat, Et papa debebit hoc facere, argumento dicti capituli finalis. & supra dixi. in laicis fortius posset teneri contra Innocentium quòd imo in tali casu Episcopus poßit eos excommunicare. Primo per regulam, quòd facilius tollitur priuilegium: quàm ius cõmune. l. eius militis. §. si militia. ff. de testamento militari. Sed iudex secularis, quamuis iure communi, solutus sit à iurisdictione ecclesiastica: capitulo cum ad uerum, nonagesimasexta distinctione, tamen compellitur in isto casu brachium præstare: ergo multò fortius debet compelli qui est solutus nisi per priuilegium. 116

¶ Secundò facit, † quia ista imploratio auxilij non fit, nisi in subsidium, ut probatur in isto textu ibi, & cum opus fuerit, & in capitulo quoniam, infra eodem. & in dicto capitulo secundo, de maledicis. Et per Oldra. consilio octogesimonono. Priuilegium autem exemptionis, ad ista extraordinaria non uidetur trahẽdum: de quibus, non est uerisimile concedentem cogitasse. argumen. capi. ij. de immunita. ecclesiæ, infra, clemen. 1. in clementi. 117

 de censi.

de censi.in fine.

¶ Tertio facit, quia non uidetur, quòd Episcopus petat auxilium uigore iurisdictiōis suæ. quod patet in hoc tex. ponderando uerbum imploret, quòd proprie cōuenit petenti aliquid à Superiore, quò ad illum actum. capitulo primo, infra, de offi. iudic. cum simili. Isti autem exempti censentur immunes quò ad illa, quæ sibi possent imperari, ut est text. in capitulo si Papa, uersiculo, & est idem, infra, de priuileg. in. vi. non ubi implorant. Et licet possent deindè excommunicari, istud est uigore nouæ iurisdictionis, per legem concessæ Episcopo, propter eorū negligentiam, ut per Bal. in dicto capitulo licet undique. Cogita, & non recede à communi.

GLOSS. FINALIS.

IN glossa fina. Glos. ponit hic intellectum ad istum textum satis male conueniētem uerbis literæ: & etiam habentem modicam dubitationem: quòd Episcopus implorans brachium seculare, sibi non præiudicet. unde, Docto. eam communiter non tenent: licet dictum in se sit uerum.

Intellectus literæ.

¶ Vnde secūdus intellectus fuit Inno. quòd illa uerba, nō ad præiudicandum intelligantur: scilicet illi, cōtra quem petitur auxilium, quia non debebit peti contra iustitiam: etiam iste intellectus subaudit, & est indubitabilis.

¶ Tertius intellectus fuit Sicu. quòd per talem petitionem non tribuatur iurisdictio seculari, qui tenetur exequi: non autem iudicare. Sed etiam iste intellectus mihi non

non placet: quia tex. nõ debuiſſet dicere præiudicandum, ſed ſolummodo iudicandum. Præterea, tex. nimis reſtringeretur, ex quo non procederet, niſi in delictis mere eccleſiaſticis, non in communibus: in quibus, etiam ſecularis iudicat. §. ſi uerò crimen, in auten. de ſanctiſ. Epiſco. & ſupra dixi poſt Abba.

¶ Quartus intellectus fuit, quòd illa uerba, nõ ad præiudicandum, intelligantur, ſcilicet iudici ſeculari, quia ipſe etiam poſſet cognoſcere. Puto, quòd iſte intellectus ſit uerus: ex quo defenditur proprietate ſermonis. unde eſt tenẽdus. l. non aliter. ff. de legatis tertio. Et etiam decidit caſum ualde dubium: ut infra oſtẽdam, argumen. legis quod lábeo. ff. de carbonia. edic. nã præiudicare proprie dicitur iudex, quando fert ſententiam, quæ parit exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio. undè, talis exceptio, proprie dicitur exceptio. Et notatur in. §. præiudicialis, inſtitu. de actioni. Nec obſtat quòd textus uideatur reſtringi: ex quo nõ procederet in cauſis mere eccleſiaſticis. in illis enim oritur præiudicium ſeculari, quia reſpondeo, quòd ſecularis non procedit in illis: non, quia ſua iuriſdictio elidatur per exceptionem præiudicij: ſed excluditur ex defectu iuriſdictionis, quia, ſiue Epiſcopus cognoſcat, ſiue non: non poteſt ſe intromittere. capit. inquiſiti. §. prohibemus. de hæreti. in. vi.

¶ Videndum eſt ergo, † Nunquid ſi aliquis in crimine mixto, ſit condemnatus ab Epiſcopo, ſecũdùm legem canonicam, poßit etiam condemnari à iudice ciuili: & puniri ſecundùm ius ciuile. Hoſtien. Ioan. Andre. Bald. & Siculus hic uidentur tenere, quòd non. qui tamen non ad- 128

ducunt rationes multum urgentes. pro ista opinione est regula legis senatus.ff.de accusationibus,& l.licet.in fi. ff.naut.caupo.stabula.ubi non debet pluries de eiusdem hominis delicto inquiri: & quod no.Cynus,in.l.qui sepulchra.C.de sepul.uiola.

¶ *Secundo,facit regula capituli fina.infra,de exceptioni.in.vi.ubi sententia lata in foro ecclesiastico,parit exceptionem rei iudicatæ,in foro seculari.*

¶ *Contrarium tenent Iacobus de are. Guillel.de cun. Iaco.Butri.& Bald.in lege placet.per illum textum. C.de sacrosanctis eccle.Et idem consulendo tenuit Baldus cōsilio ducētesimosexagesimo.incipien.facta est inquisitio, in tertio uolumine.quem refert,& sequitur Ancharanus in regula iuris,ea quæ.in penultima charta,infra, de regulis iuris.in.vi.cum concordantibus, per Fely.in capit. de his.in duodecima limitatione,infra,de accusationi.ubi attestatur, ita communiter teneri. Et pro ista parte,est text.in capitu.felicis,infra de pœnis.in.vi.Et licet glo.ibi dicat esse speciale:tamen nō potest reddi bona ratio specialitatis.secundùm Docto.*

¶ *Secundò probatur,quia Episcopus non potest condigna pœna afficere istos delinquentes: ex quo,non potest ferre sententiam sanguinis.capitu.sententia,infra ne clerici,uel mona.undè, cum non poßit plenè punire ex defectu iurisdictionis:nō debet ipse secularis impediri,quin rursus iudicet,ut per Cy.& Bal.in.l.fina. per illum tex. C.de Sportu.*

¶ *Tertio probatur per text.in.d.§.si uerò crimen. ubi, quamuis Episcopus in causa criminali cognouerit,& puniuerit*

niuerit: tamen etiam secularis cognoscit.

¶ Quartò facit, quia nisi ita diceremus: Episcopus impediret & diminueret iurisdictionē secularis. Quod tamen facere non potest, ut notant Innocentius in capitulo dilecti. de sententia excommunicationis, Archidiaco. xi. quæstione prima. capitulo de persona. Imò quilibet est maior in suo Tribunali. l. apud eum. ff. de manumis. uindicta. Et quilibet potest tueri iurisdictionem suam. lege prima. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Et istæ sunt rationes, quibus principaliter mouentur Docto. tenentes commu. opinio. prout latius eas refert Ioan. bapti. de san. Seueri. in repetitio. l. cunctos populos. in decimaquarta uel uigesimaquarta columna, cum pluribus sequentibus. C. de summa trinitate.

¶ SED tu aduerte, quia istæ rationes nō uidētur multum urgere. Et primò, non obstat tex. in dicta lege placet, quia ibi, nulla pœna imponebatur de iure canonico. Et licet glo. ibi credat significari pœnam excommunicationis, per illa uerba, post debitæ ultionis acrimoniam: tamen fallitur, quia acrimonia significat asperitatem, ut dicunt Grammatici: non autem coërctionem à gremio ecclesiæ. Et sic ille text. est intelligendus de pœna criminali, aduersus sacrilegos: non de excommunicatione. Et melius eam intellexit glo. xvi. quæstione prima. §. placet. & in dicto capitu. Fœlicis. satis potest teneri intellectus gl. ibi, qui est de mente literæ. Non obst. ratio secunda fundata per. d. l. ij. C. de Sportu. quia illa lex loquitur, quādò nuncius est multatus, & sic punitus pœna extraordinaria. Sed quæstio nostra est: quandò Episcopus punit

f 5 nocentem

de lege ſenatus, cum ſimilibus. Committens enim delictum aduerſus legem ciuilem: ſatis eſt, ſi una pœna puniatur: licet aduerſus talem delinquentem uariæ pœnæ conſtitutæ ſint. Et ratio eſt, quia unum tantummodo offendit, ſcilicet, legem ciuilem. Sed in noſtro caſu, facta eſt offenſio etiam legi canonicæ, quæ non tollitur per ſatiſfactionem factam in foro ciuili. Ex quo iuriſdictiões ſunt ſeparatæ. d.c. cum ad uerum. xcvi. diſt. Et iſtud eſt quod ponderant docto. dum dicunt, quòd aliâs iuriſdictio ſecularis diminueretur per eccleſiaſticam.

¶ Limitatur † iſta concluſio: ut non procedat, quandò 130
crimen mixtum eſſet principaliter punibile iure ciuili: quia ſi delinquens fuerit ſemel punitus à iudice ſeculari: non poterit amplius puniri per eccleſiaſticum iudicem. Probatur iſta limitatio, in cap. cum ſit generale, infra de foro compe. ubi eſt text. quòd ideo eccleſia punit ſacrilegos: quia in eis puniendis iudices ſeculares ſunt quãdoque remiſſi. ergo ſi iudex ſecularis pœna congrua iam puniuerit ſacrilegum, ceſſat ratio text. Et conſequenter talis amplius non punietur.

¶ Et pro hac opinione, adduco quod notabiliter uoluit Bald. in. l. exequutorem. in. vij. quæſtio. C. de exequu. rei iudica. ubi dicit, quòd † abſolutus, uel condemnatus in 131
loco delicti, non poteſt amplius accuſari in loco domicilij. quia de iure, ille eſt principalis locus, in quo debet punitio fieri. quod patet, quia ad ipſum remiſſio fieri debet. §. ſi quis uerò comprehenſorum, in autenti. ut nulli Iudic. Et illa eſt reſpublica quæ principaliter fuit offenſa per delictum. ſecus ſi ſit punitus in

foro

foro domicilij, quia poterit adhuc puniri in loco delicti. Quæ decisio est notabilis, & uera. Nec obst. doctrina Barto. in. l. sepulchri. ff. de sepulc. uiola. generaliter concludentis, quòd imò ubi quis est semel punitus de uno delicto: non potest amplius puniri. d. l. senatus. & per Areti. in dicto capi. de his. in sexta colum. infra de accusatio.

132 † quia istud procedit: quandò & forum delicti, & forum domicilij, sunt sub eodē principe. secus si sub diuersis, prout loquitur præcise Bald. Nam tunc seruatur eius decisio, ut punitus in loco principali, amplius non molestetur: secus, econtra. Et ita teneo. Nec Bal. in dicta lege nullum. C. de testi. contradicit huic opinioni, si bene uideatur. & in casu istius limitationis, potest saluari quod dicit Bald. in dicto consi. cclx. in fine. ubi limitando conclusionem suam, dicit, quòd in delicto commisso aduersus clericum: probabiliter potest teneri, quòd sententia iudicis ecclesiastici, sit præiudicialis foro ciuili, seu seculari. d. cap. fina. de exceptio. Et probatur in. d. cap. fælicis, per locum à speciali, sequendo gloss. ibi.

133 ¶ Secundo limita † in crimine principaliter ecclesiastico, quia si quis de eo fuerit punitus ab episcopo: secularis non poterit punire rursus in totum, secundum legem ciuilem: sed tātum de excessu. Pone, Aliquis usurarius fuit punitus ab episcopo: iudex secularis nihilominus contra eum processit propter crimen stellionatus: per gl. & Butrigar. in. d. lege improbū. C. ex quib. cau. infam. irroga. cum tale crimen habeat pœnam arbitrariam. l. ij. de crimi. stelliona. Debebit tantominus pœnæ arbitrari: ex quo fuit semel punitus per episcopum: unde, ipse non puniet,

niet, nisi de excessu, ut per Geminia. post alios, in capi.1. de usur. in sexto, & suprà tetigi. & ratio est in isto casu, quia, cum tale crimen sit canonicum: & lex propter Canones istud puniat, debet in tali pœna compensari illud quod fuit ordinatum per episcopum: quia quatenus crimen concurrit in lege cum pœna, corrigit legem, & solum ex lege exigetur, quatenus pœna excedit. argumen. l. primæ. & quod ibi Bartol. not. ff. ui bon. rap. Et ita potest saluari supradicta Decisio: quæ aliâs difficulter sustineretur. & pro hoc facit lex. ij. C. de sportu. ubi si Nuncius deliquit aduersus iudicem: & ab eo sit multatus: iudex maior, qui nouam pœnam infligit, habebit respectum ad illam priorem multam: ut tantò minus puniatur: prout sentiunt Cyn. & Bald. ibi: & in. l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudic. Et Ioan. And. in. d. c. fœlicis, in nouella.

¶ Tertio † limita, quando pœna iuris canonici est legitima & ordinaria, & similis pœnæ legali: quia tunc secularis amplius non puniet. ut tenent Ioan. Andr. Lapus, & Geminia. in dicto cap. felicis. & dicit domi. Abb. in. d. ca. tuæ. de procuratori. quòd hæc opinio est æqua. Et ita etiã tenent Bal. Paul. de cast. & Ioã. Bapti. de sancto Seueri. in dicta. l. cunctos populos. in. xvij. col. uersi. quintus casus: & Aret. in dicto cap. de his. & ita potest saluari opinio Imol. Butri. & antiquorum hic. Et ista opinio propter tot autoritates fortè seruaretur in practica: quamuis non putem eam in puncto iuris esse ueram: quia militat ratio in contrarium. Ex quo, per impositionem pœnæ canonicæ, non tollitur iniuria facta legi ciuili, ut supra 134

pra dixi. Et contrarium in hoc puncto sentiunt Docto. in dicta lege placet. & Anchara. in dicta regula, ea quæ. Fortius tenuit Areti. in dicto capi. de his: quòd si etiam pœna canonica non esset æqualis, sed minor: dum tamen lex canonica habuisset eam pro cõdigna, & satisfaciente delicto, adhuc secularis non posset procedere. Et ita uidetur fuisse de mente Bal. & repetẽtium in dicta lege cunctos populos, in uersicu. quartus casus: & de mente Butri. & Imo. hic, & Ioan. de Ana. in dicto cap. de his. Sed istud non est uerum: & confunderet regulam: & communis opinio est in contrarium per supradicta.

135 ¶ Quarto limita† in casu notabili posito per Aret. consilio. lviij. diligenter consideratis, in secundo dubio. ubi consuluit: quòd si Papa in terris immediate sibi subiectis committat inquisitionem alicuius criminis iudici ecclesiastico: quòd censebitur cõmisisse, ut condemnet etiã ad pœnam sanguinis: & si iste iudex absoluerit: non poterit iudex secularis fori in quo reus domiciliũ habet procedere aduersus illum. mouetur principaliter, per capitulũ fina. de exceptionibus, in sexto. & doctrinam Barto. in dicta lege sepulchri. Nec obstat secundum eum, quòd fortius uideatur punitio facta respectu pœnæ canonicæ: ex quo pœna sanguinis non potuit irrogari per ecclesiasticum. argumen. l. plenum. §. equitij. ff. de usu & habi. quia censetur facta super hoc dispensatio, ut per eum: quod potest. Et pro hoc inducit tex. in cap. in archiepiscopatu, infra de raptor.

¶ Puto istam opinionem non esse ueram: quia est contra communem opinionem, ut patet ex supradictis.

¶ Nec

¶ Nec obstat dictum capit. fina. quia procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, ut dicunt Ioan. de Ana. in capitu. qualiter. § . ad corrigendos. in sexta col. & Fely. in dicto capi. de his. infra de accusa.

¶ Nec obstat doctrina Barto. in dicta. l. sepulchri: quia supra respondi: & etiã tex. in dicto cap. in Archiepiscopatu, nihil facit pro Aretino, quia ibi tex. cõmittens causam criminis episcopo: non potest intelligi, quòd commiserit eam iudicãdam secundùm canones. Ex quo Rex, qui per delegatum repræsentatur: habet iurisdictionem secularem, non canonicam. quæ ratio cessabat in Papa, in casu Aretini.

¶ Quintò uidetur † posse limitari respectu accusatoris, 136
quia accusator qui semel egit in iudicio ecclesiastico: non debet rursus admitti in seculari, argumen. l. si is de quo. C. ad turpillia. Et per Imol. in dicto capitu. cum dilectus. de purgatio. canoni. Et facit quia isto casu cessat ratio prædictæ conclusionis. Nam accusator præsumitur potius accusare propter inimicitiã: quàm ut defendat iniurias publicas. sexta quæstio. prima, cap. si omnia. Et idem uidetur dicendum in denunciatore priuato: de quo in dicto capitulo qualiter. Et ita teneo. Cogitata tamen, quia Doctores in ista materia satis intricatè loquuntur. Et sic finem accepit Deo auxiliante istud capitulum.

Andreas Alciatus, acutißimus V. I. Doctor.

Sequitur

SEQVITVR CAPITVLVM QVOD SEDEM, EODEM TITVLO.

QVOD SEDEM APOSTOlicam &c. Summa, & diuide: ut hic per Abbatem.

PRIMVM NOTABILE.

1 Primum notabile.

IN tex.ibi, in tali articulo cõstituto. Nota † quod Archiepiscopus regulariter non potest consecrationem sui suffraganei alteri committere. Istud probatur argumen. á contrario sensu: & in simili casu arguit Iurisconsultus, in.l.1.ff. de officio eius cui &c. ubi lex iulia concedebat impedito, ut posset publici iudicij exercitationem demandare: ergo non impedito non licebat. Hostien. Butri. Abb. Imol. & cæteri, hic tenent contrarium, quia Archiepiscopus regulariter delegat in alium episcopum ea quæ sunt ordinis: prout etiam tenuit glos. in cap. peruenit. xcv. distinctio. glo. & Abb. in capit. aqua, infra de consecratio. eccle. Et ad istum text. respondet: quod non de iure, sed de honestate procedit. Sed certè, admissa ista solutione: argumentum iurisconsul. in dicta.l.1. non fuisset fortißimum: quia etiam ibi potuisset dici, quòd erat de honestate. Et quòd iste text. non capiat hunc intellectum: probatur duobus modis.

¶ Primo

¶ Primò quia responsio papæ debet interpretari secundùm interrogationem sibi factam.l. si defensor.§.1.ff. de interrogator.actio. Interrogatio autem est generalis: nunquid sit sibi licitum? Et sic, nedum de honestate, sed etiam de iure.l. semper in contractibus.ff.de regu.iuris. Et eodem modo etiam responsio generaliter debet intelligi in dicto uerbo, licet.

¶ Secundò arguitur ponderando cõditionem, ex dictione constituto: quæ importat conditionem, ut per Moder. in rubri.ff.solu.matri. Et † conditio in lege posita, im- 2
portat magnum mysterium iuris, ut dicit Bal. in autenti. matri & auiæ.in prima colum. C. quando mulier tutel. offi.fun.potest. Areti.in capit.de causis.infra de testi.& per Alexand.in.l.fina.in fine principij.C. de iure deliberan. unde iste text. necessariò uidetur concludere contra communem intellectũ Docto. in.d.l.1.multa dicunt circa naturam istius argumenti.

¶ Tu pro nunc aduerte circa intelligentiam. Nam istud 3
argumentum à cõtrario sensu comprehendit sub se quatuor genera argumentorum. Primùm est argumentum à speciali, quia si lex dicit aliquid esse speciale in aliquo casu: ergo à contrario sensu, in contrarium erit ius commune. Et isto † casu: quod uenit per argumen- 4
tum à contrario sensu: dicitur uenire ex ipso textu, seu casu legis. lege qui testamento. §. mulier. & ibi glos. quam ad hoc notat Bald. ff. de testamen. Et propterea in tali casu crederem sumi argumentum ad correctionem iuris: quia tunc non uidetur subauditus intellectus. Et facit lex prima, in fine. ff. ad municipa.

Argumentũ à contrario sensu.

& ratio est: quia lex uolens illud esse speciale, satis dicitur negare in alijs casibus: quia istud importat hoc uerbũ speciale. Et in isto casu potest saluari quod dicit Felin. in capitu. significasti, in antepenultima columna. de foro competen. dum allegat Geminia. in capi. primo. prima distinc. super glos. in uerbo, prohibetur.

5 ¶ Secundum † argumẽtum est quod dicitur ab inclusione unius: quia lex unum includens, à contrario casu uidetur aliud excludere, & econuerso. lege maritus. C. de procuratori. l. cum prætor. in principio. ff. de iudicijs. capitu. nonne. infra de præsumptioni. Et istud uenit tacitè, & ex coniectura, ut est tex. & ibi glo. in lege apud antiquos. C. de furt. undè tale argumentum, nũquam caperetur ad correctionẽ alterius iuris: nisi dispositio aliàs redderetur elusoria. glo. est in lege nulla, & in autentica diaconissam. C. de episc. & clericis. & per Moder. in autẽti. ex testamento. C. de collationi.

6 ¶ Tertium † argumẽtum est ab exceptione, quæ firmat regulam. De quo, in capitu. dominus. xxxij. qõ. vij. & in capitulo cum dilecta. ubi per Moder. infra, de confirmatio. utili uel inuti. & in lege, nam quod liquidè. §. fina. ff. de penu lega. nam ubi exceptus est casus à regula: ergo à contrario sensu, casus qui nõ est exceptus, continetur sub regula. Et in isto casu, tale argumentum non sumitur ad correctionem iuris communis: etiam si dispositio nihil operaretur, ut est text. in capitulo ad audientiam. infra, de clericis non residen. ubi si statutum priuet clericos non residentes fructibus, præterquam si sint infirmi, uel in seruitio papæ: non trahitur ad existentes in seruitio

Episcopi

Episcopi, qui de iure communi non priuantur. Et sic excepti casus non firmant regulam in casibus non exceptis ad correctionem iuris communis. Et ratio est secundùm Abba.ibi, quia regula de iure communi non comprehendit talem casum.nam † clericus existens in seruitio Episcopi,non habetur pro non residente de iure communi:à quo,statutum recipit interpretationem.l. si serui.C.de noxali.Est uerum,quòd Alexand.in dicta autentica ex testamento, uidetur sensisse contrarium. sed eius opinio confunditur per dictum capitulum ad audientiam. 7

¶ Quartum † argumentum à contrario sensu propriè sumitur ex dispositione generali,aliquid inducente certa ratione:ut accedente contraria ratione, contrariũ inducatur.capitulo cum apostolica: infra, de his quæ fiunt à prælato.Et istud uenit ex coniectura, & indirectè:ut ibi dicitur. Et de hoc est dicendum ut supra dixi ex secundo genere argumenti. Et talia † argumenta à contrario sensu, semper ualent: dummodo sint à contrario sensu, nedum literæ,sed etiam rationis seu mentis. Ex quo,uerba semper recipiunt interpretationem: secundum mentem legis.lege labeo.ff.de supellecti.lega. Et ita intelligitur text. in autenti.cassa.C. de sacrosanctis ecclesijs. ubi dicit lex cassa sint statuta per Italiam: non sequitur, ergo ualeant extra Italiam.nam hic textus faciẽdo mentionem de Italia,non propterea uoluit cæteras prouincias excludere.sed quia frequenter ibi fiebant illa statuta. Eodem modo intelligitur text.in capitu. quod dicitur, infra de uerborum significa. nam quamuis dicatur, 8 9

priusquam conuenirent: intentio tamen dicentis non fuit, ut significaret eos deinde conuenisse. sicut in simili cum dicimus. Iudices priusquam de causa cognoscerent, reum dãnauerunt: non sequitur, ergo deinde cognouerunt.

¶*Et optimè probatur in lege si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum.* Declarat id *diffusius diuus* Hieronymus *aduersus* Eluidium: & Laurent. *ualla super euangelio* Matthæi.

¶*Et istud infertur per* Butri. & Abb. *ad dicta testium, in dicto capitulo quod dicitur.* Et *sic etiam intelligitur text. in. l. ij. C. de condi. inser. ubi si testator iussit caueri fideicommissario: si filia non diuerteret, non uidetur remisisse cautionem in casu diuortij, quia non est uerisimile, quòd talem casum turpem considerauerit: imò præsumendum est potius, quòd apposuerit illa uerba, credens illam aliquo modo non diuersuram: ut sic, conditio potius stet in uim causæ compulsiuæ: quàm in uim causæ finalis, ut declarat ibi* Cynus, *licet glossa aliter intellexerit.*

10 ¶*Et † ex hac declaratione, sequitur quòd non capietur unquam tale argumentum à contrario sensu causæ impulsiuæ, uel uerborum narratiuorum, uel modalium: uel quandò sunt plures ratiões finales, prout declarat* Alex. *in dicta lege prima, in.* XVI. *colum.* Ex *quo, istis cessantibus: non tamen cessat dispositio, & intentio proferentis. lege prima. § sexum. ff. de postulan. §. affinitatis, institu. de nup. cum similibus.*

11 ¶*Et † sub ista declaratione, comprehenduntur etiam fallentiæ positæ per* Feli. *in dicto capit. nonné.* Qui *enim unum*

unum dicit,non uidetur aliud excludere: quandò est connexum,uel consequutiuum,uel nitatur eadem ratione. capitu.translato,supra,de constitutio.lege prima.C.de diuer.rescript.quia mens dicentis non præsumitur talis.Et ista bene nota pro declaratione.

¶ *Et ex supradictis apparet, quòd argumentum à contrario sensu,te:et in isto textu,ex quo capitur à contrario sensu loquentis.unde,quicquid dicant* Doctores, *teneo contra communem,*† *quòd* Archiepiscopus, *(nisi ex causa) non poßit delegare consecrationem.* 12

¶ *Non obstant allegata in contrarium.* Et *primò, non obstat text.in capitulo aqua,infra,de consecratio. eccle. quia licet text.dicat,quòd* Episcopus, *non ualet delegare ea quæ sunt ordinis,nisi alteri* Episcopo: *non sequitur ergo indistincte ea quæ sunt ordinis,possunt alteri* Episcopo *delegari.nam text.ibi procedit, constituendo differentiam,de simplicibus* Sacerdotibus, *ad* Episcopos, *quia ea quæ sunt iurisdictionis delegabilia,possunt etiam simplici* Sacerdoti *committi.* Ea *uerò, quæ sunt ordinis delegabilia, debent committi* Episcopo. *Sed non sequitur: ergo omnia quæ sunt ordinis, sunt delegabilia. nam ille text. non dubitat super hoc, sed præsupponit habilitatem:capitu.ad nostram, ulti. uersiculo quanquam, infra, de iureiuran.l.qui testamento.ff.de testamen. Stat ergò, quòd aliqua quæ sunt ordinis sint delegabilia: aliqua nō, sicut in simili dicimus de mero* Imperio: *cuius ultimi duo gradus delegantur,ut per* Barto. *in lege* Imperium. *ff.de iurisdictione omnium iudicum.* Quamuis *ergo reconciliatio ecclesiæ demandetur* Episcopo: *non tamen*

consecratio Episcopi debet posse demandari, quæ est maioris importantiæ: Ex quo uidetur episcopus grauari, ut dicit hic glo. si Archiepiscopus non interueniat.

¶ Non obstat tex. in capitulo suffraganeis, Supra de electio. quia dum textus dicit ad mandatum &c. debet intelligi, quòd mandatum sit factum in casu licito: puta quia Archiepiscopus esset absens, uel impeditus ex iusta causa. argumen. dicto capitulo ad nostram, cum similibus. & eodem modo respondetur ad text. in capitu. cum prouinciales. lxiiij. distinctio. Quòd etiam ostendant illa uerba, si necesse fuerit &c. Non obstat text. capituli pastoralis, infra proxime sequē. quia loquitur de his qui sunt iurisdictionis: non autem de his, qui sunt ordinis: de quibus infra dicam.

SECVNDVM NOTABILE.

13 NOTO SECVNDO: † quòd si subsit iusta causa, licitum est Archiepiscopo delegare ea quæ sunt ordinis, alteri Episcopo. Sed nūquid si facta sit delegatio, præsumitur iusta causa? uideretur dicendū quòd
14 nō: quia † quotiescunq; lex dicit aliquid debere fieri cum causa: illa non præsumitur, nisi appareat, ut dicit Barto. in l. item si suspectus. ff. de procurator. & ad idem facit regula legis si fortè. de cast. pecul. ubi quādo aliquid non potest fieri, nisi in certis casibus: probandi sunt illi casus. Et per istam regulam ita tenet Iason in l. 1. in. xiiij. col. ff. de offi. eius, cui &c. Et per eandem regulam, uidetur idē uoluisse Soci. in cōsi. xcvi. in. iiij. col. quem sequūtur Moder. in

der.in.l.nemo poteſt.ff.de leg.1.ubi dicũt † *quòd quãuis* 15
legatus de latere poßit ex iuſta cauſa mandare iudici,
quòd procedat ordine iuris non ſeruato: tamẽ illa cauſa
eſt probanda, nec ſtaretur ſuo ſimplici dicto. Ad idẽ fa-
cit tex.in capitu.nouit.de iudic.ubi Abb.*&* Aretin. *no-*
tant, † *quòd quando aliquid non poteſt fieri ſine certa* 16
quidditate: illa quidditas non præſumitur, etiam in rege,
prout loquitur tex.ſed debet probari: ad idem, quod no.
Aret.in capitu.quoniam cõtra, per illum textum in ulti.
col.& ibi Fely.*infra de probatio.& per* Fely.*in capit.ſi*
pro debilitate.in.iij.col.ſupra de offi.delegati.
¶ *Contrarium tenuit gloſ.notabilis in cap.paſtoralis.in*
prin.ſupra titu.ij.quæ uult † *ſtari dicto* Ordinarij, *atte-* 17
ſtantis ſe propter impedimentũ iuſtũ delegare cauſam.
quam gloſ.ibi cõmuniter ſequuntur Docto. *& idem te-*
net Alexan.*in.l.1.col.xxiiij.ff. de officio eius cui &c.&*
in conſi.xxiij.cõſultus.in.iiij.facit in ſimili, quia † Prin- 18
ceps non poteſt tollere dominium quæſitum alteri, ſine
iuſta cauſa, quæ tamen præſumitur in eo ſecundùm ſcri-
*bentes, in.l.fi.*C.*ſi contra ius uel utilita.*Et Doct.*in cap.*
quæ in eccleſiarum, ſupra de cõſtitutio.facit etiam quod
*no.*Bal.*in.l.exemplo.in ultima quæſtio.*C.*de collatio.&*
Fely.*in cap.ſicut.infra de ſenten.excommunica.*
¶ Puto *diſtinguendum:* † *quòd aut quærimus an cauſa* 19
*præſumatur.*Et *dicendũ eſt quòd nõ, per ſupradicta. aut*
quærimus ſi cauſa ſit expreſſa an ſtetur dicto ipſius, Or
dinarij: ita quòd faciat plenam fidem. Et *tunc poſſet te-*
neri glo.in dicto capi.paſtoralis.quòd ſic.ratio eſt, quia
inde nomini oritur aliquod præiudicium, ut dicit Bal.*in*

 rubri.

rubri.ſupra, titulo ſecundo.in ultima columna. Si uerò poſſet oriri præiudicium, non crederetur. Et ita proce-
20 *dit quòd not.Soci.in dicto conſi.xcvi. Idem † ſi Epiſcopus conſecrandus reclamaret: quia prætenderet ſibi eſſe magis honorificum, ſi conſecraretur ab ipſo* Archiepi-*ſcopo.nam poſſet etiam probare contrarium: quòd imò non ſubeſſet iuſta cauſa delegādi. Et propter talem probationem tolleretur præſumptio oriens ex atteſtatione ipſius archiepiſcopi: ut ſatis oſtendit gloſ.in dicto capitulo paſtoralis.* Et idem tenet Guliel.de cun. & Alberi. *de roſa.in dicta lege prima.Et ex his cōſequens eſt, quòd ex ſimplici delegatione (alio non dicto) non præſumeretur cauſa: licet ſi exprimeretur, ſtaretur dicto ipſius* De-*legantis: quia talis actus nemini eſt præiudicialis. unde ex poſtfacto, puta ſi iam delegatus iudicaſſet, non ſtaretur: quia tunc eſſet in præiudicium eius qui ſuccubuit: quod nota.Et facit quod notat* Fely. *in capi.ſi pro debilitate, ſupra allegato.*

TERTIVM NOTABILE.

21 NOTA TERTIO, † *quòd ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis, nō delegantur niſi habenti ordinē: ſecus in his quæ ſunt iuriſdictionis: quia delegantur etiā ſimplici* Sacerdoti.*d. capitu.aqua.infra, de conſecratio. eccle.*Et *ea dicuntur etiam ordinis epiſcopalis, quæ requirunt conſecrationem, ut eſt conſecrare epiſcopos, ordinare clericos, benedicere uirgines, eccleſias, uel altaria conſecrare.per gloſ.in dicto capitu.aqua. & per* Bal. *in capitu,*

Ordinis quæ & quæ iuriſdictionis.

capit. transmissam, de electionibus. iurisdictionis uerò dicuntur esse, quæ consecrationem non requirunt. ut est iudicare, excõmunicare, corrigere, iuramenta à uasallis accipere, eos inuestire: electos cõfirmare, beneficia conferre, ut per Bald. in dicto capitulo transmissam. Et ratio differentiæ huius notabilis est, quam ponit glos. in dicto capitu. aqua.

¶ Tu dic † clarius ex mẽte Butrij, & Docto. hic potestas consecrandi est à Deo: & eã uirtualiter habet quilibet consecratus. unde prius in quolibet loco eã Episcopi exercebãt: donec deinde fuerũt distinctæ diœceses, ut dicunt Docto. in capitu. si ciuitas, de sententia excommunicationis. in. VI. unde non debet aliquis cõsecratus amplius illa uti, nisi in sibi subditum, & in quem habet autoritatem. Sed respectu cæterorum non deficit sibi habitus seu potentia, sed habet obstaculum exercitio. unde, si habens autoritatem, mandat: dicitur remouere tale obstaculum, non autem conferre nouum ius consecrãdi, quia quamuis episcopus habeat ius consecrandi in casu text. nostri: non tamen potest eo uti in personam, quæ esset iurisdictionis archiepiscopalis. Et istud etiam uoluit glos. hic. 22

QVARTVM NOTABILE.

NOTA Quarto, † quòd ea quæ sunt ordinis non sunt adsumẽda nisi à catholico, & cui sedis apostolicæ gratia minime sit subtracta. facit tex. 1. qõ. vij. Daibertum. Et ita notant Abb. Imo. & alij hic: quòd declara duobus modis. Primo, ut cõsecrationes ab ipsis factæ & 23

collatæ nescientibus de misericordia ab ecclesia tollerentur. cap. ordinationes, & cap. sed excommunicati. ix. q. 1. not. Ioan. Firmi. in tracta. de episco. in. iij. libr. in. iij. parte principa. colum. iij.

¶ *Secundò declara, ut talis consecratio sit nulla quò ad exequutionem, non autem quò ad habitum, ut est gloss. ubi & Abb. & alij in cap. fina. suprà de ordina. ab episcopo: de quo dic ut per eum.*

¶ *Et ex his habes notare, quòd excõmunicatus dicitur*
24 *priuatus gratia sedis apostolicæ. Et † istud facit ad clausulas quæ solent apponi in literis principum: quando dicitur, sub pœna priuationis gratiæ nostræ, uel sub pœna indignationis. quid operentur talia uerba, Bar. in extrauagan. qui sint rebel. in fin. dicit, quòd ista uerba nihil ulterius important, nisi quòd expresse indicant uidelicet quòd princeps non habebit eos gratos, seu erit illis indignatus. Facit quod not. Bald. in proœmio Decret. in*
25 *xiij. colum. ubi † ista uerba, maledictionem nostram incurrat: non important excommunicationem: sed simpliciter ponũt inobedientem in peccato mortali, ut per Geminia. in cap. 1. in princip. de sepul. in sexto. In contrariũ facit iste tex. & tex. in cap. ueniens, ubi Moder. infra de præscript. ubi talis clausula uidetur importare pœnam excommunicationis. Fortius etiam probatur in capit. 1. §. porrò. & ibi glos. in uerbo, perdet. quæ fuit prima causa benefic. amitt. ubi talis clausula importat amißionẽ feudi: & ibi Bald. & Moder. hoc notant. Confirmatur per tex. in. §. sit tibi quoq; in auten. de mãd. princip. per quẽ text. dicit Pet. & Bald. in autenti. statuimus. C. de episcop. &*

scop.& cleri.† quòd talis clausula importabit quòd su= 16
perior poterit punire extra ordinem. Et facit quod not.
Alexan.consil.xi.in primo uolumi. Siculus in cap. cæte=
rum, col.penul. infrà de iudi. & in capi. prudentiam.§.
adijcimus.colum.ij.supra de officio delega.& in consil.
xi.in quinta colum.in primo.

¶ Puto non esse recedendum ab opinio. Bart.quæ est ue
ra,& defenditur ex proprietate sermonis.l. non aliter.
de lega.tertio.Et quia talia uerba præcise non important
certam pœnam.pœnæ † autem non habent locum, nisi in 17
iure express.ut in auten.de non eligen.secundo nuben.§.
cum igitur,uersic.nec quælibet lex. & text.in.l. Diuus.
ff.de sepulc.uiola.Per quam rationem,ita tenet Alexan.
consil.ciij.penul.colum.in primo.

¶ Fallit,† quando delictum commissum ex dispositione 18
legis mereretur priuationem feudi, uel pœnam extraor=
dinariam: quia tunc illa clausula declaratur secundum ius
commune. Et ita procedit text. in.§.porrò. & in.d.au=
ten.statuimus.

¶ Fallit secundo: quando† diceretur,quòd incurreretur 19
sedis apostolicæ indignatio. Nam tũc satis potest admit=
ti,quòd incurratur excõmunicatio.Et ita potest intelligi
tex.in.c.exit.in fi.de uer.sig.in.vi. Secus si papa diceret
quòd incurreret indignationẽ suã,uel priuaretur gratia,
quia potest intelligi de gratia sua,quatenus est homo,nõ
quantum est in sede Petri,arg.c.si gratiose,de rescrip.in
sexto.Et ita saluatur quod not. Bald.in dicta rubrica hu
ius libri. Est uerum, quòd ista limitatio non bene proba=
tur hic,nec in.d.c.ueniens.quia non sequitur: excommuni

catus

catus non est in gratia sedis apostolicæ, ergo qui non est in gratia sedis, est excommunicatus, quicquid dixerit Feli. in dicto cap. ueniens. ubi subdit, quòd si papa dicat: agatis gratias talibus hominibus pro benemeritis suis erga nos: quòd intelligitur mandare, quòd sint exempti ab ordinario. Allegat Ange. in. l. Paulus. §. Paulus. ff. de fideicommiss. liber. Sed non reperio Ange. istud dicentem: nec credo, quòd in se sit uera decisio per supradicta. Nec in isto casu militat ratio dicti. §. Paulus.

QVINTVM NOTABILE.

30 NOTA QVINTO † secundum Abba. hic: quòd subditus tenetur litigare sub delegato sui superioris. sicut in simili hic uidemus, quòd episcopus tenetur recipere consecrationem à Delegato sui Archiepiscopi. Adde in simili quod notatur in cap. quæris, supra de æta. & qualita. ubi clericus etiam inuitus cōpellitur per episcopū ad maiores ordines suscipiēdos, si est ualde utilis ecclesiæ, licet ipse dicat se impediri propter peccatum occultum. Intellige istud notabile, ut procedat in reo uel etiam in actore, qui iam incepit agere. Nam aliâs nemo inuitus agere compellitur. l. uni. C. ut nemo inuitus.

31 Sed † dubius casus est. Pone, ego egi contra te, & contestatus sum litem: nunquid possum te inuito renunciare liti. Et gloss. & Bald. in. l. utique. ff. de rei uendicatio. dicunt quòd non, si rei intersit: aliâs potero: quod nota.

32 Sed † nunquid potero renunciare instantiæ? uideretur quòd sic, per not. in. l. postquā liti. C. de pact. puto quòd non:

non: quia quæsitum est ius reo, cuius interest expectare diffinitiuam fortè ut absoluatur. auten. qui semel. C. quo. & quan. iud.

¶ Secundo † intellige istud notabile: ut nõ procedat, quã- 33
do delegatus ex iusta causa posset recusari: puta, quia suspectus, secundum nota. in. l. apertissimi. C. de iudi. in cap. suspitionis, supra tit. ij. in. c. cum speciali, infra de appel. ueluti, si in causa aliqs uertatur articulus subtilis: nam nõ cõpelletur subditus litigare corã delegato q sit grossus Doctor, ut dicit Bal. in. l. fi. in. xvi. q. C. de hæredi. instit.

¶ Extra glo. dum Abb. hic prosequitur materiam iurisdictionum referendo dicta Barto. in. l. imperium. ff. de iurisdict. omnium iudic. & accommodando ea cum dictis
Cano. Et † primo quærit, quid sit iurisdictio in genere, & 34 Iurisdictio quid.
residet cum gl. in. l. 1. ff. eod. quòd iurisdictio sit potestas de publico introducta cum necessitate ius dicendi, & æquitatis statuendæ. Et cum ista diffinitione communiter transeunt Docto.

¶ Sed tu aduerte, quia Iason in dicta. l. 1. arguit contra istam definitionem: quatenus dicitur cum necessitate ius dicendi, quia datur iurisdictio, in qua non est ista necessitas. Istud probatur quatuor medijs. Primo in iurisdictione uoluntaria, ueluti in iudicibus chartularijs: de quibus in. l. 1. ff. de iudic. Sed tu responde, quòd quicquid ibi dicat glo. nunquam fit in iure mentio de talibus iudicibus, ut supra dixi in rubri. nec tales iudices aliquam habent administrationem.

¶ Præterea iurisdictio uoluntaria ita dicitur respectu partium: sed respectu iudicis est necessaria, ut est tex. in

auten.

auten.de quæstor.§. si uerò aliquis, & in.l.iiij.§.si tam uicinum.ff.de damno infec.secundum intellectum Ange. Imo.Paul.*de cast.&* Alex.

¶ *Secundo adducit, quia etiam princeps non cogitur iudicare, & tamen habet iurisdictionem.l.princeps.ff.de legi. Sed ad hoc respondetur ex doctri.*Barto.*in dicta.l. imperium,in.ij.colum.ubi dicit, quòd habet necesse hoc facere: saltem de honestate.l. digna uox.*C.*de legi.ego*
35 *credo quòd* † *imo de necessitate debeat princeps ius dicere:uel per se,uel per magistratus: aliás posset priuari regno.argumen.cap.alius.xv.quæstio.vi.* Et *istud uidetur esse de iuregentium.cap.*Rex *debet.xxiij.q.v.quo iure non est solutus princeps.*

¶ *Et facit quod not. Andr. de Isernia,in titu.quæ sint regalia,in uerbo,uectigalia,ubi dicit,quòd princeps habet uectigalia,& redditus regni,ut seruet iustitiam, & tueatur subditos etiam ab incursibus latronum: aliter non facit fructus suos.& ibi allegat* Theologos *ita concludentes.*

¶ *Tertio adducit, quia iudex excommunicatus uel suspensus habet iurisdictionem: & tamen non potest cogi ad iudicandum,ca.ad probãdum:infra de re iudi. Sed dic quòd nec etiam partibus uolentibus talis debet iudicare: ex quo partes tenentur eum uitare,ut ibi dicitur,unde talis iudex est priuatus usu iurisdictionis in pœnam.*

¶ Q*uarto adducit, quia quando iudex est extra territorium,habet iurisdictionem habitu,ut est glo.in.l.iij.ff.de*
36 *offi.præsi.& tamen non potest cogi. Sed tu dic,* † *imo si partes consentiant litigare sub eo: possunt eum cogere,*

ut

ut dicit Barto. & est communis opinio in.l.fina.ff.de iu=sti.& iure.& per Docto.in.cap.P.& G.supra de offi. delega. Praeterea ad ista duo fundamenta ultima potest respōderi, quòd imò iudex potest cogi iudicare: sed debet istud congruis locis fieri & temporibus. argum.gl.in.c. quoniam Romani.xxxi.distinc. Sed tempore suspensio=nis uel excommunicationis, nō est congruum tempus: si=cut quando iudex est extra territorium, nō est congruus locus, & sic possunt tolli argumenta Ias. defendendo communem sententiam.

¶ Sed tu aduerte, quia quodlibet istius definitionis mē=brum uidetur dubitabile. Et primo, dum dicitur quòd est potestas de publico introducta, uidetur istud inepte di=ctum: quia cum nos loquamur de potestate, quatenus re=sidet in iudice: certe tunc potestas idem est quòd iurisdi=ctio.l.potestatis.ff.de uerbo.significatio. unde istud est definire idem per idem.

¶ Secundò dum dicitur cum necessitate ius dicendi, istud uidetur falsum, quia multa spectāt ad iudicē uigore iuris=dictionis, quae tamē nō subsunt necessitati.l.nō quicquid. ff.de iudic.nota.in.l.ubi pactum.C.de transactio.Bal.& Alex.in.l.gallus.in princip.de liber.& posthu.

¶ Tertiò dum subditur, & aequitatis statuende. Istud est superfluum: quia satis continebatur sub illis uerbis ius dicendi, ex quo ius continet aequitatem, quia est ars boni & aequi. lege prima, in principio.ff. de iustit. & iure. Praeterea, & fortius sequeretur, quòd senten=tia contra aequitatem lata esset nulla, tanquam lata si=ne iurisdictione: quod est falsum, quia praetor dicitur

ius di

ius dicere, etiam si iniqua decernit. l. penul. ff. de iusti. &
37 iure. Et facit † quia condere statutum est iurisdictionis, ut dicunt omnes in dicta. l. 1. & Barto. in lege omnes populi, in prima quaestio. in princ. ff. de iusti. & iure. Et tamen statutũ iniquum tenet. capitu. cum omnes. ubi Moder. in quinto notab. supra de consti. per Bald. in extrauagan. de pace constan. in. vij. colum. in princi. Praeterea, non est uerum, quòd iudex debeat semper sequi aequitatem: imò rigor scriptus praefertur aequitati non scriptae. l. placuit. C. de iudic. Posset fortè breuius definiri. Iurisdictio, est potestas de publico ad ius dicendum constituta. Cogita tamen.

38 ¶ Sed hic † successiue cõtingit dubitari de duobus. Primum est in dispositione loquente de iurisdictione, nũ quid in dubio debeat intelligi de iurisdictione in genere, & sic etiam de mero & mixto imperio: an uerò de minima iurisdictione tantum. domi. Abb. hic uidetur uoluisse, quòd intelligatur de minima: nisi addita sit dictio omnimoda, per gloss. in clementi. unica, in uerbo, omnimodam. de foro competen. eandem opinio. tenet Bal. in capit. quanto. in penulti. colum. infra de iudic. ubi dicit, quòd si apposita esset dictio omnis: adhuc nõ comprehenditur merum imperium, quia ista suprema (ut est ius gladij) requirunt specialem concessionem. argumen. l. pomponius. in princ. ff. de procurato. Et ita tenet Ias. in. d. l. imperiũ. Et pro hac opinio. facit doctrina Barto. in. l. hoc legatum. ff. de legatis tertio.

¶ In contrarium est communis opinio. de qua hic per Fely. & eam latè defendit Alexan. in. l. 1. in. xxix. colum.

cum

*cum seq.ff.de offi.eius cui &c.secundùm quam etiã con=
suluit,consi.xxxiiij.in.iiij.uolu.Pro qua cõclusione facit
regula,quòd † idẽ operatur genus,quòd numeratio sin= 39
gularũ specierum.l.omnes.C.de præscriptio.xxx. anno.
l.si duo.in fine.ff.de administra.tuto.*

*¶ Sed tu † aduerte,quia omnis difficultas residet in hoc 40
puncto:an merũ imperium debeat specialiter transferri:
an uerò sufficiant uerba generalia,& Baldus dicit,quòd
debet specialiter trãsferri & exprimi.argumen.dictæ.l.
Pomponius.*

*¶ Confirmo istam opinio.duobus argumẽtis. Primo per
text.in.d.l.1.ff.de offi.eius,cui &c.ubi text. loquens de
mero imperio,dicit quòd specialiter lege, uel cõstitutio=
ne,uel Senatusconsul.tribuitur.*

*¶ Secundò probatur: quia merũ imperium uidetur esse
de regalibus.cap.1.quæ sint regalia.in usi.feud. ergo de=
bet specialiter exprimi, † quia in generali concessione, 41
non censentur translata regalia.ut per And.de Iser.Bal.
& cæteros in.d.cap.primo.& facit tex.in capit.primo.
de capi.qui curiam uendi.*

*¶ Puto contrariam opinio.quæ est magis communis esse
ueriorem:& sic,quòd sufficiat generaliter concedi iuris=
dictionem:ut comprehendatur merum imperium per su=
pradicta.Non obst.glos.in dicta clementi.unica,in uerbo
omnimodam,quia illa dictio ibi non uidetur apposita ut
includatur merum imperium, quod etiam sine illa fuisset
inclusum,sed ad declarãdas qualitates ipsius iurisdictio=
nis,ut ostenderetur quòd eodem modo & forma qua so=
lebãt episcopi cognoscere in diœcesi sua:ita etiã cogno=*

ſcent quãdo ſunt expulſi in propinqua ciuitate. & iſtud eſt magis de mente literæ: quicquid dicant Abb. & *etiam* Cardina.*ibi.*

¶ *Nec obſtat regula legis hoc legatum: quia non procedit, niſi in odioſis hominum diſpoſitionibus, & habentibus ſtrictam interpretationem, ut per* Abb. *in capit.* Rodulphus.*ſupra de reſcrip.* Et *declaraui in capit. primo, in ſecundo notabili, ſupra eodem.*

¶ Præterea, *regula ibi poſita per* Bartol. *non bene probatur in illo textu, qui habet aliam rationẽ, ut per* Paulum *de* Caſtro *in.l.ſerui electiõe.§.labeo.ff.de lega.primo. & latius dixi in.l.ſecunda.in principio.ff.de uerborum obligatio.*

¶ *Nec obſtat, quòd merum imperiũ ſpecialiter tribuatur, quia quicquid dicant* Baldus & Iaſon, *puto iſtud ita ſimpliciter dictum non eſſe uerum.* Non *obſtat dicta lex prima, quia ibi merum imperium tribuitur ſpecialiter, ideſt in ſignum maioritatis cauſarum: & ſpecialiter reſpectu perſonarum: quia tribuitur certis* Magiſtratibus, *non autem negatur, quin uerbis generalibus poſſit transferri.*

¶ Non *obſtat quòd ſit de regalibus, quia textus in dicto capitulo primo, non loquitur de omni mero imperio: ſed ſolùm de pœnis & multis.* Et *de iſto fundamento infrà dicam.*

¶ Stat *ergo firma concluſio communis: quòd conceſſa iuriſdictione, uenit merum imperium: quam etiam tenet practicus papienſis in forma libelli ſuper actio.confeſſo. in uerbo plenam & omnimodam.*

Fallit

¶ Fallit † primo ista conclusio, ut non censeantur con= 42
cessa ea quæ sunt maximi gradus meri imperij: ut est con
dere legem secundum Angel. in dicta. l. imperium. & se=
quitur Iason, ibi.

¶ Fallit secundo † in regalibus, quia tali casu, merum 43
imperium consistens in regalibus non comprehendetur: Regalia.
sed censebitur reseruatum, argumento capi. quod trans=
lationem, supra titu. primo. Et per Docto. in dicto capi.
primo, quæ sint regalia. Et istud putarem uerũ, etiam si
esset additum uerbũ generale: puta omnis iurisdictio. &
in tali casu potest saluari Decisio Baldi, in dicto. c. quan
to. & facit quod notat Alberi. de rosa. in dicta. l. 1. in fi=
ne. ubi dicit, quòd rex † donans castrum cum omni iure 44
suo, non censetur cõcessisse ius regium: quia de tali ueri=
similiter uidetur actum.

¶ Ista limitatio recipit plures declarationes. Prima † est, 45
quando in concessione essent uerba ualde prægnantia: pu
ta quia diceretur, cõcedo tibi omnem iurisdictionem cum
quibuscunq; emolumẽtis, redditibus, & prouentibus &c.
Nam tunc includerẽtur etiam regalia de quibus in. d. c. 1.
ut consuluit Paul. de cast. consil. lxiij. incipiente, quòd di=
cti redditus, in primo uolu. & idem esset in concessione,
ubi sit facta mentio aliquorum regalium, deinde sit sub=
dita clausula generalis, & quæcunq; alia &c. secundum
Pau. in dicto cõsi. & Andream de Isernia, in dicta rubri.
quæ sint regalia, in. ij. colum.

¶ Secundo declara, ut † non procedat quando esset fa= 46
cta reseruatio aliquorum regalium, nam censerentur in
generali concessione alia inclusa, secundum Ludouicum

 Romanum,

Romanum, consilio.cclxxi.uis tota, & Decium consil. cxcvij.

47 ¶ Tertio† declara, ut in tali concessione non ueniant regalia quo ad nouam impositionẽ, sicut sunt uectigalia de nouo imponenda. l. prima. C. noua uectiga. impo. Secus de antiquis uectigalibus iandiu impositis: quia talia non censentur de regalibus: imò locãtur, & uendũtur, & transferuntur per habentes imperium merum, sicut reliqua priuata. Ita singulariter dicit Comen. consi. clxij. uisa copia. in fine. Ita declarans tex. in dicto ca. primo, quæ sint regalia. & sic, dum text. ponit inter regalia, multas, & pœnas, cõfiscationesq;: potest admitti, quòd sint regalia, sed non tamen reseruata: nisi quãdo imponerentur propter nouas constitutiones fiendas ab eo, cui conceditur iurisdictio, nam istud sibi non liceret. & nisi ille text. ita intelligatur, non uideo quomodo poßit procedere de iure. Nam ut dicit Pet. Iaco. in tractatu libel. in titulo de iurisdictio. in fine, in illo titulo, quæ sint regalia. continentur multa de quibus est truffatorium dicere quòd sint alicui reseruata principi, unde ipse tenet, quòd sit ius loca-

48 ti. Et propterea† cõcludit, quòd si aliquis sit interfectus in uia publica: cognitio de tali crimine ad eũ pertinebit, qui in eius castro merum habet imperium à principe sibi concessum: non autem censebitur ista cognitio reseruata principi, tanquam sit de regalibus. Et secundum istam

49 decisionem, etiam ego quandoque consului,† & Doctores in. l. continuus. §. cum quis. ff. de uerborum obligationibus. præsupponunt uiam publicam non esse de reseruatis, sed esse in dominio ciuitatis, & posse mutari & alienari:

alienari: quicquid dicatur in dicto cap. 1. & ita etiam uidi seruari.

¶ Fallit † tertio in mandato quod fit iudici, quia si simpliciter mandetur iurisdictio: censebitur solum actum de iurisdictione minima. Et ita tenet Felin. hic. 50

¶ Pro quo facit. l. cognitio, per argumentum à speciali. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. & uidetur probari: quia talia mandata strictè interpretantur: unde in dubio uidetur actum de specie, per regulam dictæ legis hoc legatum. Sed tamen Alexander in hoc tenet contrarium in dicta lege prima. cuius opinio præualeret in practica.

¶ Secunda † principalis dubitatio, an appellatione iurisdictionis in dubio, intelligẽda sit ordinaria tantum an etiam delegata, domi. Alexan. in rubri. ff. de iurisdictione omnium iudicum. concludit, quòd uenit utraque: ponderando glos. ibi. 51

¶ Contrarium uidetur uoluisse Antonius de Butrio, in capitulo sua nobis, supra de officio uicarij. quem sequitur Iason in dicta Rubri.

¶ Mouetur: quia in dubio uerba debent intelligi in potentiori significatu. l. 5. qui in perpetuum. ff. si ager uectigal. Iurisdictio autem ordinaria est firmior: ut uidimus supra in rubri.

¶ Tu non recedas ab opinio. Alexã. distinguendo ut per eum. Non obstat fundamentum Iaso. quia † quando uocabulũ habet plura significata: & de necessitate, una est tantùm accipienda: tunc capitur significatio potentior, ueluti, cùm lex loquitur de domino alicuius rei, & intel- 52

ligit tantum de uno: tunc semper intelligimus de directo: quia directum & utile dominium simul non concurrunt in eadem persona, ut notatur in.l.si quis ui.§. differētia. ff.de acquiren.possessio. unde tunc accipitur significatio potentior, ut intelligatur de directo: nisi aliqua coniectura sit in contrarium, puta, quia agatur de sustinendo libello, iuxta notata in.l.corruptionē.ff.de usufruc. Et per Modernos in.§.nihil commune.in.l.naturaliter.ff.de acquiren. possessio. Sed ubi potest utraq; significatio accipi, tunc est secus: quia uerba generalia, generaliter accipiuntur.l.prima.§.1.ff.de aleatori. probatur ex nota.per Barto.& Ang.in rubri.ff.solu.matrimo.in uerbo petatur, & aliâs dixi in.§.Cato.

Merum imperium.

¶Succesiue domi. Abbas ponit definitionem meri imperij traditam per Petrum & Bartolum in dicta.l.imperium.ut sit iurisdictio quæ officio iudicis nobili expeditur ad publicam utilitatem: cum qua definitiue transeunt ibi docto.post Barto.

¶Nec obstat fundamentum Iaso.ibi, dum dicit, quòd talis definitio non comprehēderet casum quo iudex absolueret aliquem criminaliter accusatum. Ex quo talis sententia principaliter respicit utilitatem priuatam, scilicet eius qui fuit absolutus, ut per Barto.in.l.prima.in sexta columna.ff.soluto matrimonio. uersiculo tertio est quædam utilitas. Nam ad hoc ibi respondet Picus, quòd imò Iudex quando procedit contra aliquem principaliter: procedit propter publicam utilitatem, ut eos condemnet si reperiat delinquentes: & licet quādoq; absoluat: istud non attenditur. argumen.l. si quis nec causam.ff.si cert.

peta

petatur.

¶ Subdit tamen ibi Picus, quòd Bart. in ista materia uoluit plus scire, quàm ipsi Iurisconsulti: & propterea, ipse aliter tenet, ut infra dicam.

¶ Pro habenda † clarius materia: uidendum est, nũquid sit uerum quòd merum imperium expediatur iudicis officio nobili: & uidetur quòd sic, ut probatur in. l. placet. uersicu. quod nõ ita, secundùm communem intellectum. C. de pedaneis iudicibus. Ex quo sequitur, quòd accusatio non sit ius distinctum ab officio iudicis, unde iudex procedens in causa accusationis, dicetur procedere ex officio nobili: non autem ex officio mercenario deseruiẽte accusationi. Et ita tenẽt ibi Bartolus, Alexander, Ioannes Baptista de sancto Seuerino, in octaua quæstione, & alij. & est de mente Abb. hic: & ita etiam tenuit Bartolus in extrauaganti. qui sint rebelles. in uerbo meretur, & in. l. cum lex. in ultima colum. ubi infert ad quæstio. ff. de fideiussoribus. Et istam partem late defendit Aretinus in rubrica, infra de accusationibus. & pro ea facit † ratio, quia aliquis delinquens, non dicitur obligatus fisco, nisi demum lata sententia, quo casu, fiscus acquirit etiam hypothecam, ut concludit Barto. in. l. aufertur. §. fiscus. ff. de iure fisci. per Alexan. & Modernos, in. l. rescriptũ. ff. de pactis.

53

54

¶ Sed tu aduerte: quia contraria opinio uidetur uerior, quia imò delinquens dicitur seipsum obligare, & tenetur ex præsumpto consensu, ut probatur in epistola inter claras. §. liquet. glos. ibi in uerbo si ipsum. allegat. C. de summa trini. & fide catho.

Ad idem est text.in.l.fina.in uerbo maluerit: ubi Angel. C.de collatio.bono.patrimo.lib.xi.glos.in.l.seruus.ff.de his qui notan.infa.Iac.de Beluisio.in.§.quia uerò leonis. ij.in autenti.de non alienan.per Bart. & Docto.in.l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iure. Sed officium iudicis nō competit aduersus obligatum naturaliter, præsertim ex cōsensu. Imò non præsupponit obligationem.l.cùm quærebatur.ff.de dam.infec.& quamuis Aret.in hac rubri.dicat, quòd imò obligatio qua tenetur delinquēs oriatur ex æquitate, secundùm Barto.in.l.non solum.§.iniuriarum. ff.de iniur.quo casu, satis posset dici quòd cōpeteret officium iudicis, iuxta nota.in.l.qui seruū.§.fin.ff.de uerbo.obli. Tamen dico, quòd iure talis delinquens tenetur etiā ex præsumpto consensu, per supradicta. & sic tollitur responsio Aret.& istud fundamentum tanto magis procederet in criminibus, in quibus bona applicantur ipso iure fisco, iuxta cap.cùm secundùm, infra de hæreti. in.vi.per Barto.in auten.incestas.C.de incest.nupt.nam in illis non potest negari, quim delinquens statim obligetur: ex quo perdit bona, unde in tali casu, non est dicendum quòd detur officium iudicis.

¶ Secundò pro ista parte adducitur quod not.Bart.in.l. si maritus.§.sin autem extraneus.ff.ad.l.Iuliam. de adul. Areti.post alios in rubri.infra de iudic.ubi dicunt, quòd accusatio est remedium ordinarium: ergo non est officiū iudicis: quia tale est extraordinarium.l.cum filius.ff.si certum peta.l.in causæ.ff.de minori.

¶ Tertiò adduco text.in.l.prima.ff.de iurisdict. omniū iudicum.ubi tex.uolens demonstrare amplitudinem officij iu

cij iudicis: exemplificauit solum in causis mixti imperij, certè si causæ criminales expedientur tali officio, iurisconsultus fuisset diminutus, qui tacuisset exemplum nobilius.

¶ Nec dicatur, quod hoc concesso sequeretur, quòd nec inquisitio tractaretur officio nobili, quia respōdeo, quòd de inquisitione non debuit haberi aliqua consideratio: ex quo regulariter non permittitur, argumen. l. iiij. ff. de fideicommis. liberta.

¶ Quartò considero, quòd † officium iudicis est quid extraordinarium: & non datur, nisi ubi non est aliquod nomen speciale petitionis, capit. ij. infra de offi. iudi. per Barto. in dicta. l. prima. unde datur, quando imploratur restitutio in integrum, uel interpositio decreti, uel datio tutoris: & est ratio, quia ista non habent nomen speciale petitionis: quæ ratio cessat in casu nostro, ex quo accusatio est nomen speciale: facit in simili quod not. Barto. de contractibus innominatis in. l. iurisgentium. in principio. ff. de pactis. in. l. ij. ff. de iureiuran. & facit, quia ualet argumentum de contractibus ad iudicia. l. omnem. ff. de iudicijs. 55

¶ Quintò adduco. † officium iudicis nobile etiam lata diffinitiua non expirat. l. illicitas. §. fina. ff. de offic. præsi. Sed in accusatione (lata sententia) iudicis officium expirat. l. diui. ff. de pœnis. ergo non est nobile: & per istam rationem ita tenet Barto. in. l. si iudex posteaquàm. ff. de re iudica. & licet Alexand. in dicta. l. imperium, conetur saluare Bart. ab ista contrarietate: tamen Bartolus nimis clarè loquitur. Et solutio Alexan. ad dictum. §. fina. dum 56

dicit, quòd procedit tantummodò in multa, in qua iudex latas habet habenas.l.si qua pœna, & l.aliud.§. inter.ff. de uerbo.significa.

¶ *Confunditur ex nota.per eundem* Alexã.*in.d.l.iudex. ubi concludit hoc esse non solum in multa, sed etiam in restitutione in integrum.argumen.l.in causæ.ij.de minori.§.finali.*

¶ *Sextò adduco, quòd ius inducendi multã est meri imperij secundùm* Barto.*in.d.l.imperium.&* Abb.*hic. & tamen inducitur per uiam actionis in factum.l.1.§.finali.* Et ibi Bartol.*in ulti.col.in uersic.ad secundùm.ff. si quis ius dicen.nõ obtempe.*Et *talis actio eadem est cum accu-*
57 *satione secundùm* Bart.*ibi.*Et † *istam partem, quòd merum imperium expeditur officio mercenario deseruiente accusatiõi, principaliter tenuit* Bar.*in.d.l.si iudex posteaquam.& ibi sequitur* Alexã. Idem *etiam uoluit* Bar.*in d.l.1.in princi.in.iij.q.ubi* Moder. Taurinen.*ponderant. ff.si quis ius dicen.nõ obtempe. & idem sentit in extrauagan.ad reprimendũ, in uerbo accusationem.*Pet.Bald. Iason, Picus *in.d.l.imperiũ.*Bal.*in.d.l.placet.*C.*de peda. iudi.*Imo.*&* Ange.*in.l.v.in princip.ff.de uerbo.obliga.* Ange.*de* Are.*in tracta.maleficiorum, in uerbo mero, & in uerbo, necnon ad querelam: & in uerbo, necnõ ad denunciationem.*

¶ Nec *obst.tex.in.d.l.placet.quia intellectus communis ad illum tex.non uidetur uerus.*Et *cõtra eum primo facit, quia est impoßibile quòd principium legis referatur ad causas mediæ iurisdictionis, quæ sunt, ecc. aureorum, iuxta text.in.§.audient.in auten.de iudicijs.quia ista di-*

stinctio

ſtinctio fuit facta à Iuſtiniano, qui fuit longè poſterior Imperatoribus, qui fecerunt.d.l. placet. unde non poteſt referri dicta lex ad ius nouiſsimũ: quia ſequeretur, quòd tempore quo fuit facta non habuiſſet aliquem idoneum intellectum. Quo caſu non procedit lex ſed & poſteriores.ff.de legibus.

¶ Secundo facit, quia falſum eſt, quòd cauſæ.ccc.aureorum poſsint cognoſci per Præſides: niſi in cauſa appellatiõis.§.& iudicare, in auten.de defenſo.ciuita. de quibus cauſis appellationis non poteſt intelligi dicta lex placet: quia illæ non poſſunt delegari reſeruata ſententia.auten. ad hæc.C.de iudic.per glo.& Sali.in.l.1.C.de peda.iudi. Et tamen dicta lex placet, loquitur etiam quando fit delegatio reſeruata ſententia ſecundum cõmunem intellectũ.

¶ Tertio cõtra eundem intellectum ponderantur uerba tex.dum dicit, quòd præſides delegabant illas cauſas, eo quòd ipſi nõ poſſent cognoſcere. Nam ſi intelligamus de cauſis mediæ iuriſdictionis: illæ delegarentur non ſolùm quia præſides non poſſent: ſed etiam quia non uellent cognoſcere: & aliud eſt nolle, & aliud non poſſe.cap. cum ſuper, infra de offic.delega. gloſ.in cap. literas, in uerbo diſpenſare.infra de reſtitu.ſpoliato.

¶ Quarto ponderantur illa uerba ex officio ſuo: quia non uidetur, quòd ſimpliciter debeãt referri ad officium iudicis nobile, quod probatur ex ultimo uerſi. ibi dum tamen de ingenuitate &c. quæ clauſula, eſt exceptiua: ut declarat Alexander, in autentica ex teſtamento, in principio.C. de collationibus. unde exceptio debet eſſe de terminis regulæ, lege nam quod liquide.§.finali.ff.de

pen.

pen.lega. Sed exceptio loquitur de causis, quæ expediuntur officio iudicis mercenario: ergo etiam uersicu. præcedens potius deberet de tali intelligi. Facit, quia iura faciẽtia mentionem etiam de mero officio iudicis: tamen intelliguntur de mercenario. l. v. in princip. de uerbo. obliga. Ad istud argumentum, tamen ex infra dicendis patebit responsio.

¶ *Quinto dico istum intellectum non esse tenendum: quia corrigit ius antiquum, argumen. l. sancimus. C. de testamentis. De iure enim antiquo causæ pecuniariæ etiam mille solidorum, sunt delegabiles. dicta lege imperium. in fine.*

58 ¶ *Facit, quia † ad hoc, ut inducatur correctio legum: debet specificari, secundum gl. in cap. cupientes. §. quòd si per uiginti. in uerbo petere, de electio. in. vi. Sed ibi hoc non inducitur expresse: imo ille text. est ualde ambiguus. facit quod not. Bar. in. l. in ambiguo, de reb. dub.*

Intellectus. l. placet.

¶ *Vnde tu cogita, si ille tex. aliter potest intelligi, ut prima pars loquatur in mero imperio: secunda in mixto: tertia in causis iurisdictionis: & in prima statuitur: quia cum iure ueteri propter absentiam seu licitum impedimentum delegarentur causæ meri imperij: iuxta legem primam. ff. de officio eius cui &c. & ibi Docto. solebant præsides illas delegare, dicẽtes se non posse cognoscere, seu se esse occupatos, uetat istud Imperator, nisi tale impedimentũ sit ex causa publica, uel propter negociorum multitudinem. Subsequitur deinde in secũda parte: quòd istud non uult procedere in causis in quibus præsides nõ solebant delegare: quia ille neq; in dictis duobus casibus debent*

debent delegari, & hoc intelligo de illis causis mixti imperij, quæ non sunt delegabiles: & illa uerba ex officio suo: simpliciter intelliguntur, id est per seipsos, siue ex propria solicitudine.l.ij.C. de seruis fugiti.l. prima.C. qui pet.tuto.

¶ Et si dicas, sicut præsides delegabant causas meri imperij sub prætextu quòd essent impediti: & propterea cognoscere non possent, cur non idem faciebant in causis mixti imperij: respondeo, quòd ratio differentiæ est in promptu, nam in causis meri imperij non debet reus detineri diu in carceribus, nec expectare quòd cesset impedimentum iudicis.l.1.C.de custo.reo. quæ ratio cessat in causis mixti imperij, in quibus mora non est ita præiudicialis: & ita teneo. Nec est uerũ, quòd tex. ibi uelit quòd poßit fieri delegatio, reseruata sententia, nec uerba legis hoc important. Cogita tamen.

¶ Et sic uidetur quòd ista definitio Bar. & Abba. quam acceperunt à Petro de bellaperti. non sit uera: & merito Picus ab ea receßit: & dicit, quòd uera definitio ponitur in dicta.l.imperium.per Iuriscõsultum, ut dicamus, quòd merum imperium est potestas gladij animaduertendi in facinorosos homines. Et ita etiam tenuerunt Ange.Paul. de Cast.in fine: & Picus ibi: & etiam est de mente glos. in.l.prima.in uerbo bonorum, eodem titulo. Idem tenent Oldr. Odofre. Iaco.de Are. Gulielmus de Cuneo, Iacobus Butriga. Baldus, Albericus de Rosa. ibi, & Oldr.consi. decimo, uenditum est castrum: Pet.de Anchara. Hostien. & antiqui hic: Butrig. & Ioã. de Ana. in cap. in archiepiscopatu, de raptori. Ioan. Andre. in additio. Specula. in titu.

titu.de iur isdictio.omnium iudic. col.iij.in glos. in uerbo explicantur, Petrus Iacobus in libello, de iurisdictio. in tertia colum.

¶ Et licet aliqui ex supradictis alias ponãt definitiones: tamen reimcidunt in idem cum definitione Iurisconsulti: & præsupponunt, quòd merum imperium consistat in crudeliori rerum animaduersione, propter publicam utilitatem, iuxta.l.ita uulneratus.ff.ad legem aquil. Nec ipsi considerant istud nobile iudicis officium, prout faciunt Barto.& Moder. Et cum ista opinio.ego resideo, intelligendo de gladio non materiali, sed ciuili, prout in cap.dilecto, de senten.excommu.in.vi.

¶ Et tenendo istam partem, quæ propter autoritates antiquorum uidetur communior: non obstant rationes Barto.& Docto. Et primo non obstat quòd condere legem, sit meri imperij.argumẽ.l.nulli, ubi Baldus.C.de senten. Et tamen non comprehenditur sub hac definitione: quia respondeo, quòd imò condere legem, est cuiusdam facultatis, nec est alicuius iurisdictiõis. Istud probatur, quia à quo remouetur genus, ab eo remouetur quælibet eius species.l.omnis.C.de præscriptio.xxx.anno. Sed condere legem non est iurisdictionis in genere. Istud probatur, quia in hoc non est necessitas ius dicendi, secundum distinctio. supra positam. Non enim compellitur aliquis leges condere. Item aliud est ius dicere, aliud condere.

59 ¶ Confirmatur secundo, † quia condere statuta, pertinet etiam ad non habentes aliquã iurisdictionem, unde etiam populi subditi alterius Imperio, possunt statuere, ut est magis cõmunis opinio per generalitatem.l. omnes populi.ubi

li.ubi Iason.ff.de iusti.& iure.& per Docto.in capitu. quod clericis,infra de foro cõpe.Et sic,sicut condere statuta est cuiusdã facultatis:ita etiã debemus dicere de alijs legibus,quia ualet argumentum de uno ad aliud,& statutum † in loco ubi uiget,dicitur ius cõmune.cap.cũ uenissent,infra de eo qui mitti.in possess.§.uolumus.in extrauagan.de pace constan.Et ibi Bal.in uerbo criminalibus.& Iason in.d.l.omnes populi.facit quod notat Rom. consil.ccxviij.& Soci.in consil.lxxxi.in.1.uolumi. 60

¶ Ad idem moueor:quia merum imperium semper respicit publicam utilitatem:sed lex quandoq; respicit priuatam.l.1.§.huius studij.ff.de iusti.& iure.

¶ Præterea etiã dato,quòd cõdere legẽ sit meri imperij: adhuc Iurisconsulti definitio est uera: quia Iuriscõsultus definit merũ imperium,quatenus residet in Magistratibus:quod ostenditur argu.rub.sub qua est situata dicta lex imperiũ.l.imperatores.ff.de in diem addict. Nõ autẽ definitur imperiũ quod est principi reseruatũ,prout est condere legem.l.fin.C.de legi.de quo in.l.formam. C.de offic.præfect.præto. & in.l.non ambigitur.ff.de legib. Sed,(ut dixi)prima respõsio est uerior:quia nullibi probatur,quòd condere legem sit meri imperij.

¶ Secundò nõ obstat si diceretur, quòd data ista definitione pro uera:sequeretur,quòd quilibet haberet merũ imperium: ex quo datur casus, in quo quilibet habet ius animaduertẽdi gladio in facinorosũ:putà si sit desertor, trãsfuga,uel nocturnus depopulator.l.1.C.ut lic.unicuiq;. Sed rñde,qđ terminus potestas positus in definitione,capitur ratione iurisdictionis.l.potestatis.ff. de uerb.signi.

Sed

Sed in dicto casu, non animaduertitur uigore iurisditionis.

¶ *Tertiò non obstat argumentum Iaso.in dicta.l.imperiū. dum dicit, quòd ista definitio non habet genus proprium & differentias: ergo non est bona, ut per Barto.in l.prima.ff.de testamen.*

¶ *Sed potes respōdere, quòd imò potestas est genus: cætera uerò important differentias, ex quibus resultat proprium.*

¶ *Præterea, satis est quòd cōuertatur cū definito.l.1.§. primo.ff.de dolo. & per Moder.in rubri. infra de probatio.in.iiij.col. & licet Iurisconsultus non posuerit formaliter uerba secundùm naturam diffinitionum: tamen definitio satis colligitur ex eius uerbis: & in hoc imitatus est potius rhetoricos quàm dialecticos: prout etiam solet facere in ratione argumentandi, de quo in.l.1.ff.si certum peta. Cætera argumēta sunt leuia: unde satis fuit respondere in uoce.*

61 ¶ *Circa definitionem † mixti imperij, communiter tenetur opinio Barto. & Abba. quòd sit iurisdictio quæ expeditur officio iudicis nobili ad priuatam utilitatem: & Barto. dicit expediri officio nobili ad differentiam iurisdictionis, quæ expeditur officio mercenario deseruiente actioni. & sic Barto. & Docto. constituunt manifestam differentiam inter officium iudicis nobile, & actionem: & ita transeunt omnes.*

Mixtū imperium.

¶ *Tu aduerte, quia istud non est ita expeditum: imò appellatione actionum (generaliter accipiendo) uenit officium nobile: & hoc probatur aliquibus medijs.*

Primo,

¶ Primò, quia tali officio competit definitio actiõis posita institu. de actioni. Nam officium iudicis est persequutio.l.pecuniæ.§.persequutionis.ff. de uerbo.signifi. Et sic, ius persequendi in iudicio quod sibi debetur.

¶ Nec obstat, quòd officium iudicis nullã præsupponat obligationem.l.qui per collusionem.ff. de actio. empt.l. iiij.C.deposi. Et sic non uidetur uerificari illud uerbum debetur, quia respondeo quòd illa iura procedũt in casu suo, uidelicet in officio mercenario, quod expirauit lata sententia. Sed nos loquimur in nobili, quod quidem officium nobile præsupponit actionem ex æquitate orientem: quæ etiam (proprie loquendo) est obligatio, ut per Bar. & docto.in.l.Iulianus uerum debito.ff.de condi.inde. Licet in tali obligatione quis non cõstituatur in mora ante interpellationem iudicialem.l. cũ postulassem.ff.de dam.infec. Et nisi diceremus subesse uerã obligationem: male faceret iudex, qui cõpelleret aliquem per officium suum si non esset obligatus contra.l.quod si ephesi.ff.de eo quod cer.loco. Et probatur hoc, quia in exequutione iudiciali nedum competit actio in factũ iudicati: sed etiã officium iudicis nobile.l.item ueniunt.§.idem rectè.ff.de peti.hæredi. Bart. & Doct.in.l.intra.ff.de re iudi. ergo præsupponit etiã proprie loquendo obligationem, quia aliâs non posset concurrere cum actione. Et idem dicitur in exequutione multæ, pro qua competit actio, & etiam iudicis officium.l.1.§.fi.ff.si quis ius dicen.non obtempe.

¶ Secundo probatur in.l.in causæ.ij.in princi.ff. de mino.iuncto eo, quòd † dictio, aliâs, est implicatiua similiũ. 62
l.si fugitiui.C.de ser.fugi. Et dicere quòd ibi non implicat, est

cat, est cauillare text.

¶ Tertiò probatur ex.l.1.iuncta.l.liberti.C. de liber.& corum liber.nã in lege prima, dicitur, quòd datur remedium extraordinarium: & sic officium iudicis.l.cùm filius.ff.si certum petatur. Sed in.l.liberti.dicitur, quòd datur actio. Et sic ibi expresse apparet appellatione actionis comprehendi officium iudicis.

63 ¶ Quartò facit † quia idem est officiũ iudicis, quòd persequutio: secundùm Barto.in.d.l.1. Et probatur in.l. pecuniæ.§.persequutionis.ff.de uerborùm significatio. Et persequutio & actio extraordinaria, seu actio in factum idem est.l.fina ff.de uar.& extraordina.cogni.§.præiudiciales, institu.de actio.

¶ Et hoc tenendo, non obstant allega. in contrarium. Et primo tex.in.l.quòd si minor.§.fin.ff.de mino. Dum dicit, ex hoc edicto nulla ꝓpria actio proficiscitur: sed totum pendet ex prætoris cognitione, quia uult dicere tex. quòd ex illo edicto, non oritur aliqua actio natiua, sed si prætor cognouerit subesse æquitatem, cõcedet datiuam, seu extraordinariam actionem.

64 ¶ Et iste intellectus probatur ponderãdo dictionẽ † ex: quæ significat causam proximam, ut per Barto. & Docto.in.l.non dubium.C.de legi.& ponderando dictionẽ, proficiscitur: quæ refertur ad actiões natiuas. De quibus per Barto.in.§.& ideo.in.l.iurisgentium.ff.de pactis.

¶ Præterea, illa dictio propria, significat specialem: quia proprium, est quod uni soli cõuenit, secundùm Dialecti. unde nõ tollitur actio extraordinaria, quæ est generalis.

¶ Non obstat lex hæreditas, in fin.ff. de petitio.hæredi. ibi,

ibi, quamuis stricto iure nulla teneantur actione hæredes &c. quia rñdeo, quòd ille tex. à contrario sensu probat quòd hæredes iure nõ stricto, & sic ex equitate tenẽtur aliqua actione, & sic officio iudicis. Et secũdum illũ tex. intelligitur. l. Quintus. §. põponius. ff. de annuis leg.

¶ Non obstat tex. in. l. actiõis, in primo uersi. ff. de actio. & obligatio. ubi uidetur probari, quòd officium iudicis instar actionum obtinet: ergo non est actio: ut ibi in glos. Nam respondeo quòd ille text. inducit similitudinem officij iudicis cum actione particulari in rem: uel actione in personam. Sed non sequitur, quin omnes comprehendantur capiẽdo actionem in genere: sicut, hominum alter est alteri similis, & tamen omnes propriè ueniunt appellatione hominum. Et istud probatur ibi etiam ponderando uerbum † continentur, quod solet ut plurimum intelligi 65 de proprietate sermonis: ut per Barto. in. l. cui eorum. §. affinitatis. ff. de postula.

¶ Non obstat tex. in cap. ij. infra de offic. iudi. ibi officiũ iudicis ubicunque pro actione proponitur, ergo non est actio. Nam respondeo, quòd ibi ponuntur illa uerba ad differentiam officij iudicis: quod succedit loco exceptionis. De quo in. l. planè. ff. de peti. hæredi. non quòd in suo casu iudicis officium non comprehẽderetur sub actione. Et sic illa præpositio, pro: non stat similitudinarie: sed ad denotandam differentiam: sicut si mercator uini dicat istud uinum habere pro merce, illud uero pro usu meo. lege seruos autem. §. fina. ff. de legatis tertio. facit lex secunda. §. separata. ff. pro empto. Et sic remanet defensata ista opinio aduersus Bar. Abb. & Doct. De qua latius

dixi paradoxorum libro secundo. Et ex hoc capite definitio Bar. uidetur dubia.

¶ Sed tu fortius considera, quòd adhuc admissa communi opinione: resultat non modica difficultas contra istam definitionem. Et primo obstat, quia ad petitionẽ fideicommißi nedum competit actio secundum textum in.l. prima.C.cõmmu.de lega.sed etiam officium iudicis.dicto §.persequutionem, & lege cum proponas, prima.C.de pact.per Ang.in.§.penul.in autenti.de hæredi. & falci. Sequeretur ergo, quòd causa fideicommißi, si intentaretur officium iudicis, esset mixti Imperij: si uerò intentaretur actio, esset iurisdictionis: & sic delegatio posset fieri: uel non posset, habito respectu ad modum agendi, non autem ad præiudicium & maioritatem causarum: quòd est contra Docto.in.l.prima, in princip.ff.de officio eius, cui &c.

¶ Secundo obstat, quia facere exequutionem sententiæ, est mixti Imperij.l. iubere cauere.ff. de iurisdictione omnium iudicum, ubi Barto. & omnes. Et tamen ista exequutio etiã fit per uiam actionis in factum.l.cum antea. circa principium.C.de arbit.per Bart.& Docto.in.d.l. intra.ff.de re iudicata.

¶ Tertio obstat, quia mißio in possessionẽ ex primo decreto in actione reali, uidetur fieri officio Iudicis mercenario, ut contumax ueniat compariturus & responsurus actioni intentatæ: Et tamen est mixti Imperij.d.l.iubere. Nec responsio Bart.ibi est bona, dum dicit, quòd imò talis mißio fit ex edicto prætoris, de quo in.l.fulcinius.§. primo.ff.de bo.auto.iudi. Et cõsequenter, non fit uirtute

actionis

actionis intentatæ, sed uirtute nouæ cõceßionis factæ per prætorem, quia respõdeo, quod tex. in. d. §. primo. solum loquitur in actionibus personalibus. Vnde pro resolutione istorum argumentorum, uide quæ inferius dicam, ubi tradam nouam doctrinam in ista materia.

¶ Circa † definitionem iurisdictionis, Docto. communiter transeunt cum Barto. & Abb. hic. quòd eius caussæ expediantur officio mercenario deseruiẽte actioni ad priuatam utilitatem. Sed tu aduerte, quia in contrarium fortiter stringit tex. in. d. l. Imperium, uersiculo fina. ubi Iudicis dandi licentia est iurisdictionis: & tamen non expeditur iudicis officio mercenario, sed nobili. l. 1. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Et probatur: tum quia ad hoc nõ est aliqua prodita actio, tum quia iudex ex seipso etiam inuitis partibus potest delegare. capitu. pastoralis, ubi notatur infra eodem, unde etiam ante motam litẽ potest Iudex constituere delegatum. l. obseruandum. ubi gl. ff. de iudic. 66 Iurisdictio in specie qd.

¶ Nec est uerum, quod Ias. Picus, & alij Moder. dicũt, quòd imò delegatio sit officio mercenario deseruiente actioni intentandæ. argumen. notatorum per Bar. in. d. l. prima. ubi officium iudicis etiam ante litem contesta. deseruit interrogationibus faciendis, & dilationibus dandis. Quia respondeo, quòd ista propriè ueniũt ex natura actionis parte petente: quod non est in delegationibus. Aliâs etiam restitutio in integrum aduersus remißionem actionis, deberet dici esse iurisdictionis, & expediri officio mercenario: quod est falsum.

¶ Pro responsione istius argumenti, uideretur esse tenen

dus intellectus communis: quem ad illum tex.tenent Pet. Cy.Bar. Alex. & Moder. & declaratur per Ioã.Bap.de sancto Seuerino,ibi,in.xxvij.q.qui dicũt, quòd tex.non uult dicere, quòd delegare caussas,sit iurisdictionis: sed quòd de natura caussarũ iurisdictionis est,ut possint delegari. Sed iste intellectus non uidetur tenendus: quia nõ conuenit literæ: & est facere tex.de nouo.

¶ *Præterea secundum hunc intellectum: dictio,etiã: aut nihil implicaret,quòd est contra naturam suam.l.etiã.ff. soluto matrimonio. Aut implicaret quòd mixtum Imperium possit delegari: quòd est contra ipsorũ doctrinam.*

¶ *Item ibi probaretur, quòd caussæ iurisdictionis essent delegabiles: quod est contra dictam legẽ placet, uersi.fi. Et certè secundum hunc intellectum, Iurisconsultus ineptè expressisset intentionem suam: undè ego aliâs disputando dixi quòd in.d.l. Imperium, solum iurisconsultus loquitur de mero & mixto Imperio. Quod ostẽditur ex diuisiõe facta in principio legis: & dum tex.dicit mixtũ est,cui etiam iurisdictio inest,quòd in danda bonorũ possessione consistit. subsequitur idem esse de licentia dandi Iudicis: quia sicut in bonorũ possessione iurisdictio inest, ita etiam inest in licentia dandi iudicis: unde utrunque est mixti Imperij. Et sic in illo tex.licentia, est casus ablatiui, & subauditur præpositio,in,prout fit in autenti. de defensor.ciuita.in prin.ubi glo.in uerbo multis, & in.l.1. in uerbo quiete.C.de primicc.lib.xij. & in carmine uirgiliano,lac mihi,non æstate,pro non in æstate. Et declarat Seruius in.iij.æneid.super carmine, Quod tibi delato ortigiã. Et solent idonei autores uti hoc loquẽdi modo: &*

secundùm

secundùm hunc intellectum, omnia erunt plana.
¶ Secunda difficultas est: quia dantur caussæ iurisdictionis, quæ tamen respiciunt utilitatem publicam, ueluti, si aliquid debeatur fisco. l. utilitas. C. de primipi. libro duodecimo. secundùm Fulgo. & Picũ in. d. l. Imperiũ. & ecõtra, potest dari mixtũ Imperiũ tendẽs ad utilitatẽ publicam: si ad instantiam fisci mitteretur aliquis in possessionem. facit. l. Item ueniunt. §. in priuatorum. ff. de petitio. hæredi. Sed respõde, quòd debet definitio intelligi de publica utilitate, quæ est in cõmuni, & in quolibet particulari, nõ de ea quæ est in cõmuni tantũ. l. secũda. §. hoc interdictum. ff. nè quid in loco pub. per Bar. in. l. 1. in. v. col. ff. solu. matri. Et ita resident Moder. in. d. l. Imperium.
¶ Potes etiam dicere quòd naturaliter istæ actiones sunt inuentæ, ut consulatur unicuiq; priuato. Et licet eo iure etiam fiscus poßit uti, nõ tamen alteratur earum natura. arg. gl. in. l. certi condictio. in prin. ff. si cer. peta.
¶ Tertia difficultas est, quam ego moueo, quia sunt aliquæ iurisdictiones quæ expediũtur per actiones, quæ tamen publicam respiciunt utilitatem principaliter, etiam in quolibet particulari, istud ꝓbatur in interdictis quæ facta sunt propter publicam utilitatem: ut est de uia publica & nè in flumine publico. l. ij. §. publicæ utilitatis. ff. de interdic. & tamen expediuntur per uiam actionis. §. fina. ubi glo. institu. de interdictis.
¶ Quarta difficultas est, quia aliqua sunt iurisdictionis, ut est caussa ingenuitatis & libertatis: secũdùm Bar. & Doct. Et tamen expediũtur officio iudicis nobili, ut est glos. in. l. si duo. in prin. ff. de iureiur. & probatur. in. l. 1.

§.per hanc.ff.de rei uendi.Et fortius posset teneri,quòd actio praeiudicialis,sit officium iudicis: & sic,sit actio in factum dependens à pretoris cognitione.Nec obstaret tex.in.d.§.per hāc,qui ponit actiones praeiudiciales tanquam differentes à praetoria cognitione: quia ibi potest intelligi de alia cognitione pretoria,quae nō est praeiudicialis,nec competit contra filium,sed contra tertium dicentem filium non esse in potestate. De qua in.l.iij.§.caeterum ff.de libe.exhiben.Et sic declarabitur tex.in.d.§. praeiudiciales,ibi,ex quibus una fere caussam habet legitimā,scilicet actio qua quaeritur,an aliquis sit liber &c. Nam ibi ponit illam dictionem ferè: quia quāuis illae praeiudiciales actiones pendeant ex officio praetoris: nihilominus,illa qua quaeritur,an aliquis sit liber, quandoque est ciuilis,& expeditur iure actionis. Et hoc est in casu posito in.d.§. per hanc, uidelicet quando intentatur rei uendicatio adiecta causa,scilicet ex iure Quiritium. Cogita tamen,& non recede à communi.

¶ Ex supradictis apparet,quòd istae definitiones Doctorum sunt periculosae,unde tu breuiter dicas, quòd merū Imperium expeditur accusationibus, uel inquisitionibus, mixtū uerò persequutionibus. Iurisdictio minima actionibus,non faciendo istam differentiam de utilitate publica,& priuata,prout considerant docto. & non probatur aliquo iure.

67 ¶ Et † ex hoc infertur,quòd ius indicēdi multā sit mixti Imperij: quia expeditur actione in factum.l.1.§.fina.ff.si quis ius dicen.non obtempe. Quae,quando pendet ex iurisdictione Praetoris,idem est quòd officium iudicis.

Et

¶ Et idem etiam est de caussa exequutionis, quia licet Docto. dicant in illis caussis competere duplex remediū in. d. l. 1. Tamen quicquid ipsi dixerint, puto quòd sit unū tantū, & idē sit ipsa actio in factū, quòd officiū iudicis.

¶ Et idem arbitror in caussis fideicommis. unde tolluntur oppositiones, quas supra feci.

¶ Et idem, saltem disputatiue, posset teneri de caussis libertatis, & ingenuitatis, de quibus supra dixi.

¶ Et secūdùm prædicta optime declaratur. d. l. Imperiū. Nā imperiū dicitur ab imperādo, eò quòd Iudex in caussis Imperij nō adstringitur ad certā regulā, sed totū pēdet ab eius iurisdictione, & istud ꝓprie est in caussis criminalibus, quia nullū ius resìdet in parte accusante: unde tūc Imperiū dicitur merū: ubi uerò uenit aliquod ius applicandū parti, ut est in persequutionibus, tunc dicitur mixtum, & tale Imperiū est simile caussis iurisdictionis. unde tex. illud definiēdo dicit mixtū Imperiū esse potestatem, seu illud Imperiū, cui etiā iurisdi. inest, scd'm Ang. in d. l. imperium. Et exēplificat in bonorū possessione, quæ proprie est persequutio. l. iij. §. bonorū. ff. de bono. pos.

¶ Expeditis definitionibus do. Abb. post Barto.† ponit 68 sex gradus meri imperij: quorum quatuor primi non delegantur, duo uerò ultimi delegātur, scilicet coerctio & ius indicendæ multæ. Et est ratio: quia ista duo competūt etiā magistratibus municipalibus: ergo possunt delegari secūdùm eos per. l. 1. uersi. q uerò. de officio eius, cui &c.

¶ Sed tu aduerte circa istam rationem, à qua dependet tota materia delegationum, & quam malè uidentur Doctores intellexisse. Et principaliter Docto. ex. d. l. 1. colli-

gunt duas regulas.

60 ¶Prima est,† qđ ea quæ cōcedūtur magistratibus maioribus in signū maioritatis causarū, nō possunt delegari: & cōsequēter caussæ meri & mixti imperij nō delegantur, quia in eis electa est industria personæ. Sed tu aduerte, quia Guido de Suza. & Raph. Fulg. in. d. l. 1. nō tenuerūt istū intellectū: quorū opinio uidetur uerior, quia cauillatur ille tex. si exponamus specialiter, id est in priuilegiū maioritatis caussarū. Imò illa dictio significat nominatim, & in specie: unde infra ponā aliū intellectū uerū.

¶Secunda regula est, qđ ea quæ cōpetūt iure magistratus, & sic quæ cōpetūt etiā decurionibus, qui sunt minores magistratus possunt delegari. Sed etiā ista regula nō est uera. Et cōtra eā primo obstat ille tex. quia intelligere ibi magistratus, scilicet decuriones, est ridicula interpretatio: quia ibi nō fit aliqua mentio de istis decurionibus: sed solū distinguitur de his quæ cōpetunt, puta prætori: & sic tanquam gerēti talem magistratū, ab his quæ nominatim & in specie sunt illi concessa.

¶Secūdo dicitur, quòd imò ista regula est falsa: qa aliqua cōpetūt delegatis, quæ nō cōpetūt magistratibus municipalibus. Istud ꝓbatur per. l. ea quæ. ff. ad municip. ubi decuriones nō possunt in possessionē mittere legatorū seruandorū caussa. d. l. ea quæ, & tamē istud potest delegari. l. cognitio. §. ut possessio. ff. de offi. eius cui &c. Et solutio gl. & Doct. ibi est cōtra tex. dū dicūt, quòd dictus §. ut possessio, loquitur de cognitiōe utrū permittēda sit missio, uel ne. Nā tex. dicit, ut in possessionē mittatur, mādari pōt. Præterea ista solutio caret ratione, & potius

esset

eſſet dicendũ totũ oppoſitũ, ut ibi aduertit Pau. *de caſt.*
¶ Tertio ꝓbatur, † *quia magiſtratus municipalis in inte* 70
grũ reſtituere nõ põt. d. l. ea quæ: & tñ iudex cui mãdata ſit iuriſdictio, põt. l. fi. C. *ubi & apud quẽ, etiã iure dige ſtorũ ſi ſpecialiter id fuerit mandatũ, ut ibi dicitur in fi.* Nec *obſt. ſolu.* Bar. *in. d. l. imperiũ, poſt gl. in. l. 1. ff. de dã. infec. dũ dicit, quòd eſt ſpeciale, fauore minorũ, qa iſtud eſt contra. d. l. fin. quæ loquitur etiam de reſtitu. maior.*

¶ Nec *obſtat ſolu.* Alex. *in. d. l. 1. in. ix. col. dicentis ſimpliciter eſſe ſpeciale fauore reſtitutiõis in integrũ: quia hoc attento, ex eodẽ fauore debuiſſet etiã cõpetere municipalibus, per extenſionẽ regulæ paßiuæ, quæ procedit etiam in correctorijs: de quo per* Alex. *& docto. in. l. ij. ff. de lega. 1. Item maior fauor eſt, ut lapſus reſtituatur per maiorem magiſtratum. l. non diſtinguemus. §. iulianus. ff. de arbit.* Ioan. Fab. *in. §. fi. inſtit. de attilia. tuto.* Alex. *in. d. l. 1. in. x. col. ff. de iuriſdict. om. iudi.*

¶ Minus *etiam obſtat, ſi diceretur, quòd etiam de iure digeſtorũ, non poſſet delegari iſta reſtitutio, ſed tãtummodo cognitio, quòd eſſet danda, uel ne: quia reſpondeo, quòd iſtud eſt contra. d. l. fi. quæ loquitur in ipſa reſtitutione, circa mediũ, ibi, is qui iudicem dederit, uidetur ipſe dare reſtitutionem in integrum.*

¶ Quarto *probatur, quia aliqua competunt magiſtratibus municipalibus, quæ tamen non competunt præſidibus, nec quo ad cognitionem, nec quo ad delegationẽ: ſicut ſunt cauſſæ citra. ccc. ſolidos, de quibus non poſſunt ſe præſides intromittere, ut eſt text. in. §. & iudicare, in autenti. de defenſo. ciuita. quicquid dicant docto.*

Nec

¶ Nec obstat text.in.§.audient,in auten.de iudi. ubi pedanei ex delegatione ordinariorum cognoscunt usque ad.ccc.aureos:quia ille tex.nō loquitur de prouincijs ubi sunt præsides, uel proconsules, uel similes magistratus. Sed ponit ius particulare iudicum, qui sunt in Romana curia,ut apparet in principio constitutionis:& declarat Bartolus ibi.

¶ Quinto facit,quia duumuiri non possunt multare.l.1. ff.si quis ius dicen.& duumuiri sunt magistratus municipales.l.honores.ff.de decurio.lib.x.l.in honorarijs.in fine.ff.de actio. & obligatio.l.quarta.§. duas.ff.de dam. infec.quicquid dicant Ang.& Moder.in dicta.l.uni.qui dicunt contra illos tex.

¶ Et etiam defensores ciuitatum non possunt multare.l. defensores.ij.C.de defensori. ciuita.non cauillando illum text. Et tamen uidetur quòd istud ius competat iudicibus,quibus mādata est iurisdictio.l.ij.ff. quis & à quo.l. nullus.C.de sportu.Licet aliud sit in Iudicibus datis, seu pedaneis:de quibus dixi supra rubri.

¶ Sexto facit, quia magistratus municipales non poterant iure digestorum decernere bonorum possessionem dicta.l.ea quæ,& .l.fina.C.qui admittan.& tamen iudices,quibus mandata erat iurisdictio,poterant.d.l.cognitio.§.ut possessio.Nec obst.quod dicunt Docto. debere intelligi de possessione bonorum,quæ non tribuit ius,ex quo iurisconsultus dixit possessionē bonorum, nō autem bonorum possessionem: quia istud argumentum confunditur per.l.si duobus.in princi.ff.de bono.possessio.contra tabu.& .l.liberto suo hærede.ff.de bon.liber.& tex.

cum ibi nota.in.l.1.C. unde legi. & tex. cum rubri.ff.de bono.possess. hæredi.peti. Quibus iuribus probatur dictam differentiam non esse ueram.

¶Septimo facit, quia econuerso etiam uidemus aliqua competere magistratibus, quæ nō competunt delegatis, ut est ius fustigandi.§.audient,in autenti.de defenso.ciuita.l.magistratibus.ubi Barto.ff.de iurisdi.omnium iudi. Et confirmatur: quia magistratus municipales habent potestatem super carceres.l.si qu:- uxori.§. si fugitiuum. ff.de fur.quod non uidetur competere delegatis.§.si uero ignoti,in autenti.de testibus.

¶Vltimo confirmatur, quia isti magistratus sunt de se distincti,nec unus intromittit se de altero.d.§. & iudicare. Et consequenter, de uno non infertur ad aliud.l. papinianus exuli.ff.de minor.Et ita remanet confutatus intellectus communis ad.d.l.primam.

¶Quare tu pro declaratione illius tex.facias firmam conclusionem: quòd mixtum imperium competit iure magistratus,& potest delegari: prout etiam tenuit Fulgo. in dicta.l.prima. Istud probatur primo,in dicta.l.1.§.fina. ibi,Imperium quod iurisdictioni cohæret mandata iurisdictione transfertur.Tale enim imperium est mixtum.d. l.imperium,ibi cui iurisdictio inest: & intelligere simpliciter de coerctione,est restringere tex.

¶Secundo probatur in.l.fina.ff.eo.ubi mandata iurisdictione,transfertur imperium quod non est merum, ergo mixtum transfertur.Duplex enim tantummodo est imperium,merum uidelicet & mixtum.d.l.imperium.

¶Nec obstat ratio, quæ subditur. Iurisdictio enim sine

modi

modica coerctione nulla est: quia talis coerctio intelligitur de missione in possessionē contra contumacem, & de iure multandi, quæ sunt mixti Imperij: & cōpetunt iudicibus, quibus mandata est iurisdictio, ut supra dixi.
¶ *Tertio probatur in.d.l.cognitio, in prin. ubi dicit tex. cum propriā iurisdictionē tuis dederis legatis, cōsequēs est &c.* Nam *nisi mixtum imperium esset delegabile, illa consequentia non tenuisset: præsertim quòd talis cognitio ante illud rescriptum non uideretur delegabilis, quia specialiter concessa.l.1.ff.quod falso tuto.*
¶ *Quarto probatur in.d.l.cognitio.§.fin. ubi expreßim cauetur, posse mandari bonorum possessionem, & mißionem in possessionē, & restringere illū tex.de possessionibus, quæ nō tribuūtjius: uel de cognitione tantū, est restrictio irrōnabilis, ut satis perpendūt ibi* Pau. *de ca. &* Ias.
¶ *Quinto ꝓbatur, quia delegare causas, est mixti imperij, ut supra dixi.* Et *probatur in.l.cum prætor.§.1.ibi propter uim imperij.ff.de iudi.* Et *tamen tale ius transit in eum, cui mādata est iurisdictio, ut ibi probatur, nō restringendo regulā per exemplū, & supra dixi in rubri.*
¶ *Sexto facit, quia restitutio in integrum, est mixti imperij.d.l. ea tamen.* Et *nihilominus potest delegari.d.l. fina.C.ubi & apud quem.* Nec *tex.ibi se fundat in aliqua specialitate, sed in ratione: quòd delegatus refert personam delegantis, ut ibi in glos.in uerbo, restitutionem. quæ ratio generaliter concludit, non speciali fauore, de quo etiam supra dixi.*
¶ *Septimo probatur, quia cum ista prohibitio delegationis sit introducta propter maioritatē causarum & magistratuum*

gistratuum secundùm Doct. in quibus uidetur electa industria personæ: sequeretur, quòd causa ualens .ccc. aureos posset delegari misso in possessionē ex secundo decreto, etiā si caussa nō importaret cētū aureos, nō posset. Quod est absurdū, & contra rationem ipsorum docto.

¶ Vltimo probatur, quia mixtum imperium de iure canonico sine dubio est delegabile. c. cū uenissent. de eo qui mitti. in posses. Et glo. in capitu. si quis clericum, infra de foro compe. Nec inducenda est differentia inter ius canonicum & ciuile, cap. 1. de ope. no. nuncia. & infra ostendam non esse aliquam differentiam.

¶ Ista conclusione sic firmata, resultat clarus intellectus ad. d. l. 1. ut uelit iuriscōsultus, quòd ea quæ specialiter id est nominatim & in specie, lege uel senatusconsulto, uel cōstitutionibus principū tribuūtur, non possunt delegari. quæ uerò cōpetunt iure magistratus, id est eo ipso, qd' aliquis est creatus in officialē, puta quia factus est prætor uel præses, ea possunt delegari. Et si quæras, quæ sunt ista, quæ cōpetūt specialiter? Respōdeo, primo, merū imperiū, ut probatur in. l. aut dānum. §. præfecto. ff. de pœnis, & . l. nemo potest. ff. de reg. iur. & talis cōcessio reperitur facta à legibus proprie loquendo, prout sunt promulgatæ à magistratu, & confirmatæ per populum. §. lex autem. institu. de iure natu. gen. ueluti sunt leges publicorum iudiciorum. Idem est in aliquibus casibus mixti imperij, ueluti in alienatione rusticorum prædiorum, quæ uetita est minoribus oratione Seueri, & Antonini, nisi cum caussæ cognitione, quæ specialiter prætori cōmissa est. l. 1. in prin. ff. de reb, eo, Ideo non delegatur. l. ij.

ff. de

ff.de offic.eius cui &c. Idem in caussæ cognitione super transactione alimentorum de futuro: quæ oratione diui Marci Prætori uel præsidi specialiter est conceßa.l. cum hi.in princip.ff.de transactio. Ideo non delegatur.§.nec demandare,in.d.l.item in datione tutoris,quæ specialiter conuenit certis magistratibus.l.muto.§. tutoris datio.ff. de tutel.l.i.ff.de tuto.& cura.da.Et ideo nõ delegatur.l. nec mandante.eodem titu.

¶ Idem uidetur in manumißione,quòd ius specialiter aliquibus magistratibus est cõcessum.l.fina.C.de uindic liber.l.apud.de manumis.uindic.unde nõ delegatur.d.l.ij. Et ratio istorum casuum,est propter quẽdam specialem fauorem seu conceßionem ipsis factam,non uidetur fuisse de mente concedentis,quòd possent delegari, imò censetur electa industria personæ:& hoc tenendo,nõ obstant in contrarium allegata. Et primo non obst.dicta.l. placet.& dicta.l.imperium.in fine,allegatæ per Alexan.in dicta lege prima, quia cõmunis intellectus ad illas leges non est uerus,ut supra latius dixi.Et ex uno incõuenienti,ipsi deduxerunt mille incõuenientia. Et propterea,secundum intellectum meum in dicta lege placet, uersicu. quod non ita. dixi quòd loquitur in causis mixti imperij non delegabilibus,quas supra enumeraui.

¶ Secundo non obstat lex nec quicquam.§. ubi decretũ. ff.de offic.proconsul.quia intellectus dati per Decio.ad illum text. sunt omnes uiolatiui. unde tu intellige realiter,quòd ubi decretũ est necessarium non debet proconsul expedire per libellum.id est,nõ est satis quòd subscribat libello:sed debet cognoscere, & re ipsa interponere decretum

decretum.l.iudex.C.commi.uel episto.l. minorum.C. de prædijs minorũ.l.ij.C.de assesso.unde nõ sequitur, quin mandata iurisdictione,ueniat etiam ius interponendi decretum extra illos casus speciales.

¶Tertiò non obstat fundamentum Riminal. dum dicit quòd sequeretur,quòd delegatus prĩcipis nõ posset subdelegare,ex quo specialiter habet cõmißionem à principe,& sic à lege,quòd est cõtra legem à iudice.C. de iudic.quia respõdeo,quòd.d.l.1.loquitur in ordinario habente speciale cõmißionẽ à lege.Sed delegatio principis nõ fit animo cõdendi legem, imò est cõceßio personalis. l.1.de cõsti.prin.licet deinde habeat facultatẽ delegãdi. facit etiam,quia si cõmißio fiat specialiter à prætore,uel declaretur ex responsis prudentũ:inde erit delegabilis.l. iiij.§.duas.de dam.infec.l.ij.ff.de offi.præto.Nã.d.l.1.loquitur de lege proprie ꝓmulgata,uel cõstitutione principis.& sic tolluntur quædã alia obiecta modernorum.

¶Quartò non obst.quòd sequeretur,quòd magistratus municipales nõ possent delegare coerctionẽ, ex quo illis specialiter est concessa.§. audient.in autenti. de defenso. ciuita.Sed potes negare,quòd sit concessa specialiter.l. magistratibus.ff.de iurisdic.om.iud. Præterea,satis credo quòd non poßint magistratus caussas delegare,prout tenuit Fulgo.in.l.solent.ff.de iurisdi.om.iudi.Soci.in.l.1. ff.quis & à quo.& est ratio ,quia delegare, est mixti imperij:ergo nõ competit magistratibus municipalibus. d.l.ea quæ.ff.ad municipa.

¶Quintò non obstat tex.in.§.si uerò etiam quidam iure,in autenti.de exhiben.reis.ubi iudices dati ab ordina-

rijs, seu ex sacra forma, non possunt aliquid facere cõtra contumaces: & sic non possunt mittere in possessionem, quia respõdeo, quòd ille text. loquitur in iudicibus datis, qui habent tantummodo iudicandi facultatem: Nos uerò loquimur in iudice cui est mandata iurisdictio, inter quos casus est magna differentia, ut supra latè ostendi.

¶ In ultimo non obstat ratio Ias. dum dicit, quòd secundum hunc intellectum, aduersatiua quæ uero, non aduersaretur in iure & in facto: secũdùm legem hoc amplius. §. de his autem. ff. de damno infecto. Nã istud est leuissimum quia iuri aduersatur, quia principium loquitur de causis specialiter competentibus, & ideo indelegabilibus: uersiculus uerò, loquitur de causis competẽtibus iure Magistratus, etiam sic, quæ generaliter delegantur. Adducuntur etiam quædam rationes satis fragiles, uelut text. in. l. ubicunq;. de regu. & tex. in. §. si uerò ignoti, de testibus. in autenti. & quædam alia, quibus respondi in uoce.

71 ¶ Facias ergo duas cõclusiones. † Prima est, quòd mixtum imperium regulariter delegari potest. quod intelli ge, quando delegatio fit per uicem iurisdictionis mandatæ. Et ita loquuntur iura pro ista parte. secus puto de iudicibus datis, ex quo tales non dicuntur habere administrationem, seu iurisdictionem aliquam: ut declaraui supra, in rubrica. Et propterea tales Iudices dati non exequuntur sententias suas. l. à diuo pio. in principio. de re iudicata. ff. Et tales non habent ius multandi. argumen. l. tertiæ. §. si quis ad Pedaneum, ubi Alberi. ff. nè quis eum qui. lege secunda. §. primo. uersicu. à cõpetenti iudice. ff.

si quis

si quis in ius uoca.l.alius.§.inter multã.ff. de uerb.signi. cum similibus.

¶ Secundo † intellige, quòd quamuis transferatur man 72
data iurisdictione: tamen aliquando requirebatur specialis cõcessio, puta causa restitutionis in integrum. dicta lege fina. & in causa suspecti tutoris. dicta lege cognitio. quod utrunq; fuit sublatum, & statutum, quòd in generali mandato comprehẽdantur: & hoc fauore restitutionis, & propter fauorem pupillorum, ut ibi probatur.

¶ Secunda † conclusio est, quòd quæ competunt specia- 73
liter, non delegantur. Et sic merum Imperium non potest delegari. facit lex nemo potest ius gladij. ff. de regulis iuris.

¶ Limitatur per Abbatem post Barto. ut non procedat in modica coërctione. Pro quo facit text. in lege si quid. ff. de offi. procon. & in dicto. §. si uerò ignoti, in autenti. de testi. Et licet fulgo. in lege fina. de offi. eius, cui &c. & in dicta. l. Imperium, tenuerit, quòd ista coërctio sit mixti Imperij per dictam legẽ fina. Tu responde eam intelligendo, prout supra dixi, quòd loquitur de modica coërctione, quæ fit ad expediẽdum iurisdictionem, prout est missio in possessionem, uel ius multandi. Nam solutio Barto. intelligentis eam de coërctione uerbali: quamuis Docto. cum eo transiuerint: tamen cauillat text. Et licet Abb. hic, & cæteri uoluerint ius multandi esse meri Imperij, tamen non probant aliquo iure. Et credo quòd sit mixti, quia expeditur persequutionibus. d. l. 1. §. hoc iudicium. ff. si quis ius dicen. Et illa distinctio de publica utilitate, uel priuata supra fuit confutata.

¶ Secundo fallit secundum Abba.hic post Bart.& Do-
74 cto.ut † non procedat, quando ordinarius se absentat ex causa necessaria. §.ad hæc, in auten.de collato. & probatur in.l.1.uersic.non aliter.ff.de offi.eius, cui &c. Et est communis conclusio.

¶ Idem dicit Abb.hic, & cōmuniter Docto.si sit infirmus, eadem ratione.de quo dic ut per Alex.in.d.l.1.

75 ¶ Sed † hic cadit difficultas per tex.in.d.l.placet, secundum intellectum quem supra tenui, quòd principium loquatur in causis meri Imperij, & excipiantur solùm duo casus: scilicet occupatiões publicæ, & multitudo causarum, Ergo priores fallentiæ non sunt ueræ. Sed responde quòd tex.in.d.l.placet, non loquitur in iudicibus, quibus mādata est iurisdictio, sed in pedaneis & datis, unde in talibus procedūt illæ duæ exceptiones, ut poßint delegari pedaneo, quando sunt occupationes publicæ, & causarum multitudo: intellige similium, & sic meri Imperij, ut apparet ex uerbis sequentibus in tex.ibi omnia huiusmodi negocia. Et cum iudex datus detur etiam ad quemlibet articulum: eatenus dabitur, quatenus importāt occupationes. Sed quando iudex est absens uel infirmus, in totum est aduocatus à cognitione, per talē causam. Vnde tunc non agitur de dando iudice, sed de materia danda in totum iurisdictione. Et isto casu loquuntur Docto. & iura præallegata.

76 ¶ Tertio fallit † secūdū gl. Abb. & Doct.hic, & in.d. l.1.ut nō procedat de iure canonico: quia eo iure, quicqd est cognoscibile, est & delegabile. Et hoc probatur in cap.in archiepiscopatu, infra de rapto.ubi Rex Siciliæ,

qui

qui est subditus pontifici, clemen. pastoralis, de re iudica. delegat causas meri Imperij. Idem probatur in clemẽ. prima, de hære. & in cap. licet, de officio ordina. cum similibus, ut hic per Abba. & Moder. & est cõmunis opinio.

¶ Sed tu aduerte, quia cõtrariũ uidetur uerius. Pro qua parte põderaui supra esse tex. in isto cap.

¶ Secũdo dico idem probari in cap. si pro debilitate, supra de offi. deleg. ubi nõ potest delegari causa ardua, nisi ex iusta causa, puta debilitatis uel simili. Et istud ibi probatur per argu. à contrario sensu: nec responsio Abba. ibi est bona, ut etiã aduertunt Moder. & bene.

¶ Tertio facit tex. in cap. pastoralis. eo. tit. ibi, necessitate exigente. Et quamuis illi tex. loquãtur in delegatis papæ, tamen probant à fortiori, idem esse in ordinarijs, ut probabitur in sequen. limitatione.

¶ Quarto facit, quia † nõ debemus inducere differentiã 77 *inter ius ciuile, & canonicum: imò debemus concordare quantum possumus. cap. 1. de ope. no. nun. cum similibus.*

¶ Nec obstant iura allegata pro cõmuni, quia ultra responsiones Feli. hic respondetur primò ad tex. in. d. capi. in Archiepiscopatu: quòd quãuis † Rex Siciliæ sit subdi 77 *tus Papæ, tamen habet iura Principis, & illi competunt omnia reseruata, quia quandò Papa creat Regem, statim illi quæruntur etiam reseruata: ex quo talia solent cõpetere Regibus. Ita dicit notabiliter Bal. in titu. quæ sint regalia. capi. 1. in fine. Et sequuntur ibi Moder. & cõsequẽter in. d. capi. fuit facta delegatio causarum criminalium. Quod potuit fieri: quicq̃d dicat Abb. hic. & facit quod no. Bal. in consi. ccclix. quemadmodum Imperator, in. iij.*

libro: ubi loquitur de Duce Mediolani, qui eo ipso quòd ab Imperatore habuit inuestiturā Ducatus, censetur habuisse omnes alias res reseruatas Principi. Notant Moder. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure.

¶ Nec obstat tex. in. d. clemē. quia illud uidetur speciale in causa hæresis, propter fauorem fidei, ut ibi per Cardi. & per Felin. hic. Præterea, ibi non est propriè delegatio, & sic, cōceßio iurisdictionis de Delegante in Delegatū. iuxta. l. primam. § .1. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. Quod apparet: quia potest inquisitor procedere, etiā si non fiat delegatio, sed habeat simplicem consensum ordinarij, uel eius Delegati, ut ibi probatur. Et sic remouetur potius obstaculum, quod obstabat iudici aliâs habenti iurisdictionem.

¶ Facit quod notant Anchara. in capi. hi qui, de præben. in. vi. & Felin. in cap. cùm ex officij. in. xvi. col. uersi. & quia multipliciter, infra de præscriptio.

¶ Nec obstat, quòd ibi etiam Delegatus Episcopi uel capituli cognoscat: quia quò ad Episcopum, intelligitur de eius officiali. prout tex. in prin. se declarat: Quò ad Capitulum est speciale, propter iustum impedimentū: ex quo nō esset conueniens, quòd omnes de Capitulo uenirent. potest etiam responderi, ut dicam in sequenti fallentia.

¶ Non obstat capi. licet, de offi. uica. quia istud procedit in Vicario Episcopi, qui potest æquiparari legato procōsulis, in quo etiam merum Imperiū delegatur. l. solent. ff. de offic. proconsu. unde multa competunt istis uicarijs, quæ non conceduntur cæteris Delegatis. capitu. constitutus, de conceßio. præben. capitu. statutum, de præben. in

vi. &

vi.& per Fely.hic.& istud tantomagis procedit,tenendo quòd talis uicarius habeat ordinariam, tanquam cõstitutus de cõscientia legis:de quo dixi supra,in rubrica.
¶ Praeterea,posset teneri,quòd etiam istis Vicarijs non possit cõcedi cognitio quae respiciat gradus maiores meri Imperij,sed tantũmodo minores.quod innuit ille tex. dũ dicit,posse concedi facultatem puniẽdi aliquos excessus, ponderando dictionem † aliquos,quae uerificatur in minoribus excessibus.clemẽtina prima,ubi gl.& Cardina. de foro competen. Bald. in.l.1.C. de inofficio. donatio. Bald. Roma.& Corneus in.l.sicut.C. de testamen.mili. Ias.in.l.eum qui.ff.de iurisdictione omnium iudicũ. cum concordantibus. 78

¶ Praeterea,Puto aduertendum:quia non uidetur,quòd isti gradus maiores meri Imperij sint de iure canonico prout tenuit Abbas, sed potius habeantur pro modica coërctione,quae sine dubio transit in uicarium.tantomagis,tenendo quòd habeat ordinariam.de quo dixi in rub.
¶ Et ꝑ hoc facit:† quia si bene aduertamus, istae poenae iuris canonici,non fiunt in ultionem delicti: & sic principaliter respectu publicae utilitatis,prout sunt poenae iuris ciuilis.l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publica.Sed simpliciter imponuntur, ut delinquens poeniteat, & saluet animam suam:& sic principaliter imponuntur propter utilitatem priuatam.Et de poena perpetui carceris,probatur in capitu. nouimus. in fine,infra de uerborum significatione.& in capitu. quamuis. de poenis,in.vi.Idem etiam est in detentione in monasterio.capitul. Romanus. lxxxi.distinctio.capitu.tuae,infra de poenis.unde, † tales 79 80

detrusi dicuntur pœnitentes. capi. si ille. quinquagesima. distin. & probatur in capitulo, ut famæ. primo; de sententia excommunicationis, ubi clerici detrudūtur in monasteria, uel etiam in perpetuos carceres, ut agant pœnitentiam. Quòd si eam non agant, sed sint incorrigibiles, traduntur Curiæ seculari, & hoc propter publicam utilitatem, nè delicta remaneant impunita: & sic publica utilitas nō consideratur, nisi in casu quo tradūtur Curiæ seculari. Et ista traditio non uidetur quòd æquiparetur morti, prout præsupponit Abb. post Innocen. quia Prælatus talis nō condemnat, sed simpliciter eijcit extra sortem Domini: & potest secularis tales eiectos absolue-re. ut nota. in capitu. cùm non ab homine. infra de iudic. Cum ergo tales pœnæ imponantur ad pœnitentiam, non sunt capitales, ut probatur ex nota. per Bartol. in lege
81 *secunda. in penultima colum. ff. de public. delic. ubi † si statutum dicat, quòd banniti à centum lib. supra: possint impunè offendi, non dicetur indè inferri pœna capitalis, quia imponitur solummodo, ut bānitus delictum purget & emendet, ut ibi per eum. Et consequenter tales pœnæ potius sunt similes modicæ coërctioni. Pro quo facit text. in capitu. contra Idolorū, uigesimasexta quæstione quinta. ubi, quo crimine serui flagellantur, & sic puniūtur modica coërctione. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudicum. eo crimine liberi detruduntur in monasterium uel in carceres. Et si uera esset definitio meri Imperij posita per Abbatem hic: tales pœnæ nō essent de illo Imperio, quia respiciunt priuatam utilitatem, ut supra dixi. Ad alias rationes quæ afferuntur pro*

ista

ista limitatione, responde ut per Fely. hic.

¶ Quartò. Fallit † in Delegato Principis, quia ille subdelegat etiam merum imperium. capitu. uenerabili. supra titulo secundo. capitulo fina. §. primo. eodem titulo. lege prima. C. qui pro sua iurisdictio. in fine. clementina prima, de hæreti. cum simili. Et ista uidetur magis communis opinio, licet pro alia parte sint etiam maximæ autoritates, ut per Alexan. in dicta lege prima. in quatuor ultimis columnis. Et quòd imò Delegatus Principis non subdeleget merum, est regula generalis posita in l. nemo potest gladij. ff. de regu. iuris. qui fortius probat ponderando negatiuam præpositam uerbo. iuxta nota. in capitulo primo. de regu. iuris. in. vi. & in. l. Gallus. in princi. ff. de liber. Et huic regulæ uidetur adhærendum per gl. in. l. omnis definitio. ff. de regulis iuris. Potest etiam responderi rationibus contrarijs, ut per Alexandrum. & infra dicam. 82

¶ Secundò ultra Docto. uidetur ista conclusio probari in capitu. in archiepiscopatu. de raptoribus. ubi Delegatus ecclesiasticus Regis Siciliæ causam requirentem sententiam sanguinis remittit ad Regem: certè si potuisset subdelegare, non debuisset remittere, iuxta glos. in capit. clericis, & cap. sententiam. infra ne cleri. uel mona.

¶ Tertiò ꝓbatur, quia sicut ordinarius nõ delegat merum Imperium, ergo nec delegatus: quia quò ad ius delegandi, maiorẽ potestatem habet ordinarius, quàm delegatus Principis, ut ꝓbatur in auten. ad hæc. C. de iudi. facit quod no. Abb. in ca. cùm Bertol. infra de re iud. ubi, ordinarius potest delegare cũ potestate subdelegãdi: & tamẽ

Delegatus principis non potest. sequitur Alexan.in.l. à iudice.C.de iudi. & habetur in.c.super quæstionum.§. porrò.supra de offi.delega.

¶ Quartò probatur in.d.c.si pro debilitate. supra titu. ij.argumen.à contrario sensu,quod est efficax in iure,ut supra dixi.

¶ Quintò probatur in.l.à iudice.in fine.C.de iudi. quæ aliâs in.d.uer.esset indubitabilis. & facit,quia talis delegatus non habet aliam facultatem subdelegandi,cùm cautum sit illa lege,ut probatur in capi.pastoralis. in principio,supra titu.secundò.Sed illa non refertur ad causas meri imperij.

¶ Nec obstant allegata in contrarium: & primo,text. in capitu.uenerabili,quia loquitur in infirmo,quæ causa est sufficiens ad delegãdum etiam in ordinario, ut supra uidimus.

¶ Nec obstat text.in.d.capit.final.§. primo. quia ultra Moder.in.d.l.1.potest respõderi,quòd tex.parificet: siue cõmißio habeat dictionem personaliter in causis pertinentibus ad utilitatem partium, siue simpliciter fiat de inquisitione: quia ꝓpter grauitatẽ causæ, uidetur electa industria.Et isto ultimo casu nõ attẽditur cõsensus partium: ex quo cõmißio respicit uis publicum quod cõsensu partium non conceditur.l. ius publicum. ff. de pactis. Et puto,quòd illum text.ita uoluerit inducere Anto.de Butri.hic.Non obst.d.lex unica. dum ibi dicitur, quòd delegatus principis subdelegat ꝑsonarũ causarumq; habito tractatu: quia intelligitur de causis & personis de quibus in principio legis.ubi dictum fuit,quòd ordinarij non

non delegant nisi causas ad iurisdictionem suam pertinentes in delegatos suæ iurisdictioni subiectos. Quæ distinctio nō habet locū in delegatis principis: cùm princeps ubiq; habeat iurisdictionem.

¶ Non obst. d. clemen. prima, de hæret. quia respondi in precedētibus. Præterea facilius delegatur collegæ, quàm alteri. cap. ex literis, infra de in integ. restitu. & per Hostien. hic, prout est in illo casu, in quo ambo, tam ordinarius quàm inquisitor habēt iurisdictionem aduersus hæreticos. Ad cætera argumenta respondet optimè Alexand. in. d. l. 1. dic ut per eum. Et limita aliam communem quatuor modis, ut per Moder. in. d. cap. si pro debilitate.

¶ Dantur & aliæ limitationes ad prædictam conclusionem principalem per Moder. in. d. l. 1. qui tenent, † quòd 83
in casibus in quibus merum imperium delegatur poßit delegatus etiam procedere ad ultimum supplicium. Et ita est communis opi. reprobata glo. in. l. fi. C. de offi. eius qui uicem & c. quicquid dixerit Abb. hīc: & inquantum Abb. dicit causam iurisdictionis ultra trecentos aureos non posse delegari, cum quo omnes transeunt. Tu teneas cōtrariū: quia tex. in. d. §. iudicare, nihil facit, & potius probat contra Docto. declarando ut supra dixi. Et dum Abbas enumerat quatuor gradus dignitatum: dic quòd etiam est gradus perfectißimus per. l. primam. C. de perfectiß. dignita. lib. xij. Et uide quæ latè dixi in dispunctionibus, lib. iij. cap. iiij.

¶ Circa postremā † quæst. d. Abb. dū quærit, quibus cō- 84
petat merum imperium: & distinguit post Barto. in. d. l. imperiū. Fac quatuor conclusiones. ¶ Prima est, quòd qui

qui præest prouinciæ, habet merum imperium.l. illicitas,
85 *§.qui uniuersas.ff.de offi.præsid.* Et † *quæ dicatur prouincia, dic ut per* Cin.*in.l.fina.C.de præscrip.longi tempo.*Et *uide* Barto.*in extrauagan.qui sint rebelles, in dictione* Lombardie.

¶ *Sed contra hanc conclusionem facit: quia præses non potest deportare in insulam, inconsulto principe.l.1.§.hi quibus.ff.de leg.iij. & tamen habet merũ imperium.gl. in.d.§.qui uniuersas.respondet, quòd istud est, quia non habet insulam: quod est falsum.l. relegatorum.§.1.ff.de interdic. & relega.l.cùm nauarchorum.C.de nauicular. libro.xi.*Aliter *respondet* Iaco.*de* Rauen.*ibi, quòd istud sit, quia deportatio infligitur nobilibus, sicut plebeis decapitatio.l.inter pœnas, in fine.ff.de interdic. & relega. l.capitalium, in fine.ff.de pœnis.unde, cum agatur de punitione uiri nobilis, consulendus est princeps.l.diui.ff.de pœnis.* Et *ita etiam tenet* Rapha. Comen.*in dicto.§.hi quibus.Sed ista solutio est dubia: quia uidetur, quòd quilibet liber homo, quamuis non nobilis deportetur.l. eius qui.ff.de testamen.l.si is qui, circa medium.ff.de iniusto rupto &c.*

¶ Putò *quòd istud sit, quia tale ius specialiter nõ est præsidi concessum.dicta.l.aut dãnum.§.præfecto.ff.de pœnis.*Nec *in ista materia credo quòd ualeat argumentum: Iste est clarißimus uel spectabilis, ergo habet ius gladij. quia principes antiqui habebãt ista officia pro dictinctis: & alia alijs competebant.d.§.præfecto.*

86 ¶ Secunda † *cõclusio est, quòd qui præsunt ciuitati tantum, regulariter nõ habent merum imperium, sed solum iurisdi*

iurisdictionem minimam.§.audient, in auten.de defenso. ciuitatum. Cum ista conclusione transeunt communiter docto.

¶Sed tu aduerte, quia in contrarium facit quod not. Barto.& Ioan.de Plat.in.l.prima.C. de metropo.beri. lib.xi. ubi maximæ ciuitates habent merum imperium: mediæ,mixtum:minimæ iurisdictionem. Allegāt tex.in.l. si duas. §. decem.ff. de excusat.tuto. Puto quòd conclusio doctorum hic,& in dicta.l.imperium,sit uerior: quia merum imperium omne est in manu principis.capitu.1. quæ sint regalia, & ibi Bald. in ulti.colum. & Bald.in extrauagan.de pace constantiæ,in principio,in uerbo, iurisdictionem. Et facit lex prima,in uersic.regimentis.ff. de offi.præfect.præto. Idem tenet Alberi. de rosa.in dicta lege imperium,in nona colum. per text.in.l.unica.ff. ad legem iul.de ambi. & in.§.iudices,de pace iuramen. firman.in feudis.unde, † quando princeps constituit aliquem supra prouinciam, censetur tradere merum imperium:si uerò constituat supra ciuitatem,censetur concedere iurisdictionem minimam tantum,nisi consuetudo aliter dictet:prout in Potestatibus ciuitatū qui sunt hodie. 87

¶Non obst.dictus.§.decem,quia maxima ciuitas dicitur metropolitana, in qua præsides debent residere, ut nota. in lege prima.ff.de offi.præfect.August. & in lege si in aliquam.ff.de offic.proconsul. Et propterea, ibi est forum ordinarium omnium causarum: non ex persona ciuitatis,quia ipsa habet tantummodo iurisdictionem minimam:sed propter præsidem. Si uerò sint aliquæ ciuitates, quæ ex priuilegio habeant proprium forum, & in

quibus

quibus fortè debeat aliquando Præses cõuenire, iuxta legem Ciuitas Rhodiorum. C. de offi. recto. prouin. tales dicuntur mediæ ciuitates, & ita intelligo. d. §. decem.

88 ¶ *Tertia † conclusio, quòd castrum seu uilla existens in territorio ciuitatis non habet aliquam iurisdictionẽ, nisi quatenus reperiatur sibi concessa per superiorẽ: imò iurisdictio est in ciuitate. Et ultra iura allegata per docto. optimè probatur in. l. pupillus. §. territorium. ff. de uerb. signi. Fundamẽtum enim Bar. est erroneum, dum præsupponit post Azo. municipiũ, esse castrum in territorio ciuitatis: imò municipiũ est propriè ciuitas, quæ, licet capescat munera cum P. R. tantũ proprias leges habet, ut probatur in. l. 1. ff. ad muni. & in. l. munus. in fi. ff. de uerbo. signifi. & declarat Gellius in noctib. atticis.*

¶ *Contra istam conclusionem Bart. & Abb. & cæterorum, uidetur facere quòd notat Bar. in. l. si quandò. C. de*
89 *bo. uacan. lib. x. cum concordan. ibi per Alexand. ubi † si princeps donat castrũ, intelligitur etiam donare merum imperium: ex quo, castrum est nomẽ uniuersitatis & territorij, cui cohæret iurisdictio, secundùm Bald. in cap. 1. de contro. inuestit.*

¶ *Sed responde, quòd istud debet intelligi, quando princeps donat castrum, quòd habeat ex se merũ imperium: quia iam sit segregatum à iure ciuitatis, aliàs non præsumeretur uelle auferre de iure ciuitatis, & tribuere alteri. l. fi. C. si contra ius uel utilita. publi. l. prima. §. merito. ff. ne quid in loco publi. Et ita potest intelligi quòd notat Barto. in. l. 1. C. de excusa. mune. libro. x. Licet Ias. dubitet de illa decisione, in lege prima, in fine. de iuris-*

dict.

dict.omnium iudic.

¶ Sed † pone quòd princeps separauerit castrũ à iuris- 90
dictione ciuitatis, & dono dederit illud cũ mero & mi-
xto imperio alicui suo baroni: nunquid poterit talis do-
natarius constituere uicarium uel pretorẽ, qui cognoscat
de causis criminalibus loco sui? uideretur quòd non, per
d.l.1. & legem nemo potest gladij. Et ita uidetur sensisse
Specul. in titu. de iurisdi. om. iudi. uersi. qui autem. Et ita
firmat Picus in. d.l. imperium.

¶ In contrarium urget decisio Rapha. Fulgo. in consi. 1.
ubi loquitur in fortioribus terminis, uidelicet de feudata
rio, seu eius emphyteota. Credo istud uerius: quia allega-
ta in contrarium, loquuntur in officialibus: sed quaestio
nostra procedit in eo qui habet ius perpetuum, & est do
minus rei: unde, potest quem uult constituere, qui cogno
scat causas criminales, argumen. l. in re mandata. C. man-
dati. Facit quòd not. Bar. in. l. spadoneum. §. si ciuitatis.
ff. de excusatio. tuto.

¶ Sed † nunquid nati in tali castro debeãt admitti in col 91
legium doctorum ciuitatis, in qua uiget statutum, ut in
ea non admittatur, nisi natus in ciuitate, uel eius comita-
tu. Picus in d.l. imperium. tangit & inclinat, quòd non
debeant admitti. Quae opinio est uerior, quia cum castrũ
sit separatum, non dicitur esse in territorio ciuitatis: ex
quo ciuitas non habet ius tenendi, & sic iurisdictionem.
d.l. pupillus. §. territoriũ. & idem est comitatus in sta-
tutis, quod territorium: ut per Cardina. in clemen. ne ro-
mani. §. sanè. in. vi. q̃o. de electio. De quo per And. Sicul.
in. c. ueniens. infra de praescrip.

Sed

92 ¶ Sed hic † cadit pulchra quæstio, an si tale castrũ eximatur de iurisdictione Ciuitatis, debeãt in eo seruari statuta ciuitatis. Et ex dicta lege imperium, per doctrinam Bart. ibi uidetur dicendum, quòd non: quia tale castrum æquiparatur ciuitati: ut ibi per Barto. Sed ciuitas regitur secundùm propria statuta.

¶ Teneo contrarium, prout consuluit Alexand. consilio cl. in secunda colum. secundo uolumi. quia per talem separationem non amittunt statuta quæ prius habebant, nisi tale castrum separatum applicaretur alteri, ut per Bartol. in. l. si conuenerit. §. si nuda. ff. de pignora. actio. cum concordan.

¶ Et istud ampliatur, etiam si in tali castro essent particularia statuta: & diceretur, quòd deficientibus statutis castri recurreretur ad ius commune. Nam adhuc recurreretur ad statuta ciuitatis: ex quo, istud est de iure cõmuni, ut castrum regatur secundùm statuta ciuitatis. §. fin. institu. de satisdatio. Et ita consuluit Roma. cõsi. ccxviij. præsens, & Soci. consi. lxxxi.

¶ Sed ista ampliatio est contra manifestam mentem statuentiũ: & facit, quòd tale statutum nihil operetur. unde non puto quòd sit uera, saltem in castro exempto seu separato: quia tale nõ subijcitur ciuitati: unde, cessat ratio Ludoui. Roma. & ita consuluit cõsilio. cclxxi. In castro uerò non exempto posset teneri dicta opinio. Quod nota, quia quotidie occurrit.

¶ Inquantũ in ista cõclusione do. Abb. dicit quòd in castris subiectis ciuitati, solet mitti uicarius, qui cognoscit usq; ad. ccc. solidos: causas uerò grauiores remittit ad ciuita

uitatem:intellige Abba.loqui de ciuitatibus,quæ ex consuetudine,omnimodam habent iurisdictionem, de quibus per glos.in dicta.l.fin.C.de præscriptio.longi temporis. aliâs,de iure communi ista castra non habẽt aliquam iurisdictionem,ut per Bart.in.l.prima.§. cum urbem.ff.de officio præfecti urbis.& coram istis uicarijs proceditur: quãuis libellus sit ineptus: quia ut plurimũ sunt laici & ignari iuris,ut per Bal.& Salice.in auten.nisi breuiores. C.de senten.ex pericu.recitan. & Alexand.consilio.lxi. penulti.colum.in.ij.

¶ Quarta conclusio est, † quòd qui præest uniuersitati non habenti territorium,non dicitur habere merum imperium.l.fina.C.de iurisdict.omnium iudi.sed solum cognitionem circa illam artem de qua sunt collegiati.Fallit in Rectore seu in Doctore legente.autenti.habita. C. nè filius pro pat.licet non seruetur de consuetudine. 93

¶ Tu adde aliã fallentiam in casu legis ex eo.C.de agẽ. in reb.lib.duodecimo,ubi,nedum conceditur merum imperium,sed etiam delegatur: quod est notabile.

¶ Contra prædictam conclusionẽ facit:quia talis potest statuere,& sic condere legem, ut ibi per Barto.& in.l. omnes populi,in.ij.quæstio.primæ partis principalis.ff. de iusti.& iure.Bal.in.l.ij.C.de consti.pecu.ergò habet merum imperium.Responde,ut supra dixi, quòd cõdere statutum,non est de mero imperio: quicquid præsupponat Barto.in dicta.l.imperium,& in dicta.l.1.ubi Alex. ff.de iurisdictio.omnium iudi. Aduerte tamen, † quia licet collegium Doctorum possit facere statuta, nõ tamen potest aliquid de nouo statuere ultra ueterẽ consuetudi- 94

nem, per quod grauentur deinde alij qui sunt admittendi, secundùm Bald. in dicta auten. habita. in. ij. columna. Et propterea, in contingentia facti, dixi quòd collegium medicorum qui statuerũt, ne quis in illud admitteretur, cuius pater artem uilem exercuisset, non potuerat istud facere, nisi tale statutum confirmaretur à principe.

95 ¶ *Vltimò,† inquantum domi. Abbas hic dicit, quòd excommunicatio est meri imperij: secundùm Innocen. in capitu. transmissam. de electio. nisi quãdo infligeretur in fauorem priuatum, puta in pœnã contumaciæ in causa pecuniaria: quia tunc, secundùm eũ erit mixti imperij. Idem tenet in capit. cum cõtingat. infra de foro compe. Adde, quòd Iason in dicta. l. imperium. tenuit, quòd in isto ultimo casu sit iurisdictionis, & sic, expediatur officio mercenario, quod fortè est uerius, secundùm definitiones per me supra traditas.*

Excõmunicatio an sit meri imperij.

96 ¶ *Sed uidendum † est, cui pœnæ æquiparetur ista excõmunicatio: & uidetur, quòd æquiparetur morti, cap. per uenerabilem, ubi Abb. qui filij sint legit. cap. primo. infra de homicid. & cap. 1. de fur. Et facit: quia ista est maxima pœna quæ imponatur de iure cano. secundùm Innocen. in cap. qualiter. §. ad corrigẽdos. infra de accusa. & est ratio, quia occidit animam, ut nota. in cap. cùm infirmitas. de pœni. & remis. alibi gl. in. §. minor. institu. de cap. dimi. dicit, quòd æquiparatur interdictioni aquæ & ignis: & consequenter etiam deportationi. Et ita tenent Ang. Alexan. & Moder. in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. & uidetur probari in cap. sicut. xi. q. iij. cum tribus sequen. Idem tenet Angel. in disputatione incipien*

cipien.duo ad inuicem litigantes,in prima col.alibi glos. in cap.pastoralis,infra de appella.dicit,quòd æquiparatur relegationi.Et illam glos.singularem dicit Cardina.in cap.perpendimus,infra de senten.excõmunica.Et sequitur eam Abb.ibi,Bart.in.l.ij.ff.de publi.iudi.dicit, quòd non est poena capitalis: ex quo excõmunicatio est medicinalis.cap.i.infra de senten.excommunicatio.in.vi.& sequuntur ibi Ange.& Imo.

¶ Sed domi.Abb.supra uidetur innuere,quòd excõmunicatio sit minoris gradus meri imperij:& sic æquiparetur modicæ coerctioni.cap.ex literis,supra de offi.deleg.& ita expresse tenet hic, dum dicit,quòd competit quibuslibet ordinarijs iuris canonici, etiam inferioribus. Et sic istæ doctrinæ uidentur inuicem contrariari.

¶ Quid tenendum? Puto distinguendum:quia aut loquimur quò ad animam, & uidetur æquiparari morti: & est maxima poena, & regulatur secundùm naturam delicti propter quod infligitur:aut loquimur ex se: quò ad potestatem inferentis,& uidetur uerior opinio Bart. & etiam Abba.hic.

¶ Non obst.quòd quidam Moder. respondentes ad rationem Barto.in dicta.l.imperium.dicunt, quòd quando excõmunicatio fertur à lege in poenam delicti, nõ dicitur medicinalis,quia respondeo, quòd imò etiam tunc fertur pro contumacia:quia Canon intendit monere, quòd quilibet abstineat ab eo,propter quod excommunicat: secundùm Cardinalem in dicto capi.perpendimus,in.iij.quæst. unde,si quis uelit se corrigere ex solo crimine,nõ est excommunicandus.xi. quæstione tertia.nemo, Innocentius

in cap.1.infra de excesi. prælato.unde etiam tali casu,dicitur medicinalis. Et † propterea,si quis in morte pœniteat,quò ad Deum,non habetur pro excommunicato, ut nota.in cap.à nobis.ij. infra de senten.excommu. & per Imol.in.l.ij.Idem † de iniustè excommunicato.xxiiij.q.1. cap.quodcūq;,per Cardi. & Abb.in cap.ab excōmunicato,supra de rescriptis.Et † nō debent etiam Prælati esse faciles ad excommunicandum pro re leui,puta pro furto gallinæ.xi.quæstio.iij.nullus,& per Cardi.in dicto cap. perpendimus.quod malè seruatur hic. Et sic cum laude Dei sit expeditū istud cap.xx. Decemb. per acutissimū. I.V.Docto.Andream Alciatum, in collegio Auenioneñ.

97
98
99

SEQVITVR REPETITIO RVBRICAE DE IVDICIIS, DOMINI ANDREAE ALCIATI.

DE IVDICIIS REPETITIO.

1 *Notabile primum.*

CVM NON AB HOMINE. ¶ Noto primò,† quòd etiam Imperatori uel regi,nō est licitum iudicare clericos. Facit tex.in.c.clerici.supra eod.& in cap.sacerdotibus.xi.q.1.Et quod per illum text.notat Siculus in cap.clerici.Sed in contrarium facit

facit lex omnis, & totus titulus. C. de epis. & cleri. & C. de sacrosanct. eccle. ubi Imperator posuit etiam constitutiones loquentes de clericis. Et sic uidetur, quòd clerici subiaceant iurisdictioni seculari, quia aliâs illæ leges nobis seruirēt de nihilo. Alberi. de Rosa. in rub. C. de sacrosanct. eccle. mouet difficultatem, & concludit, quòd illæ leges nihil ualent ex defectu potestatis ipsius statuentis, licet ubi non contradicant Canonibus, sint seruandæ, quia Papa uidetur eas approbasse: & ita etiam tenet Abbas, & est communis conclusio in cap. ecclesia sanctæ Mariæ, supra de constitutio.

¶ *Sed, † nūquid quòd clerici nō possunt iudicari à laicis Principibus sit ita disponente iure diuino, an est de iure positiuo tantum? Et uidetur, quòd sit de iure diuino, per tex. in cap. si Imperator. xcvi. distinctio. & in cap. ita dominus. xix. distinctio. & ita est communis opinio: ut per Felin. post Cardi. & alios, in cap. ij. de maio. & obedien. unde † Papa non posset submittere iudicio principis secularis, secundùm aliquos Moder. in dicto capit. ecclesia. De quo etiam habetur in. l. est receptū. ff. de iurisdictio. omnium iudi. Sed tu aduerte, quia ista cōclusio est dubia propter epistolam Petri primam, ubi ad Sacerdotes scribens inquit, subditi estote dominis uestris siue Regi, tanquam præcellēti, siue Ducibus ab eo missis. Et transumptiue adducitur per Ambrosium in Canone magnum. xi. q. 1. unde uidetur, quòd imò istud sit de iure positiuo. Et propterea, in ecclesia primitiua, Principes iudicabāt clericos, ut apparet in. d. legibus Codicis, & in. l. 1. ij. & iij. C. de epis. & cleri. quæ sunt leges Constantini, cuius habetur* 2 3

betur mentio in dicto cap. sacerdotibus. licet istud deinde fuerit immutatum, & bene.

4 ¶ *Fallit † ista conclusio in feudalibus: quia Dominus laicus cognoscit de causa feudi inter uasallos suos, quamuis clericos. cap. cæterum, supra eod.*

5 ¶ *Et † propterea uidetur quòd ex causa possit princeps compellere Prælatos qui habent feudum à se, ut soluant talliam pro comparando exercitu, uel quia natus sit sibi filius, uel simili causa: prout potest cõpellere cæteros uasallos, ut not. in. l. placet. ubi Areti. C. de sacrosanc. eccle. Et est ratio, quia uasalli clerici eodem modo tenentur uersus Dominum, sicut laici, ut per Bal. in. l. fin. ad finem. C. sine censu uel reliquis.*

6 ¶ *Secũdò † fallit in clerico hæretico uel schismatico qa talis non habet priuilegia clericorum, ut notant Bald. & Pau. de cast. in. l. omnes. §. 1. per illũ tex. C. de epis. & cle.*

7 ¶ *Et † propterea, si statuto concedatur aliquod priuilegium clerico habendo in foro ciuili, nõ trahitur ad eum, qui sit schismaticus. Et de hoc est dicendum, prout habetur in. c. cùm secundum, & in capi. ut inquisitioni, infra de hæreti. in. vi.*

8 ¶ *Noto secundò, † quòd clerici etiam in minoribus gaudent priuilegio fori: secundum Hosti. in. c. cùm cõtingat, de æta. & quali. Sed Abb. hic dicit, quòd licet istud dictũ sit in se uerũ, non tamen est de mẽte tex. dum infra dicit, quòd sunt deponendi. Nam ista qualitas depositionis, non conuenit huiusmodi clericis: Decius tamen contra Abb. quia cùm tex. in prin. generaliter loquatur, non debet restringi: ex eo, quòd qualitas inferius arctatur: quæ nõ conuenit,*

Secundum notabile.

uenit,per text.in.l.regula.§.licet.ff.de iur.& fac.igno. & per Imo. *in.l.si ita quis.§.ea lege.ff.de uerb.obliga.*

¶ Adde, *quòd opinio* Abb.*uidetur uerior,quia ex qualitate in lege posita conijcimus mẽtem legis,ut nõ habeat locum extra illam qualitatem,ut est glo.notab.in.l.mancipia.in uerbo uocandũ.C.de ser.fugi.ubi* Iaco. Butrig. Fulgo.*&* Paul.*de* Cast.*inferũt ad † statutũ disponens,* 9
*quòd dans damnum,seu turbans in possessione,puniatur in centum,& ablata restituat,quòd non habeat locũ in eo,qui turbauit tantũ,& nihil abstulit:ex quo,tali casui illud uerbum restituat,non conuenit.*Refert *& sequitur* Soci.*consi.lv.in.ij.col.& in.l.1.§.si quis quadringenta. ff.ad* Trebel.Et *latè exornat* Fely.*in.c.nonnulli.in prim. in penul.charta.supra de rescrip.*Ego *etiã teneo in cap. accedentes.col.ij.infra de præscrip.*

¶ Ad *idem facit quod notat* Aret.*cõsi.clviij.copiosè, in* 10
ulti.col.ubi notabiliter concludit, † ualere testamentum Iudei *usurarij manifesti:quia talis non uidetur compræhendi in cap.quãquam.de usur.in.*vi. Ex *quo pœna ecclesiasticæ sepulturæ imposita manifesto usurario per illum text.non conuenit* Iudæo.Idem *etiam consuluit* Soci. *consilio.cxix.in.iiij.*

¶ Nec *obstat tex.in.§.& debet: quia ibi regula erat generalis, ex qua inferebatur deinde ad quoddam exemplum,quod meritò non debuit restringere regulam.l.1. §.quod uulgò.ff. quod ui aut clam.* Sed *in casu nostro, illa qualitas non est in exemplo,sed in ipsa regula,seu in narratione facti principalis.*Et *istud nota:quia in practica est utile pro interpretatione statutorum.*

11 ¶ Limitatur † istud notabile, ut non procedat in clerico negociatore admonito.cap.fina.de uita & hone.& idem in clerico non portante habitum, qui ter fuit monitus, ut per Alexand.consil.viij.in primo uolumi.& consi.lxi.in quarto, per totum.& per Moder.hic.

12 ¶ Noto tertiò, † quòd pro crimine furti, clericus deponitur, nam furtũ & rapina, sunt de grauioribus delictis. §.nunc autem.xxv.distin.& per Abba. in cap.cum contingat.in.vij.colum.infra de foro compe. Sed tu cogita, quomodo iste tex.poßit ꝓcedere, nam de iure ciuili, pro furto, non imponitur nisi pœna dupli, uel quadrupli. Si uerò agatur criminaliter, imponitur alia pœna pecuniaria, quæ applicatur fisco, prout declarat Barto.in.l.fina. ff.de priua.delict. uel etiã fustigatio.auten.sed nouo iure.C.de furtis.de iure uero canonico, in foro conscientiæ non habet locũ neq; ista pœna dupli uel quadrupli, secũdùm glos.xij.q.ij.cap.fraternitatis.Bart.in.l.post decisionem.C.de furtis.cum cõcordan.per Ias.in.§.sed iste. institu.de actio.& sic tex.hic uult quẽ posse degradari pro delicto, quod tamen aliâs non habet pœnam corporalem, quod uidetur contra Innocen.in capit.qualiter.el. ij.infra de accusatio.& Abb.in cap.quod sedem. supra de offi.ord.ubi uolunt degradationem æquiparari morti.

Tertium notabile.

13 ¶ Augetur difficultas, † quia ista degradatio fit in subsidium quando ecclesia ipsa nõ potest inferre conducentem pœnã.cap.primo, infra de pœnis.in.vi. Sed in furto uidetur quod poßit: ex quo ius fustigandi competit etiam ecclesiæ.cap.in archiepiscopatu.de raptori. Potes respõdere, quòd text.procedit in clerico, qui propter poten-

tiam

tiam suam, non potest corrigi ab ecclesia, unde merito remittitur, ut subeat pœnas iuris ciuilis, & iste intellectus ad hunc text. est de mente Docto. & firmatur per Abb. infra.

¶ Sed istam solutionem nõ tenebo, quia nimis restringit text. sicut etiam si diceretur, quòd tex. potest intelligi in fure famoso: quia tales puniũtur etiam corporaliter iure ciuili, ut per Bart. in. l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. Idem secundùm ius nouißimũ feudorum, in quo quis pro furto. v. solidorum suspenditur. §. si quis quinq;. in cap. 1. de pa. tenen. secundùm unam opinionẽ. Sed tamen ista responsio nõ tollit difficultatem, quo ad ius canonicum.

¶ Quare dic, † quòd ius canonicum habet furtum pro grauiori delicto, quàm ius ciuile, quia considerat delicta singulorum, ut corrigãtur & pœniteant ad finem saluationis animæ suæ, dicto. §. nunc autem. xxv. distinct. unde cùm cætera delicta ex pœnitentia animi, quò ad Deum tollantur: furtum uerò nõ, quia requiritur, quòd fiat restitutio rei ablatæ, regula peccatum, de regulis iur. in. vi. Sequitur furtum etiam esse graue delictũ, quia difficulter remittitur. Sed ius ciuile considerat principaliter rigorem publicæ disciplinæ. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publicanis. unde puniũt adulterum graui pœna. l. Claudius. ff. de his quib. ut indig. quia tale delictum est cõtra bonos mores: furtum uerò leuius, quia est contra pecuniam, & plus curauit de bonis moribus, quàm de pecunia, prout etiam dicunt aliqui Theologi, quod nota contra statuta imponentia pœnam capitis furibus, & pœnam pecuniariam adulteris. 14

15 ¶ Noto quarto, † quòd pro crimine periurij quis depo- nitur, secundùm Abba. & Docto. hic: & tali etiam au- fertur beneficium. capitulo quærelam. infra de iureiurã. Fortius tenet Siculus hic, quod illud perdit ipso iure. ar- gumen. dicti capituli querelam. ibi, à præscripta ecclesia remouentes: quæ uerba respiciunt exequutionem facti: unde præsupponunt remotionem ipso iure factam. capi- tulo fina. ubi Butrius supra de postulan. per Modernos, in capitulo secundo, de rescrip. Adde, quòd imò nõ per- dit ipso iure, sed requiritur sententia: quia istud est re- gulare in omnibus delictis, ut per Felynum, in dicto capi. querelam.

Quartum notabile.

¶ Non obstat text. in illis uerbis remouentis &c. quia ultra responsiones Decij, quæ de facili impugnari pos- sunt, dicitur, quòd illa uerba possunt etiã referri ad exe- quutionem iuris: & ista interpretatio est accipiẽda tan- quam cõueniens regulæ. Facit tex. in. l. cùm posteaquàm. ubi Moder. C. de pactis. & possunt illa uerba importare canonem ferendæ sententiæ, non autem latæ. De quo per glo. undecima quæstione tertia, irritum, & in. l. in crimi- nali. C. de iurisdictione omnium iudicum. cum cõcordan. aliâs, si uera esset opinio Andreæ Siculi: sequeretur, quòd etiam homicida ipso iure perderet beneficium, per text. in capitulo miror. l. distinctione. ibi, sacerdotio priuatus, quæ uerba respiciũt exequutionem facti: & tamen istud non est uerum, quia requiritur sententia. capitulo cleri- cis. infra ne cleri. uel mona. & est communis conclusio, in capitulo inquisitionis. in principio, infra de accusatio. Et sic apparet, quòd illa regula de qua hic per Barba. nõ est

est semper uera.

¶ *Noto quintò, quòd † depositus pro crimine graui, non perdit ipso iure priuilegium fori, nisi interuenerit actualis degradatio, octogesimaprima distinctione, capitulo dictum, capitulo secūdo, de pœnis, in sexto. per* Ab*batem & cæteros hic.* Q*uæ autem sint crimina grauia: dominus* Abb*as in cap. at si clerici, supra eodem, dicit esse in arbitrio iudicis: & consequenter erit in arbitrio eius, quando uelit deponere aliquem, attentis tamen qualitatibus aggrauantibus, de quibus ibi per eum.* Ex *quo depositio non fit, nisi pro crimine graui, capitu. tuæ, ubi* Abb. *infra de pœnis.* 16

¶ Adde, † *quòd omnia crimina, quæ impediunt ordinis exequutionem post peractam pœnitentiam, dicuntur grauia, ut dicit* Butrius *in capitulo nisi, in fine principij, supra de renunciat. ubi enumerat illa crimina: & etiam referuntur per* Speculatorem, *in titu. de dispensatione. §. iuxta, uersiculo sunt quoque irregulares.* De *quo hic per* Aretinum. 17

¶ Et † *propterea, inferunt, quòd in istis casibus, clericus incarceratus non erit relaxandus etiam cum fideiussore, secundum textum in capitulo si clericos, infra de sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti, libro sexto, ubi clericus non relaxatur, quando excessus est enormis, uel quando alia rationabilis causa suadet.* Et *puto, quòd sit rationabilis causa, interim dum disputatur, an indicia sint sufficientia ad torturam.* Nam *est uerisimile, quòd clericus fugeret, ut euitaret torturam: quia est uerisimile, quòd quis fugiat metu* 18

metu torturæ, ut per Areti. in. ij. colum. facit quod notat Barto. in. l. prima. ff. de custodia reo. Felin. in capitu. legebatur, supra de maiori. & obedien. Ang. in tracta. maleficio. in uerbo fama publica, in. x. & . xi. quæstio. & facit:
19 quia † quotiescunque clericus est suspectus de fuga, non simpliciter standum est fragilitati cautionis, sed debet detineri: secundum Calderi. consil. xxi. de regularibus. &
20 Geminia. in dicto capitu. si clericos. & † idem puto, ubi ueniret imponenda magna pœna, puta detentionis in monasterio, nam tunc delictum dicitur graue: ut per Barto. in. l. leuia. ff. de accusatio. Salice. in. l. prima. C. de requirē. reis. Guido Papæ, in Decisio. Delphina. q. ccccxxix. & infra etiam dicetur aliquid: & tali casu satis dicetur clericus suspectus de fuga. argumen. capi. ut famæ, infra de senten. excommuni. Nam talis detentio in monasterio, est magna pœna de iure canonico, unde æquiparatur damnationi in metallum: secundum Abb. in capitu. quod sedem, de offic. ordinarij.

21 ¶ Noto sexto, † ibi: cum ecclesia non habeat ultra quid faciat: quòd ubi ecclesia non habet pœnam correspōdentem delicto: tūc clericus debet degradari, & tradi iudici seculari: nam tunc ecclesia dicitur non habere ulterius quid faciat.

Sextum notabile.

22 ¶ Ex hoc † infertur ad quæstio. disputatam per Abbatem, an iste ordo hic traditus sit seruandus in clerico, qui ualde enorme delictum commisit: puta, quia per proditionem interfecit aliquem alium sacerdotem, ut ei auferret pecunias, nam non uidetur, quòd ecclesia habeat pœnam condecentē huic delicto: & propterea nō debet expectari ut

ri ut pœniteat,sed debet degradari & tradi Curiæ secu= lari.Et ita tenuerunt Abb.in cap.at si clerici, in princi.in penul.colum.supra eod.Ancha.hic,& in regula ea quæ, in.xix.quæstio.de reg.iur.in.vi.& in consil.clvij.ex nar= ratis in facto,cum concordan.

¶Pro qua opinione adducit text.in cap.i.infra de ho= mici.inducendo ut per Abba.ibi.Ad idem facit cap.noui= mus,infra de uerbo.signific.ubi clericus degradatur,non quòd sit incorrigibilis,sed quia commisit damnosum & damnabile delictum.

¶Ad idem † facit ratio: quia nos uidemus, quòd falsa- 23 rius literarũ Papæ degradatur, non seruata forma istius text.ergo idẽ in delictis maioribus & ualde scandalosis, unde † etiam in odiosis & pœnalibus fit extensio pro= 24 pter maioritatem rationis,secundum nota.per Alexan.in auten.non licet.C.de libe.præteri.

¶Contrarium tenuerunt plerique Moder.in dicto capi tulo at si clerici,pro qua opinione,inducitur per eos iste tex.ponderãdo, quòd loquatur per uerba generalia siue quibuscunque criminibus: & sic debet intelligi etiam de delictis ualde enormibus,eodem modo dicit Aretinus hic, quòd tex.noster requirit duo,uidelicet quòd incorrigibi= lis sit, & quòd ecclesia non habeat ulterius quid faciat: ergo non sufficit alterum.Puto in puncto iuris esse ue= riorem opinio. Anchara.& Abb.quæ seruantur in pluri bus locis de facto.

¶Et moueor:quia nõ credo,quòd istud capitulum pos= sit trahi ad istos excessus ualde enormes,unde alia opinio non bene remaneret probata.

Non

¶ *Non obstat inductio Moder. dum dicunt primum & secundum dictum textus uerificari, etiam in delicto enormi, ergo etiam ultimum. Et sic, quòd ultra enormitatem delicti, requiratur incorrigibilitas, quia negatur istud. Nam si bene consideretur responsio posita in text. quæ est attendenda, non autem uerba interrogationis: iuxta glo. in l. 1. C. quando non peten. par. tex. loquitur in furto, periurio, seu alio crimine. Certè illa uerba alio crimine, non possunt intelligi de enormi.*

¶ *Istud probatur tribus ratiunculis.*

25 ¶ *Prima, quia dictio † alius, refertur regulariter ad similia tantum. cap. fina. ubi Archidiaco. infra de pact. in. vi. Bald. in. l. fina. C. de his qui à non domino. glo. in. l. si fugitiui. C. de seruis fugiti.*

¶ *Secunda, quia non includit maiora expreßis. capit. sedes, supra de rescrip.*

¶ *Tertia quia tex. dicit in singulari de crimine: sed ista delicta enormiaq; habent in se plura crimina: unde dicuntur qualificata, ut nota. in capit. uirginibus. xxvij. q. 1. per Paul. de Eleaza. in clemen. prima, de officio ordina. facit lex si adulterium cum incestu. ff. de adulte.*

¶ *Non obstat etiam inductio Aretini: quia respondeo, quòd in casu nostri tex. bene uerum erat, ex quo clericus erat incorrigibilis, & ecclesia non habebat quid ultra faceret. Sed casus noster non attingitur in hoc textu, sed probatur per alia iura, & ita teneo.*

26 ¶ *Fortius dicit Anchara. in dicto consilio. clvij. † quòd ubicunque de iure ciuili in aliquo delicto reperitur imposita pœna mortis naturalis, de iure canonico succedit*

degra

degradatio & traditio iudici seculari: per text. in auten. ut cleri. apud propri. §. illud palàm. Et ita refert tenuisse Ioan. Andre. & Innocen. in capit. qualiter & quando. ij. infra de accusatio.

¶ Sed ista regula Ancbara. est multum periculosa clericis: secundùm Ioan. de Anania, in dicto capitu. qualiter. §. ad corrigendos. in. vi. colum. & nō est uera: & eam ibi reprobat Fely.

¶ Primò per istum text. iuncta. l. iij. ff. de sicarijs. & l. quamuis. C. de adulte. Et istud fundamentum fuit domi. Abba. in dicto capit. at si clerici. de quo per Andre. Sicu. hic in ulti. colum.

¶ Sed potest responderi, quòd sicarius uel adulter nobilis, de iure ciuili nō punitur morte, sed deportatur. l. claudius. ff. de his quib. ut indig. & clerici habentur pro nobilibus, unde cessat ratio ista.

¶ Secundò mouetur Fely. per textum. in. l. cum uir. C. ad legem Iuliam de adulte. iuncto capitu. clerici. infra de excessi. prælato.

¶ Sed potest responderi, quòd imò pro crimine contra naturam, clericus potest degradari, ut probatur in dicto cap. clerici. ibi, deijciantur a Clero.

¶ Tertiò mouetur per tex. in capit. tuæ. infra de pœnis. iuncta. l. capitalium. §. famosos. ff. eod.

¶ Sed potest (ut dixi) responderi primæ rationi. Quare, tu fortius contra hanc regulam ultra eum inducas.

¶ Primò, † quia reiterans baptisma de iure ciuili, summo supplicio affligitur. l. secunda. C. ne sacrum baptisma reiteretur. Et tamen de iure canonico, clericus solum deponitur, 27

ponitur, laicus excommunicatur. cap. ij. ubi Ioan. de Ana. infra de apoſta.

¶ Secundò facit, quia malefici & incantatores, de iure ciuili gladio feriuntur. l. ij. l. nemo. C. de malefi. & tamen iure canonico, licet degradentur uerbaliter, nõ tamẽ traduntur curiæ ſeculari. xxvi. q. vij. capi. admoneant. Abb. in dicto cap. at ſi clerici. in penul. colum.

¶ Tertiò facit, quia familiares Principis iniuriam prouincialibus facientes, morte puniuntur ſecundùm leges, ut eſt text. in. l. uniuerſi. C. ubi cau. fiſca. & tamen de iure canonico pœna uidetur arbitraria. cap. 1. infra de exceſſi. prælato.

18 ¶ Quartò facit, † quia de iure ciuili, falſificans literas Principis, morte punitur: quia tale crimen dicitur graue. l. ubi. C. de fal. & tamen ſecus eſt de iure canonico. capit. ad audientiam. infra de crimi. fal. præterquàm in literis Papæ, ut ſupra dixi.

¶ Vltimò uidetur quòd iſta regula ſit contra mentem Doctorum communiter, dum tenent, quòd crimina quæ dicantur grauia: multũ reſidet in arbitrio iudicis: ſecundùm Abb. & Doctores, in dicto capitulo, at ſi clerici, & conſequenter, pœnæ etiam erunt arbitrariæ, quæ regulãtur ſecundùm grauitatem criminum, ut per Bartol. in dicta. l. leuia. ff. de accuſatio. Non eſt igitur uerum, quòd præciſe debeat iudex imponere pœnã degradationis, ubi leges imponunt pœnam mortis. Et ex hoc etiam confunditur opinio Butrij, in cap. cum dilectus. in. vi. colum. infra de purga. uulga. ubi dicit, loco mortis impoſitæ per legem, ſubrogari depoſitionem per Canones, unde teneas quòd

quòd istæ pœnæ sunt multùm arbitrariæ, respectu criminum quæ aggrauantur, secundùm qualitates positas per Abba. in dicto cap. at si clerici. Et hoc tenendo nõ obstat ratio Anchara. per tex. in dicto. §. illud palam: quia hodie ille. §. est correctus, per text. in autenti. statuimus: ubi Barto. C. de episco. & cleri.

¶ Noto septimò, † quòd quãdo quis depositus & excommunicatus adhuc est incorrigibilis: ecclesia non habet ultrà quid faciat. Istud intelligunt Docto. ut nõ procedat respectu pœnarũ, quia ecclesia habet alias pœnas, puta perpetui carceris & detentionis in monasterio, & similes. Sed quia iste clericus propter potentiam suam, nõ poterat capi, uel de carceribus euaserat. Sed iste intellectus continet maximam diuinationem, & non potest procedere: quia potuisset ecclesia implorare brachium seculare, & eum captum ponere in firmißimis carceribus. cap. ut famæ, infra de senten. excommunica. & aliter etiam reprobatur per Moder. hic. 29 Septimum notabile.

¶ Quare, aliter intelligit istum text. Decius hic: quòd ista uerba, ecclesia non habet ultrà quid faciat, intelligãtur respectu censurarum, de quibus supra dixerat. Sed certè etiam iste intellectus restringit text. & suprà dictum erat, nedum de censuris: sed etiam de pœna depositionis. Præterea, uerba sequentia in tex. non conueniunt, dum dicitur, ne poßit esse ultra perditio plurimorum: & tamen, si detrusus esset clericus ad perpetuos carceres, cessabat istud periculum.

¶ Vnde, tu dicas adhærendo opinioni quam tenui in capit. quod sedem, supra de officio ordina. quòd omnis de- Nouus intellectus Alciati ad hoc ca.

trusio ad carceres, uel in monasterium. & cæteræ pœnæ iuris canonici quæ irrogantur clericis, non imponuntur principaliter in uindictam delictorum: sed ad agendam pœnitentiam. cap. nouimus. infra du uerb. signi. cap. tuæ. infra de pœnis. unde, cùm seruata forma istius capituli, sit præsumptio legis, quòd iste nūquam pœnitebit, merito ecclesia non habet ulterius quid faciat: unde, eum non damnat ad carceres uel ad monasteriū, ex quo scit quòd non pœnitebit. Si uerò nō seruetur forma istius tex. licet de præsenti credatur incorrigibilis: tamen non tollitur spes, quin in futurum possit corrigi. Et propterea, *tunc non cessant alia remedia ecclesiæ. capit. ut famæ, infrà de senten. excommunica. & iste intellectus est planißimus.*

30 ¶ Noto ultimò † *ex text. in uerbo legitima, secundùm*

Notabile ultimum. *Aretinum hic: quòd si quis semel deliquerit, & sit punitus pœna condigna, & iterum delinquat, primum maleficium punitū semel, nō aggrauat sequēs, sed debet istud sequens pœna solum legitima puniri: secus si pœna non sit condigna.* Et ita *dicit debere intelligi quòd not.* Bar. *in. l. si is cui. §. fina. ff. de accusatio.* Et pro *ista opinio. facit tex. in cap. hi qui altar. distinctio. lxviij.*

¶ *Sed tu aduerte: quia iste tex. uidetur probare intētionem Aretin. quia etiam si sequens crimen aggrauaretur per primū, tamē erit uerum dicere, quòd puniatur pœna legitima: ex quo secundùm leges, tali delicto iterato, debet imponi grauior pœna. l. iij. C. de episcopa. audientia. l. seruos. C. ad legem Iuliā de ui. notat* Abbas *in capitulo graue, infra de præbendis. Geminianus in capitulo hoc*

31 *uestræ. xi. distinctio.* Et contra † Areti. *facit, quia si ex*

forma

forma statuti, aliquis pro tribus furtis debeat mori, quãuis soluerit pœnam primi & secundi furti, tamen pro tertio suspendetur: quia priora aggrauant istud ultimum. Ita tenent Paul. de Cast. & Cepo. in auten. sed nouo iure. C. de ser. fugiti. ubi allegāt concordan. Et idem est, si illa priora duo furta sint commissa in alieno territorio, uel sublata præscriptione, uel satisfactione, secundum Bart. in. l. si is cui. §. fina. ff. de accusa. Bal. in auten. qui semel. in. v. col. C. quo. & quan. iud. Alberi. de Rosa. in. iij. parte statutorum, quæstio. xxxvij. Imo in clementi. pastoralis, de re iudica. Ang. de Aretio, in tracta. malefic. in uerbo, & uestem celestem abstulit. Cataldinus, in tracta. syndic. quæstio. cxlix. Andream Sicul. cōsi. xi. col. xij. in. ij. uolumine. Feli. in cap. cùm contingat, in prima columna, infra de foro competenti. & in capitulo sicut, columna secunda, infra de testi. Iason, in. l. si idem. ff. de iurisdictio. omnium iudi.

¶ Et ratio est, ut consuetudo ista delinquendi puniatur, secundùm Bal. & Cepo. in dicta autenti. sed nouo iure. & Bald. in. l. si familia. in fine. ff. de iurisdict. omnium iu. di. ubi † infert, quòd si quis fecerit duo delicta simul, 32
non habebuntur nisi pro uno: quia tunc cessat ratio statuti fundata super consuetudine delinquendi. Et † pro 33
hoc facit, quod consuluit Bartholo. Veroneñ. consil. lxxvij. ubi, si quis ex interuallo bis blasphemauerit, in continuatione tamen sermonis, non punietur nisi pro una blasphemia: & sic habes primam limitationem, quam etiam tenuit Barto. in. l. eum qui. §. idem dicitur. ff. de furtis.

34 ¶ Secundò uidetur,† quòd poßit limitari, quando statutũ punit prima delicta pœna pecuniaria: quia facta solutione, uidetur quòd delictum sit extinctum, unde nõ debet amplius aggrauare, quia, qui soluit, habetur pro absoluto. l. si quis cum totum. §. planè. ff. de excep. rei iudica. Et quod not. Bald. post Iaco. Butriga. in. l. & si seuerior. in. iiij. col. C. ex quib. cau. infa. irrog.

¶ Contrariũ tenuit Bal. in dicta auten. qui semel, & in. l. certum. ff. si cert. peta. ubi dicit, quòd licet delictum per solutionem pœnæ sit sublatum, tamen remãnet infamia. l. indulgentia. C. de abolitio. quæ infamia aggrauat.

¶ Posset fortè in isto casu defendi opinio Areti. hic: ut, si ista pœna pecuniaria sit proportionabilis excessui, procedat limitatio. Nec obstaret ratio Baldi: quia dato quòd infamia nõ tolleretur, tamẽ omnis effectus qui inde posset resultare, uidetur tolli per solutionem. Est uerum, quòd communis intentio Doctorum etiam in hoc puncto uidetur esse contra Areti.

¶ Tertio limitatur per Bal. ualde notabiliter in. l. 1. in. iiij.
35 col. C. de ædili. actio. ubi dicit, quòd si † statutũ respicit factũ, puta quia dicat, si quis fecerit tria furta, moriatur: tunc procedit communis conclusio: quia licet sit satisfactum pro primo furto, uel sit alibi commissum, tamen uerificantur uerba statuti, quia uerum erit dicere, quòd iste fecit tertium furtum. Si uerò statutum non respiciat factum, sed pœnã: puta, si dicat pro duobus furtis quis decapitetur, tunc primum non grauabit sequens, secundum eum. Puto dictum Bal. esse uerum: quia in isto casu, statutum dat pœnam istis duobus furtis simul, non alteri tantum:

tum: nec in isto casu uerba important, quòd statutum uoluerit punire cõsuetudinem & infamiam, quæ superesset ex primo furto.

¶ Quarto limitatur † quando iste reus post ultimum delictum stetisset longo tempore uir probus, & mutasset mores malos: nam priora nõ aggrauabunt illud ultimum, Ex quo, tũc cessat ratio legis. Nam tale statutum factum est ad puniendam cõsuetudinem, ne quis de facili reiteraret delicta. Sed † si quis per triennium saltem fuerit bonus, nõ præsumitur, quòd uelit reuerti ad delictum prius factum, ut est textus in autenti. de mona. §. nam & si uitium. & ita limitatur regula cap. semel malus, de reg. iur. in. vi. Et ita consuluit Roma. consil. ccxxvi. ut præmissa, in. ij. colum. 36 37

¶ Sed ista limitatio non uidetur quòd sit uera. Primò, quia statutum uoluit punire illam consuetudinem, eo quòd inducta fuerit per tres actus. ergo non habemus curare, ubi semel incidit in pœnam, quòd deinde fiat bonus, ut nota. in. l. qui ea mente. ff. de furtis. Est uerum, quòd si post longum tempus istud delictum uenisset in cognitionem, esset delinquens leuiori pœna afficiendus. l. si diutina, ubi Bart de pœnis. Anchara. & Andre. sicul. in cap. fina. infra de consuetudi.

¶ Et propterea, inferunt ibi Moder. † quòd si quis olim commisisset homicidium, si deinde nunc detegatur talis homicida, non erit morte afficiendus, sed leuiori pœna: uerum istud non procederet, tam breui termino, sicut trium annorum: sed requirerentur saltem decem anni, ut per glos. in dicta. l. si diutina. 38

¶ Preterea, contra Roma. etiam facit: quia tex. in dicto §. nam & si uitium, loquitur in monacho, ad finem ne extrahatur extra monasterium: nec uidetur generaliter trahendus extra illum casum. & istud tanto magis procederet, quando illud triennium intercessisset inter primum & secundum seu tertium delictum, ut per Bald. in dicta auten. qui semel, dum loquitur quando priora delicta sunt sublata præscriptione: & propterea in suo casu, sine dubio credo quòd Roma. malè loquatur.

39 ¶ Quintò limitatur, † quando cōdemnationes priorum delictorum fuissent nulliter factæ: & circa istam nullitatem seu etiam iniquitatem posset iudex ultimi delicti incidenter cognoscere, ad finē ut uideat nunquid istud ultimum aggrauetur. Ita dicit Roma. in dicto cōsi. ccxxxvi. & istud puto uerum. Aduerte tamen, quia si iste reus soluit condemnationem, non uidetur quòd poßit allegare se iniustè condemnatum. l. ad solutionem. C. de re iudica. nisi prætenderet aliquam iustam causam timoris, uel similem cur soluerit.

40 ¶ Sexto limitatur † secundum Roma. in dicto consilio quando pro prioribus delictis fuisset quis absolutus, tunc enim dicitur fecisse delictum, & sententia facit ius. l. ingenuum. ff. de statu homi. Nec per hoc quòd aliquis fuerit pluries accusatus, remanet aduersus eum aliqua infamia, quæ poßit aggrauare delictum, ut dicit Andre. Sicu. consil. xi. col. xij. uolu. primo. Nam & Marcus Cato fuit quater & quadragesies accusatus, ut dicit Plinius, & semper absolutus.

¶ Est uerū, quòd ista limitatio nō procederet, quando qs fuisset

fuisset absolutus per collusionem uel per solutionem pœnæ ante sententiam: quia adhuc militant uerba statuti.

¶ Septimò † limitatur, ut non procedat quò ad priora furta: quia prius furtum nõ aggrauatur per sequens, sed econtra, unde si quis commiserit primo hic furtũ, deinde alibi duo, si hic deprehendatur, non punitur nisi pœna simplici. Ita fuit consultum & bene, inter cõsilia Bal. consil. ccclviij. uiso themate. in. v. uolu. Attenditur enim tempus cõmißi delicti, quò ad pœnam inferendam, unde non aggrauatur ex postfacto. l. i. ff. de pœnis. l. iniuriarũ æstimatio. ff. de iniurijs. Et quia † præcedẽtia magis influunt in sequentia, quàm econtra: ut nota. in. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. 41 42

¶ Tu, circa istud notabile, teneas menti decisionẽ Guliel. de Cun. quam ibi sequitur Bal. in. l. iij. per illum tex. C. de episcopa. audien. ubi dicit, † quòd si quis commiserit aliquod delictum, de quo habuerit gratiam: si deinde reiteret, gratia secunda non ualet, nisi Princeps fuerit certificatus de priori delicto. Imò rescriptum præsumitur subreptitium. sequitur Ioan. de Ana. in cap. ad abolendam. in ij. col. infra de hæreti. Siculus in. c. super literis. in. xxiiij. col. supra de rescrip. Ioan. Crotus in capi. fina. in. §. finali. colum. penul. de constitu. in. vi. Moder. repet. in cap. fina. in primo notabili. infra de consuetudi. 43

¶ Iste casus frequenter contingit: & propterea aduerte ad duo.

¶ Primum est, quia cùm hic uertatur in dubium de subreptione rescripti, tanquã nõ præsumatur fuisse de mente principis facere gratiã tali: uidetur, quòd antequã iste

condemnetur, debeat consuli Princeps, ut declaret mentem suam. l. neratius. ff. de regulis iuris, unde, parte petente, statuetur sibi terminus, ut eum consulat.

¶ *Secundò, aduertẽdum est, nunquid ista decisio procedat, quando ille deliquisset in eodẽ genere delicti, an etiã si fecisset diuersum delictũ: & uidetur procedere, etiam si fecisset diuersum delictum. argumen. tex. nostri hic, secundùm communem intellectum: ubi clericus periurus aggrauatur, nedum si nouum periurium committat, sed etiam si aliquod aliud crimen diuersum.*

¶ *Puto cõtrarium, quia tex. in dicta. l. iij. propriè loquitur de delicto eiusdem speciei reiterato. Et ita loquitur* Guiliel. de Cuneo, *unde, ista aggrauatio oritur ex reiteratione. Et facit doctrina* Barto. *in. l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de ope. no. nuncia. & etiam cõfirmatur: quia regula semel malus, de reg. iur. in. vi, quæ procedit in eodem genere mali, ut ibi notatur, nõ autem in diuerso: & text. noster procedit, quando pœna imposita, puta depositio, non plenè purgabat delictum, sed requirebatur pœnitentia, ut hic per* Anchara.

GLOS. PRIMA.

IN GLOS. PRIMA. *Pro declaratione huius*
44 *glos. uidendũ est primò, † nunquid liceat laico capere*
Captura clerici. *clericũ, & captura teneat. Et glos. hic dicit, quòd non. Et pro hoc est text. in cap. si uerò. infra de senten. excom. & in cap. ij. in uerbo, distinguere, infrà de foro compet. Facit glos. in cap. si quis suadente. xiij. q. iiij. ubi, si laicus*

hoc

hoc faciat, incidit in illum canonem. Dicit *tamen* Abbas *hic, quòd ſi laicus non eſſet in dolo, puta quia nō caperet eum ſuadente diabolo, tunc non eſſet excommunicatus.*
¶Et *propterea, dicunt* Moder. † *quòd quælibet cauſa* 45
excuſaret laicum: ex quo, quælibet cauſa etiā iniuſta excuſat à dolo. l. igitur. ff. de libera. cau. nota. in. l. ſi plagij. C. *ad leg. falc. de plagia. pro quo facit, quia excommunicatio non infligitur niſi exiſtenti in dolo: ſecundùm* Ioan. *Andre. in cap. quātæ. in fine, infra de ſenten. excommuni. & habetur in ſumma angelica in uerbo excōmunica. 7. unde mediator ſimoniæ non eſſet excommunicatus, ſi neſciret, uel aliter nō eſſet in dolo. & ita limitatur extrauagans* Paul. *ſecundi, quàm deteſtabile, in titu. de ſimo.*
¶*Sed tu aduerte: quia iſta poſſēt ꝑcedere in foro animæ: ſed in foro canonico uidetur quòd ſufficiat dolus præſumptus, ut probatur in dicto capi. quantæ, in uerbo interpretamur.* Et *ſatis eſt de mente* Feli. *pro quo etiam facit gloſ. in cap. ſi clericos. in uerbo iniuria, de ſenten. excommuni. in. vi. ubi quis licet non ſit in dolo, tamen ſi indebitè aufert equum clerico, eſt excōmunicatus, & lex uidetur præſumere dolum: nec uidetur, quòd dicta* Moderno. *ſint uera, dū dicunt, quòd quælibet cauſa iſto caſu*
excuſaret. Nā *ubi* † *aliquis delinquit contra ea quæ ſunt* 46
prohibita iure diuino, tunc nō excuſatur à dolo, niſi probauerit iuſtam cauſam, ut per Salic. *in. l. ſenatus.* C. *de his qui ſibi in teſta.* Imo. & Rapha. *in. l. ex cōſenſu. §. fina. ff. de appella.* Alex. *conſi. ciij. uidetur. col. penul. in primo.* Sed *laicus uidetur prohibitus etiā iure diuino, per illud, nolite tāgere* Chriſtos *meos: & quia immunitas eccleſia*

stica est de iure diuino,ut not.per Fely. in.c.ij.supra de maio.& obed.& est communis opinio,ut supra dixi. Et confirmatur ista opinio aduersus Moder.ex tex.in dicto cap.si quis suadente.§.committant: ibi autem nesciendo committunt,aut negligendo uiolant:& sic ignorãtia punitur in quam non cadit dolus.

47 ¶ Et propterea,uidetur quòd laicus in supradicto casu esset excommunicatus, tanquam sit in dolo præsumpto. Quod etiam confirmatur tribus rationibus.

¶ Prima,quia qui se ingerit,præsumitur in dolo.l. spadonẽ.§.fi.ff.de exc.tut.quia uidetur hoc in contẽptũ facere.ut per Abb.in.c.intelleximus.in pen.col.supra eo.

48 ¶ Secũda,† quia quando aliquis facit illud quod est de genere prohibitorum,licet aliquo singulari casu permittatur,tamen præsumitur in dolo:& sic est excõmunicatus,nisi ipse probet contrarium.l.si nõ conuitij.C. de iniurijs.Bald.in.l. dolum.C.de dolo.

49 ¶ Tertia, † quia qui facit quod non debet,præsumitur in dolo.l.si procuratorem.§.fina.l.dolus.ff.mãda. Paul. de Cast.in.l.ubi exigitur.in princ.ff.de eden.Et sic concludo,quòd si laicus capiat clericũ,præsumatur in dolo: & cõsequenter sit excommunicatus:nisi capiat ex iustis causis,quas infrà ponã.In foro uero animæ,istæ præsumptus dolus nõ attenderetur,si uerè non interuenisset.Pro quo facit quod not.Ioan. Andre.in cap.is qui sedẽ:infra de sponsali.ubi dicit,quòd iura quæ se fundãt super præsumptionibus,non habent locum in foro animæ.

50 ¶ Limitatur † primò ista conclusio, nisi laicus caperet clericum de licentia episcopi sui,capitu.ut famæ,infra de senten.

senten.excommuni.cap.si clericos,eod.titu.lib.vi.

¶ *Sed,† quid si episcopus dat generalem licentiam Iudi-* 51
ci seculari,ut poßit capere quoscunq; clericos facinoro-
sos: & sibi præsentare? Anto.de Butr.hic dicit, quòd tali
casu laicus qui caperet clericum,nõ esset excõmunicatus,
Ancha.in.d.regula iuris, ea quæ,in.xxi.q. & Areti.hic
dicunt istud nõ esse uerum,nisi in casu quo clericus repe-
riatur in flagranti crimine : ex quo tunc potest capi sine
aliqua cognitione , aliâs uerò non. Et † est ratio, quia ad 52
hoc ut aliquis capiatur, debet præcedere aliqua cognitio
circa præsumptiones & indicia,ut not.in.l.ij.C.de exhi-
ben.reis.& per glos.in clemẽ.pastoralis, in uerbo de mo
re,de re iudica. Sed ista cognitio non potest demandari
per episcopum laico.cap.ij.supra eod.

¶ *Posset fortè teneri opinio But.quia tex.in.d.c.si cleri-*
cos,& in.d.c.ut famæ,habet locum etiam in tali casu,per
rationem ibi positam.Nec uidetur,quòd in ordinario,qui
uelit capere clericum , sit necessaria ista cognitio, ut per
glos.in cap.fin.de accusa.in.vi.Sed sufficit quædam leuis
præsumptio,quæ potius uidetur esse facti,& potest cõ-
petere laico,ut nota.in cap.i.supra de procura.

¶ *Præterea licet Iudex nõ adhibuerit hanc cognitionem,*
captura tamẽ de se tenet:nec est ipso iure nulla,ergo lai-
cus non erit excommunicatus.

¶ *Secundò † limitatur in casibus in quibus potest cleri-* 53
cus uerberari, iuxta capitu. iij. infra de senten. excom-
munica.quia à fortiori poterit capi ut ducatur ad suum
Iudicem.Ita tenent Ioan.Andr.Abb. & Moder.hic.arg.
l.nec in ea.ff.de adulte.

Sed

54 ¶ Sed tu † aduerte, quia uerberare & capere aliquem in isto casu, uidentur esse diuersæ speciei, unde tunc non procedit regula, quòd cui licet plus, liceat quod est minus: secundum Ioannem Andre. in cap. in pœnis, de regu. iur. in. vi. quem allegat Areti. in. l. ij. in fine. ff. de lega. primo. & probatur in. l. solemus. §. fin. ff. de iudic. facit cap. cui de non sacerdotali, de præbendis. in. vi. Quod autem sint diuersæ species, probatur: quia uerberare, respicit actum priuatum: ducere in carcerem, respicit actum publicum. l. prima. C. de priua. carceri. Potest responderi, tenendo quòd dictum Ioan. Andreæ non sit uerum, prout etiam tenuit Decius hic. Et sic, quòd ualeat regula generaliter, quòd cui licet plus, liceat quòd est minus: quãuis sint diuersæ speciei. l. in suis, in fine. ff. de libe. & posthu. ubi, lex quòd quis poßit occidere, extẽditur tãto fortius, ut poßit exhæredare, Moderniores respondent, quòd ibi est lex ipsa quæ extendit.

¶ Sed istud nihil est: quia ratio habet locum, ut etiam poßit fieri extensio ab homine: & pro ista opinione, est casus in. l. ex eo. C. de agenti. in reb. libro. xij. ubi dicitur, quòd absurdum est in eum posse criminaliter ferre sentẽtiam, cuius de nulla re pecuniaria poßit iudicare. Ecce ergo, text. arguit ad diuersam speciem.

¶ Nec obst. dicta lex solemus. §. fin. quia ibi latrunculator uidetur accipi pro Iudice, ad cuius officium spectet inquirere & iudicare latrones, non autem generaliter pro quolibet iudice criminali, unde cùm habeat iurisdictionem distinctam, meritò non cognoscit in causa pecuniaria.

Et

¶ Et † ex ista limitatione infertur, quòd liceat mihi ne= 55
dum me defendere ab insidiatore, iuxta legem ut uim, de
iusti. & iure: sed etiam eum capere propria autoritate,
& ad iudicē ducere: & captura tenebit. Istud probatur
ex mente Doct. hic, dum allegant tex. in dicto cap. iij. &
facit quod no. Bal. in repetitione legis primæ, in. iij. q. C.
unde ui: ubi dicit, † quòd licet mihi pro defensione rerum 56
mearum capere aggressorem, ne fugiat, & ducere ad iu=
dicem: sequitur Ias. in dicta. l. ut uim, in. vij. col.

¶ Tertio † limitatur, ut clericus possit capi per laicum, 57
ad finem ut cōmittendum delictum prohibeatur, secun=
dum Abb. hic: & sequuntur alij. Nam spectat ad publi=
cam utilitatem, ut delictis obuietur. ca. fortitudo. cap. non
infrenda. xxiij. q. iij. Facit, † quia ubi agitur de publica 58
utilitate, quis incarceratur, etiam nō expectato præcepto
Iudicis. l. generali. C. de decurio. li. x. Imò in isto casu, de=
linqueret laicus, nisi prohiberet. xxiij. q. v. cap. nō est in=
nocentiæ. Facit glo. in cap. ij. infra de hæreti. cum simili=
bus hic per Moder. & in tali casu, si socius interficiat
clericum se præparantem ad mortem sui socij: non erit
excommunicatus, secundùm Innocen. & Anchara. in di=
cto cap. iij. de senten. excommunica.

¶ Et istam † conclusionem intellige, quando aliàs com= 59
modè delictum non posset impediri: nam ratio Docto.
aliàs non militaret.

¶ Item † intellige, ut prædicta cōclusio procedat etiam 60
in delicto præsumpto: puta, quòd quis reperiatur de no=
cte: quia, qui malè agit, odit lucem. cap. consuluit, supra
de offic. delega. secundum Abb. hic & Moder.

Quod

¶ Quod puto esse uerum, ubi subesset uerisimilis coniectura, quòd iste clericus iret ad faciendum aliquod delictum: puta, quia reperiretur armatus, uel indutus uestibus laicorum. Est enim præsumendum contra tales, qui prohibita faciunt, ut not. in. l. si non conuitij. C. de iniur.
61 in. l. si qua. C. de epis. & cle. Et † qui portat arma, præsumitur habere malum animum: secundum Bal. in capi. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. in usibus feudo.
62 ¶ Sed † pone, quòd clericus repugnet capientibus: est ne laico licitum, eum uerberare, quando aliter nõ permittit se duci? uidetur quòd sic, per tex. in. d. c. si clericos: dũ tamen modus nõ excedatur: & in. c. ut famæ, in ultimis uerbis. Et ita uidetur de mẽte Ioan. Andr. in. d. c. si clericos. ¶ Sed tu aduerte: quia in contrarium obstat text. in cap. uniuersitatis, infra de senten. excommuni. ubi clericus qui potest capi per laicum de consensu episcopi, non tamen potest, etiam eo consentiente uerberari: nisi respondeas, quòd ille tex. procedit, quando quis uerberaretur principaliter ad correctionem uel uindictam: secus in casu nostro, in quo uerbera ueniunt in consequentiam rei licitæ, quia prohibet se capi.
63 ¶ Quartò † limitatur, quando esset uerisimilis suspitio quòd clericus fugeret, et sic delictũ remaneret impunitũ: nam & tũc publicè interest, ut talis delinquẽs capiatur. Ita Abb. hic, & est communis opinio, ut hic per Feli. & per Bar. in. l. si quis in seruitute. ff. de furt. cum cõcordã. ¶ Contrariũ tenent Areti. Sicu. & Decius hic, & Alexan. in. d. l. si quis in seruitute, in apostillis ad Bar. Et pro eorum opinione uidetur stringere tex. in. d. cap. iij. infra de sen.

de sen.excõ.ad quem respondet Decius. Quæ solutiones satis restringunt tex.unde infra ego aliter respondebo.

¶ Secundò uidetur urgere tex.aliter inducẽdo quàm alij faciant,in.d.c.ut famæ.Nã ille tex.in prin.loquitur etiã quando suspitio est,quòd clericus fugiat:unde cùm prosequatur in text. laici uerò &c. debet intelligi etiam in casu,quo sit clericus suspectus de fuga,quia †ista aduer 64
satiua uerò,repetit eandẽ qualitatem:secundùm Bald.in l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. Alexand.in.l.filius à patre.in.x.col.ff.de libe.& posthu. Et facit quod notat Barto.in.l.in repetendis.de lega.iij.

¶ Tertiò contra istam opinio.uidetur facere, quia quãuis clericus deprehẽdatur, nõ tamen est uerisimilis præsumptio,quod fugiat:ex quo laici non poterũt perhibere testimonium contra illum,imò reijciuntur.cap.decætero.infra de testi.

¶ Contra eandem opinio.etiam inducit Alexand. tex.in dicto cap.uniuersitatis.ubi etiam in casu necessitatis Abbas non potest facere uerberari clericum à laico,ergo nõ debet licere laico capere sine licentia.

¶ Item mouetur,quia non est uerũ,quòd delicta fugiente clerico,remaneant impunita: ex quo, poterit procedi aduersus eius bona.Item fiet remißio ad petitionem Iudicis.clementina pastoralis,de re iudicata. Et hæc fundamenta etiam fecit Aretinus hic. Pro eadem parte etiam mouetur Decius hic:quia ratio Abba. non uidetur uera: quia licet laicus in tali casu non incidat in canonẽ si quis suadente,ex quo cessat dolus, tamen non sequitur quòd captura teneat.

Puto

¶ Puto communem opinionem esse ueriorem: pro qua sententia defendenda, considerandũ est, quòd text. in dicto cap. ut famæ, & in dicto capitu. si clericos, sine dubio concedunt fieri talem capturam de mandato episcopi sui: prout suprà latius uidimus. unde infertur, quòd etiam poßit fieri sine mandato, dummodo episcopus suus ratificet. capi. ratihabitionem. cũ ibi nota. infra de reg. iuris, in. vi. & quod not. Abb. in capitu. quod sicut, de electio. unde, quando laicus uidet clericũ suspectum de fuga, potest uerisimiliter cogitare, quòd mens episcopi est, ut talis capiatur, ne fugiat: & quòd si sciuisset, dedisset sibi licentiam, unde meritò sufficit ratihabitio. Istud probatur aliquibus similibus.

65 ¶ Primò per † id quod not. Bald. in cap. cùm omnes, supra de constitutio. ubi per illum text. dicit, quòd potest capitulum facere aliquam utilem constitutionem, etiam episcopo absente, de rebus ecclesiæ: quia in tali casu, uerisimile est quòd consensisset, cum iustam causam dissentiendi non haberet.

66 ¶ Secundò, † facit quod nota. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. ubi Bal. notat quòd in quacunq; materia fit talis extensio, ut habeatur pro facto illud quod quis fuisset uerisimiliter facturus, si de eo casu cogitasset. Idem notãt Moder. in. l. Barbarius. ff. de officio præsidis.

67 ¶ Tertiò facit, † quia quando utiliter agitur, præsumitur, uel est, ac si præceßisset mandatum: secundùm Abb. in cap. cùm pro causa. in fin. supra de procurato.

68 ¶ Quartò † facit tex. & ibi glos. in capitu. fina. infra de pœniten. & remißio. ubi quando dilatio esset periculum allatu

allatura, prout in casu nostro, non est expectanda licētia superioris. Facit quod not. glos. in. l. nullus. C. de Iudæis.
¶ Quintò adduco quod uoluit Barto. in. l. de pupillo. §. ipsi prætori. in ulti. col. ff. de ope. no. nuncia. † ubi per illum tex. dicit, quòd si fiat iniuria rustico, & ipse protestetur ex parte prætoris, & ad eū iter arripiat, habetur ac si à principio fecisset protestationem, cum autoritate Iudicis. & idem est in nunciante nouum opus: ut ibi per eū. Et faciunt notata in ead. l. de pupillo. §. si quis riuos. 69
¶ Et hoc tenendo non obstant allegata in contrarium.
¶ Et primò nō obstat dictū cap. iij. quia ibi dum dicitur, quòd nō licet clericum depræhensum in adulterio mulieris extraneæ uerberare uel capere, satis fateor esse uerū de se: sed si ceperit & duxerit ad episcopum, & episcopus ratificauerit expresse uel tacitè, retinendo eū in carceribus, cessat ratio text. quia non ipse deprehensor, sed episcopus ipse uidetur cepisse. cap. penul. infra de senten. excommunica. in. vi. quamuis etiam text. in dicto cap. iij. non uideatur loqui, quando clericus captus fuit, ut duceretur ad Iudicem: quid enim, si eum cepißet solū ut infamaret eum coram populo.
¶ Nō obst. tex. in dicto cap. ut famæ, quia sumus in casu exceptionis, dum ibi dicitur, dū tamen id de mādato &c. ratificatio enim æquiparatur mandato, per regulam iuris antiqui, ut supra dixi. unde dispositio de uno loquēs, habet locum etiam in alio in qualibet materia: ut per Bart. in. l. ij. de leg. i. & Doct. in auten. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesijs. Et facit, † quia etiā ubi lex requirit speciale mandatum: tamen sufficit ratihabitio. l. quod si 70

speciale mandatum.ff.de minori.per Bal.in.l.si maritus. C.de procurato.& in.l.multum interest.in.iij.colū.C.si quis alteri uel sibi.per Iaso.in.l.si quis mihi bona.§.iussum.ff.de acquiren.hæred.& facit tex.notabilis in cap. primo.infra de homici.lib.vi.

¶ *Non obstat, quòd non sit uerisimilis suspitio fugæ: ex quo laici non admittuntur ad testimonium contra eos in criminalibus: quia istud argumentum nō est generale, & non procederet in notorijs.Item, quando aliter delictum probari non posset: quia uerisimiliter nō adfuißet aliquis clericus: ut per Abb.& Areti.in dicto capitu. decætero. Præterea, laici saltem faciūt indiciū ad torturam, prout ibi dicitur. Huius timore, est uerisimile quòd clericus fugeret, ut per Barto.in.l.fina.in princip.ff.de bon.eo.qui sibi morem cōsciuerunt.Et facit text.in dicto cap.ut famæ.in prin.& per Areti.hic.*

¶ *Non obstat tex.in dicto cap.uniuersitatis, quia facilius permittitur carceratio, quàm uerberatio, ut hic per Moder.Item ille tex.debet intelligi, quādo Abbas potest facere uerberari per alium clericum, ne aliâs impunita remaneant delicta: fortè ille tex.non procederet.*

¶ *Nō obstat, quòd iste clericus poterit puniri alijs modijs: quia respondeo, quòd eo fugiente nō considerantur illa remedia, ut probatur in.d.c.ut famæ, in princi.*

¶ *Non obstat respōsio Decij ad rationem Abbatis: quia dato, quòd laicus non sit excommunicatus, tanto facilius poterit captura ratificari per Prælatum: ex quo laicus non affligitur pœna dicti canonis: & sic, actus non est funditus nullus: iuxta nota.per Innoc.in capitu.prudentiam,*

tiam,supra de offic.delega.

¶ Et sic resideo cum communi opinione quæ clarius procedit in ciuilibus, ueluti si † clericus fugiat propter 71
debita. Nam tunc licet laico creditori cum capere, quia tunc agitur de eius interesse, ut tenuerunt Ioan. Andr. Ioannes de Ligna. Abb.& cæteri hic, argumen. text. in. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem creditorum. Et facit ratio: quia iste clericus fugiens ne satisfaciat, est in delicto, unde potest capi ad finem, ut obuietur delicto committendo per supradicta secundum Siculum hic.

¶ Confirmatur ista opinio. Nam ualet argumentum de tempore & loco, ad personas. l. uinum. ff. si cert. peta. l. si quis exhæredato. §. ex quo. ff. de iniusto rupto & irrito testamen. Sed potest quis fugitiuus capi tempore feriato in honorem Dei, ut est glos. communiter approbata in. l. fina. C. de ferijs. uel etiam in loco sacro, secundum quandam opinionem Iaso. in dicta. l. uinum, ergo idem in persona. Facit, † quia fugitiuus non potest opponere exce- 72
ptionem incompetentiæ iudicis, secundum Anchara. cōsi. cxcij. in auxilium ueritatis. Roma. consi. ccxlij. unum est, quod subtiliter Alexan. in. l. de pupillo. §. si quis riuos, de noui oper. nuncia. Roma. Ias. & Moder. in. l. ij. ff. de iurisdictio. om. iudi. Et ampliatur † hæc conclusio, ut proce- 73
dat nedum in ipso creditore, sed etiam in socijs & agentibus ipsius creditoris, capi. olim, infra de restitu. spolia. secundum Abba. & Areti. hic. Item etiam in procuratoribus, quamuis creditor non adesset, ut est gl. in. l. i. in uerbo ab his. C. ubi quis de curia.

¶ Sed tu aduerte, quia ista conclusio, secundùm Sicul. est dubia: quia tex. in dicto. §. si debitorem, non loquitur de captura personæ, sed de captura rerũ tantum. & ita etiã notabiliter dicit Cõmen. consil. clvij. in ulti. col. & fuit de
74 mente Cyni. institu. de actio. in princi. pro qua † opinio. facit: quia difficilius conceditur captura personæ, quàm rerum, unde non ualet pactum, quòd liceat creditori capere debitorem propria autoritate: secus de rebus, secundum Alex. post alios, in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Areti. in. l. nemo potest, in princi. ff. de lega. 1.
75 ¶ Præterea & fortius uidetur obstare alia ratio: † nam clericus non potest regulariter capi & detineri in carceribus pro debito pecuniario. cap. lator, de pignori. capit. Odoardus, de solu. Ioan. And. in cap. si clericos, de sentẽ. excommuni. in. vi. Moder. in. l. miles. in princi. ff. de re iudi. unde si prædicta limitatio esset uera, sequeretur quòd capi clericum à laico, sit unum speciale: & ut capiatur pro debito ciuili, est aliud: & tamen plura specialia simul non concurrunt. l. si quis rem. ubi Barto. ff. de pollici. & Bar. & Doct. in. l. si is qui pro empt. in ulti. q. ff. de usuc.

¶ Tenendo communem opinionem, hic adhærendum est supradictæ rationi, quòd iste fugiens sit in delicto: unde licitum est laico eum capere: quia in effectu dicitur obuiare delicto, quòd sua interest, ne committatur.

¶ Et ex hoc infertur responsio ad aliam rationem. Nam licet regulariter clericus non debeat incarcerari pro debito ciuili, tamen istud non procedit in casu nostro, in quo ultra debitum agitur de euitando delicto, & sic non est aliquod speciale, quòd clericus incarceretur pro debito ciuili,

uili, cui sit annexus dolus. arg. c. grauis. infra de deposito.
¶ Et † *ex hoc uidetur, quòd poßit limitari tex. in. d. ca.* 76
Odoardus, infra de solutio. ut non procedat, quãdo talis clericus esset in dolo. Et *propterea, in illo textu consideratur illa qualitas, quòd clericus de plano recognouerat debitum.* Nam *si scienter negasset, & deinde fuisset cõui ctus, nõ uidetur quòd ille tex. procederet, ex quo lex præ sumit aduersus talem. l. sed hoc ita. ff. de re iudica. l. si dubitet. §. 1. ff. de fideiusso. l. rem alienam, in ulti. respõ. ff. de pignorati. actio. unde talis nõ gaudet beneficio ceßionis. ut est magis cõmunis conclusio in. §. fin. institu. de actio. per* Angel. *Iaso. &* Docto. *in. l. 1. C. qui bon. cedere poss.*
Et † *præsumitur dolus in eo, qui sciens se non esse soluen do, contrahit multa debita, & allicit creditores ad sibi credendum. l. penulti. ff. de iure dotium. per* Paul. *de Cast. in. l. etiam. §. 1. in fi. ff. solu. matri. unde* † *si post debita cõ* 78
tracta, clericus dolo fecisset, ne posset soluere integrum debitum, non posset uti beneficio dicti cap. Odoardus, *se cundùm* Andre. *Sicul. ibi. argumen. dictæ. l. etiam. §. licet.* Et *facit quod not.* Dynus *in regula peccatum, in fine, de regu. iur. in. VI.*

¶ Poteſt *etiam ad prædictas rationes aliter responderi.* Et *primò, ad. §. si debitorem, quòd ille tex. probat à fortiori: quia si licet capere debitorem quantitatis fugitiuũ, & ab eo auferre pecuniam debitam, quo casu uidetur cre ditor sibi ius dicere propria autoritate, cõtra legem extat. ff. quod me. cau. multo fortius licebit capere personã, & trahere eam ad iudicem: quo casu, creditor nõ dicitur sibi dicere ius propria autoritate.* Et *credo quòd* Docto

res uoluerint inducere illum tex. hoc modo.

¶ Ad secundam rationem potest responderi, quòd laicus capit clericum fugiẽtem, & ducit ad carceres, seu ad Iudicem qui eum incarcerat: non ad finem ut ibi remaneat pro debito pecuniario, sed ad effectum ut saltem satisdet de parendo iuri. secundum Ioan. And. in dicto cap. si clericos: uel caueat de satisfaciendo, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit, in casu quo non sit soluendo, secundum dictum cap. Odoardus. Et ista respõsio est uerior, quãdo clericus ex iusta causa fugisset, ita quòd nõ esset in dolo.

¶ Et sic remanet defensata ista communis opinio, quam
79 sanè intellige, uidelicet † quãdo clericus esset in ipso instanti actu fugæ, aliàs si solum esset circa præparamẽta, & superesset tempus competens, teneretur laicus adire episcopum, qui deberet adhibere aliqualem cognitionẽ, an clericus esset debitor, et an suspectus de fuga. De quo per Docto. in. l. si fideiussor. §. fina. ff. qui satisda. cogan. Et ita istam conclusionem intellexit Ioan. Bapt. de sancto Seueri. in tractatu de debitore fugitiuo in. v. parte principali. in. vi. q. & mihi placet. Et ex hac declaratione tolluntur quædam rationes Andr. Sicul. hic.

80 ¶ Sed † circa istam limitationem occurrit dubitatio. Quid si aliquis capiat fugitiuũ, & detineat per aliquot horas, deinde relaxet, nec præsentet Iudici, an incidet in crimen priuati carceris? & uidetur quòd in criminalibus incidat in tale delictum: per nota. per Decium consil. c. in iij. col. uersi. septimo opponitur. Et facit ratio, quia hæc facultas competit capienti, ad finem ut ducat reum ad Iudicem, ergo non sequuto fine, capiens est in pœna: per ea quæ

quæ latè posuit Fely.in cap.quoniã contra, in ulti.nota. per illum tex.in.v.col.infra de probatio.

¶ Et † ex ista ratione infertur prima limitatio, ut non procedat in eo, qui est depræhēsus in adulterio secūdùm formã legis, capite quinto.ff.de adulte.quia talis captura fit causa rei attestandæ tantum: unde, cum nemo inuitus teneatur accusare.l.1.C.ut nemo inuitus age. solũ uidetur ille depræhensus retineri, ut quando sibi placuerit accusare, possit habere probationes. 81

¶ Secundò, credo posse limitari † ut nõ procedat in ciuilibus: quia lex permittit istam facultatem, nõ tam ad finem quòd reus ducatur ad suum Iudicem, quàm ad finẽ ut creditor non incurrat in damnum.d.§.si debitorem. Et propterea, † absq; eo quòd debitor ducatur ad Iudicem, si creditor consequitur pecunias suas, potest eas accipere, & debitorem dimittere, nec tenetur eas consignare Iudici.secundùm Alexan.consi.lxiiij.in.iij. & est de mẽte Abba.hic, dum allegat cap.olim.infra de restitu.spolia. Et istud uidetur uerius, licet alij non distinguant. 82 83

¶ Secũda † declaratio hic infertur, an supradicta regula procedat clerico consentiente: & dicendum est, quòd sic: quia istud priuilegium cõpetit clericis, habito respectu ad totum ordinem: unde, non possunt illi renunciare. c.si diligenti.infra titu.1.notatur in.c.lator.de pigno. 84

¶ Fallit ĩ casu.c.ex rescripto.ĩfra de iureiu.ubi licet laico retinere mõachos in obsides: declarãdo, ut ibi p Ioã.and.

¶ Tertiò † ex prædictis infertur ad notabilem.q. Pone. Est statutũ, quòd uillæ teneãtur malefactores Iudici cõsignare in agro suo, uel soluere æstimationẽ damni: aliquis 85

clericus spoliauit quendam uiatorem: an uilla tenebitur? & uidetur quòd nõ: quia tale statutum non potest regulariter intelligi de clericis, ex quo laici nõ possunt capere clericos, secundùm supradicta. Et ita firmãt Bal. hic, & Moder. pro quo facit quod notat idem Bald. in rub.
86 decreta. in. iiij. col. ubi dicit, † quòd quamuis statutũ sit, quòd scholaris teneatur iurare rectori suo, nõ tamen clerici tenebuntur, cùm casus euenisset in facto: ista decisio Bal. fuit reuocata in dubium: quia statutum poterat uerificari in clerico, in casibus permissis. Nam ratio talis statuti erat, ut ipsi uillici essent diligentes ad prohibitionem delictorum: quæ ratio habet locum etiam clericis delinquẽtibus: quia possunt laici prohibere clericos à delictis perpetrandis. Item possunt eos capere, quando sunt depræhensi in flagranti crimine, ut supra uisum est: unde ex hoc capite, uilla nõ potuisset obtinere. Sed ex eo, quia uiator erat forensis, & non poterat uti beneficio statutorum, ut per Paul. de Cast. in. l. omnes populi. in fine. ff. de iusti. & iure. cum concordantibus.

87 ¶ Circa secundam partem glos. † an & quando ex depræhẽsione surgat notorietas, ita quòd depræhẽsus absq; alio dicatur cõuictus? Recolligendo dicta Abb. distingue tres casus, & præmitte pro cognitione terminorũ, quid sit infamia, quid indicium, quid manifestum, quid notorium: de quo per Bartolum in. l. scriptus. ff. de religiosis & sumpti. fune. Ioan. Fab. in. §. finali. in prooemio institu. cum concordan. per Alexan. & Ias. in. l. si uerò. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & de indicio habetur per Bart. in. l. fina. ff. de quæstioni. Et ista omnia clarißime explicantur per Abba.

Deprætensus. Infamia. Indicium. Manifestũ. Notorium.

Abba.in cap.uestra,infra de cohabita.clerico.& mulie.
¶ Primus † casus est,quando quis capitur in ipso actu 88
delicti,quia si paucis astãtibus, erit manifestũ delictum,
si multis,erit notoriũ.Ita tenet Abb.& sequuntur cæte-
ri.Intellige primò istum casum,ut dicatur notorium cri-
men,non simpliciter quando fit multis præsentibus, sed
quãdo adest maior pars uiciniæ. Si est crimen,quod ueri-
similiter nõ perueniat ad cognitionem totius ciuitatis seu
maioris partis,iuxta cap.cùm dilectus.in fi.infra de pur-
ga.canoni.uel quãdo adest maior pars ciuitatis, si nego-
cium est huius naturæ, ut eius cognitio ad totam ciuita-
tem pertineat:puta,quòd quis factus sit prætor. Ita ta-
men,† quòd si sit aliqua uniuersitas modica, non poterit 89
quid in ea esse notoriũ,nisi ad minus hoc sciatur per de-
cem homines,secundùm Abb.& Doct.in.d.cap. uestra.
¶ Secundò † aduerte,quia dum Abbas dicit,quòd in no- 90
torio dicitur reus absq; alia probatione conuictus. Nam
ista conclusio mihi non uidetur uera.
¶ Primò per tex.nostrum, in quo ultra depræhensionẽ,
requiritur quòd quis sit conuictus, & intelligere eum
prout facit Abb.de reo,qui nõ est depræhensus in crimi-
ne uel in actu propinquo,sed post actũ,est magna restri-
ctio,& contra uerba tex.qui dicit depræhensum in cri-
mine,non post crimen perpetratum.
¶ Secundò obstat tex. in cap.sciscitãtibus.xv.q.viij.ubi
clericus depræhensus in adulterio,nihilominus potest ce-
lebrare,quò ad audientes. Et tamen secus est in notoriè
depræhenso.capit.nullus.xxxij.distinctio.nisi restringas
istos tex.quãdo depræhensio fuit facta paucis astãtibus,

54 ¶ *Sed tu* † *aduerte, quia uerberare & capere aliquem in isto casu, uidentur esse diuersæ speciei, unde tunc non procedit regula, quòd cui licet plus, liceat quod est minus: secundum* Ioannem Andre. *in cap. in pœnis, de regu. iur. in.* VI. *quem allegat* Areti. *in. l. ij. in fine. ff. de lega. primo. & probatur in. l. solemus. §. fin. ff. de iudic. facit cap. cui de non sacerdotali, de præbendis. in.* VI. Quod *autem sint diuersæ species, probatur: quia uerberare, respicit actum priuatum: ducere in carcerem, respicit actum publicum. l. prima.* C. *de priua. carceri.* Potest *responderi, tenendo quòd dictum* Ioan. Andreæ *non sit uerum, prout etiam tenuit* Decius *hic.* Et *sic, quòd ualeat regula generaliter, quòd cui licet plus, liceat quòd est minus: quãuis sint diuersæ speciei. l. in suis, in fine. ff. de libe. & posthu. ubi, lex quòd quis poßit occidere, extẽditur tãto fortius, ut poßit exhæredare,* Moderniores *respondent, quòd ibi est lex ipsa quæ extendit.*

¶ *Sed istud nihil est: quia ratio habet locum, ut etiam poßit fieri extensio ab homine: & pro ista opinione, est casus in. l. ex eo.* C. *de agenti. in reb. libro. xij. ubi dicitur, quòd absurdum est in eum posse criminaliter ferre sentẽtiam, cuius de nulla re pecuniaria poßit iudicare.* Ecce *ergo, text. arguit ad diuersam speciem.*

¶ Nec *obst. dicta lex solemus. §. fin. quia ibi latrunculator uidetur accipi pro* Iudice, *ad cuius officium spectet inquirere & iudicare latrones, non autem generaliter pro quolibet iudice criminali, unde cùm habeat iurisdictionem distinctam, meritò non cognoscit in causa pecuniaria.*

Et

¶ Et † ex ista limitatione infertur, quòd liceat mihi ne= 55
dum me defendere ab insidiatore, iuxta legem ut uim, de
iusti. & iure: sed etiam eum capere propria autoritate,
& ad iudicẽ ducere: & captura tenebit. Istud probatur
ex mente Doct. hic, dum allegant tex. in dicto cap. iij. &
facit quod no. Bal. in repetitione legis primæ, in. iij. q. C.
unde ui: ubi dicit, † quòd licet mihi pro defensione rerum 56
mearum capere aggressorem, ne fugiat, & ducere ad iu=
dicem: sequitur Ias. in dicta. l. ut uim, in. vij. col.

¶ Tertio † limitatur, ut clericus possit capi per laicum, 57
ad finem ut cõmittendum delictum prohibeatur, secun=
dum Abb. hic: & sequuntur alij. Nam spectat ad publi=
cam utilitatem, ut delictis obuietur. ca. fortitudo. cap. non
inferenda. xxiij. q. iij. Facit, † quia ubi agitur de publica 58
utilitate, quis incarceratur, etiam nõ expectato præcepto
Iudicis. l. generali. C. de decurio. li. x. Imò in isto casu, de=
linqueret laicus, nisi prohiberet. xxiij. q. v. cap. nõ est in=
nocentiæ. Facit glo. in cap. ij. infra de hæreti. cum simili=
bus hic per Moder. & in tali casu, si socius interficiat
clericum se præparantem ad mortem sui socij: non erit
excommunicatus, secundùm Innocen. & Anchara. in di=
cto cap. iij. de senten. excommunica.

¶ Et istam † conclusionem intellige, quando aliàs com= 59
modè delictum non posset impediri: nam ratio Docto.
aliâs non militaret.

¶ Item † intellige, ut prædicta cõclusio procedat etiam 60
in delicto præsumpto: puta, quòd quis reperiatur de no=
cte: quia, qui malè agit, odit lucem. cap. consuluit, supra
de offic. delega. secundum Abb. hic & Moder.

Quod

¶ Quod puto esse uerum, ubi subesset uerisimilis coniectura, quòd iste clericus iret ad faciendum aliquod delictum: puta, quia reperiretur armatus, uel indutus uestibus laicorum. Est enim præsumendum contra tales, qui prohibita faciunt, ut not. in. l. si non conuitij. C. de iniur.
61 in. l. si qua. C. de epis. & cle. Et † qui portat arma, præsumitur habere malum animum: secundum Bal. in capi. 1. §. si quis rusticus, de pace tenen. in usibus feudo.
62 ¶ Sed † pone, quòd clericus repugnet capientibus: est ne laico licitum, eum uerberare, quando aliter nō permittit se duci? uidetur quòd sic, per tex. in. d. c. si clericos: dū tamen modus nō excedatur: & in. c. ut famæ, in ultimis uerbis. Et ita uidetur de mēte Ioan. Andr. in. d. c. si clericos.
¶ Sed tu aduerte: quia in contrarium obstat text. in cap. uniuersitatis, infra de senten. excommuni. ubi clericus qui potest capi per laicum de consensu episcopi, non tamen potest, etiam eo consentiente uerberari: nisi respondeas, quòd ille tex. procedit, quando quis uerberaretur principaliter ad correctionem uel uindictam: secus in casu nostro, in quo uerbera ueniunt in consequentiam rei licitæ, quia prohibet se capi.
63 ¶ Quartò † limitatur, quando esset uerisimilis suspitio quòd clericus fugeret, et sic delictū remaneret impunitū: nam & tūc publicè interest, ut talis delinquēs capiatur. Ita Abb. hic, & est communis opinio, ut hic per Feli. & per Bar. in. l. si quis in seruitute. ff. de furt. cum cōcordā.
¶ Contrariū tenent Areti. Sicu. & Decius hic, & Alexan. in. d. l. si quis in seruitute, in apostillis ad Bar. Et pro eorum opinione uidetur stringere tex. in. d. cap. iij. infra de sen.

de sen.excõ.ad quem respondet Decius. Quæ solutiones satis restringunt tex.unde infra ego aliter respondebo.

¶ Secundò uidetur urgere tex.aliter inducēdo quàm alij faciant,in.d.c.ut famæ.Nã ille tex.in prin.loquitur etiã quando suspitio est,quòd clericus fugiat:unde cùm prosequatur in text. laici uerò &c. debet intelligi etiam in casu,quo sit clericus suspectus de fuga,quia † ista aduersatiua uerò,repetit eandē qualitatem:secundùm Bald.in l.omnes populi.ff.de iusti. & iure. Alexand.in.l.filius à patre.in.x.col.ff.de libe.& posthu. Et facit quod notat Barto.in.l.in repetendis.de lega.iij. 64

¶ Tertiò contra istam opinio.uidetur facere, quia quãuis clericus deprehēdatur, nõ tamen est uerisimilis præsumptio,quod fugiat:ex quo laici non poterũt perhibere testimonium contra illum,imò reijciuntur.cap.decætero.infra de testi.

¶ Contra eandem opinio.etiam inducit Alexand. tex.in dicto cap.uniuersitatis.ubi etiam in casu necessitatis Abbas non potest facere uerberari clericum à laico,ergo nõ debet licere laico capere sine licentia.

¶ Item mouetur,quia non est uerũ,quòd delicta fugiente clerico,remaneant impunita: ex quo, poterit procedi aduersus eius bona.Item fiet remissio ad petitionem Iudicis.clementina pastoralis,de re iudicata. Et hæc fundamenta etiam fecit Aretinus hic. Pro eadem parte etiam mouetur Decius hic:quia ratio Abba. non uidetur uera: quia licet laicus in tali casu non incidat in canonē si quis suadente,ex quo cessat dolus, tamen non sequitur quòd captura teneat.

Puto

¶ Puto communem opinionem esse ueriorem: pro qua sententia defendenda, considerandū est, quòd text. in dicto cap. ut famæ, & in dicto capitu. si clericos, sine dubio concedunt fieri talem capturam de mandato episcopi sui: prout suprà latius uidimus. unde infertur, quòd etiam poßit fieri sine mandato, dummodo episcopus suus ratificet. capi. ratihabitionem. cū ibi nota. infra de reg. iuris, in. VI. & quod not. Abb. in capitu. quod sicut, de electio. unde, quando laicus uidet clericū suspectum de fuga, potest uerisimiliter cogitare, quòd mens episcopi est, ut talis capiatur, ne fugiat: & quòd si sciuisset, dedisset sibi licentiam, unde meritò sufficit ratihabitio. Istud probatur aliquibus similibus.

65 ¶ Primò per † id quod not. Bald. in cap. cùm omnes, supra de constitutio. ubi per illum text. dicit, quòd potest capitulum facere aliquam utilem constitutionem, etiam episcopo absente, de rebus ecclesiæ: quia in tali casu, uerisimile est quòd consensisset, cum iustam causam dissentiendi non haberet.

66 ¶ Secundò, † facit quod nota. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pactis. ubi Bal. notat quòd in quacunq; materia sit talis extensio, ut habeatur pro facto illud quod quis fuisset uerisimiliter facturus, si de eo casu cogitasset. Idem notāt Moder. in. l. Barbarius. ff. de officio præsidis.

67 ¶ Tertiò facit, † quia quando utiliter agitur, præsumitur, uel est, ac si præceßisset mandatum: secundùm Abb. in cap. cùm pro causa. in fin. supra de procurato.

68 ¶ Quartò † facit tex. & ibi glos. in capitu. fina. infra de pœniten. & remißio. ubi quando dilatio esset periculum

allatu

allatura, prout in casu nostro, non est expectanda licētia superioris. Facit quod not. *glos. in.l. nullus.* C. de Iudæis.

¶ Quintò adduco quod uoluit Barto. *in.l. de pupillo.* §. *ipsi prætori. in ulti. col. ff. de ope. no. nuncia.* † *ubi per illum tex. dicit, quòd si fiat iniuria rustico, & ipse protestetur ex parte prætoris, & ad eū iter arripiat, habetur ac si à principio fecisset protestationem, cum autoritate Iudicis. & idem est in nunciante nouum opus: ut ibi per eū.* Et *faciunt notata in ead. l. de pupillo.* §. *si quis riuos.* 69

¶ Et *hoc tenendo non obstant allegata in contrarium.*

¶ Et *primò nō obstat dictū cap. iij. quia ibi dum dicitur, quòd nō licet clericum deprehensum in adulterio mulieris extraneæ uerberare uel capere, satis fateor esse uerū de se: sed si ceperit & duxerit ad episcopum, & episcopus ratificauerit expresse uel tacitè, retinendo eū in carceribus, cessat ratio text. quia non ipse deprehensor, sed episcopus ipse uidetur cepisse. cap. penul. infra de senten. excommunica. in.* VI. *quamuis etiam text. in dicto cap. iij. non uideatur loqui, quando clericus captus fuit, ut duceretur ad* Iudicem: *quid enim, si eum cepißet solū ut infamaret eum coram populo.*

¶ Nō *obst. tex. in dicto cap. ut famæ, quia sumus in casu exceptionis, dum ibi dicitur, dū tamen id de mādato &c. ratificatio enim æquiparatur mandato, per regulam iuris antiqui, ut supra dixi. unde dispositio de uno loquēs, habet locum etiam in alio in qualibet materia: ut per* Bart. *in.l. ij. de leg.* I. & Doct. *in auten. quas actiones.* C. *de sacrosanctis ecclesijs.* Et *facit,* † *quia etiā ubi lex requirit speciale mandatum: tamen sufficit ratihabitio. l. quod si* 70

tiam,supra de offic.delega.

¶ Et sic resideo cum communi opinione quæ clarius procedit in ciuilibus, ueluti si † clericus fugiat propter 71 debita. Nam tunc licet laico creditori eum capere, quia tunc agitur de eius interesse, ut tenuerunt Ioan. Andr. Ioannes de Ligna. Abb. & cæteri hic, argumen. text. in. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his quæ in fraudem creditorum. Et facit ratio: quia iste clericus fugiens ne satisfaciat, est in delicto, unde potest capi ad finem, ut obuietur delicto committendo per supradicta secundùm Siculum hic.

¶ Confirmatur ista opinio. Nam ualet argumentum de tempore & loco, ad personas. l. uinum. ff. si cert. peta. l. si quis exhæredato. §. ex quo. ff. de iniusto rupto & irrito testamen. Sed potest quis fugitiuus capi tempore feriato in honorem Dei, ut est glos. communiter approbata in. l. fina. C. de ferijs. uel etiam in loco sacro, secundùm quandam opinionem Iaso. in dicta. l. uinum, ergo idem in persona. Facit, † quia fugitiuus non potest opponere exce- 72 ptionem incompetentiæ iudicis, secundum Anchara. cõsi. cxcij. in auxilium ueritatis. Roma. consi. ccxlij. unum est, quod subtiliter Alexan. in. l. de pupillo. §. si quis riuos, de noui oper. nuncia. Roma. Ias. & Moder. in. l. ij. ff. de iurisdictio. om. iudi. Et ampliatur † hæc conclusio, ut proce- 73 dat nedum in ipso creditore, sed etiam in socijs & agentibus ipsius creditoris, capi. olim, infra de restitu. spolia. secundum Abba. & Areti. hic. Item etiam in procuratoribus, quamuis creditor non adesset, ut est gl. in. l. i. in uerbo ab his. C. ubi quis de curia.

¶ Sed tu aduerte, quia ista conclusio, secundùm Sicul. est dubia: quia tex. in dicto. §. si debitorem, non loquitur de captura personæ, sed de captura rerũ tantum. & ita etiã notabiliter dicit Cõmen. consil. clvij. in ulti. col. & fuit de
74 mente Cyni. institu. de actio. in princi. pro qua † opinio. facit: quia difficilius conceditur captura personæ, quàm rerum, unde non ualet pactum, quòd liceat creditori capere debitorem propria autoritate: secus de rebus, secundum Alex. post alios, in. l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Areti. in. l. nemo potest, in princi. ff. de lega. 1.

75 ¶ Præterea & fortius uidetur obstare alia ratio: † nam clericus non potest regulariter capi & detineri in carceribus pro debito pecuniario. cap. lator, de pignori. capit. Odoardus, de solu. Ioan. And. in cap. si clericos, de sentẽ. excommuni. in. vi. Moder. in. l. miles. in princi. ff. de re iudi. unde si prædicta limitatio esset uera, sequeretur quòd capi clericum à laico, sit unum speciale: & ut capiatur pro debito ciuili, est aliud: & tamen plura specialia simul non concurrunt. l. si quis rem. ubi Barto. ff. de pollici. & Bar. & Doct. in. l. si is qui pro empt. in ulti. q. ff. de usuc.

¶ Tenendo communem opinionem, hic adhærendum est supradictæ rationi, quòd iste fugiens sit in delicto: unde licitum est laico eum capere: quia in effectu dicitur obuiare delicto, quòd sua interest, ne committatur.

¶ Et ex hoc infertur responsio ad aliam rationem. Nam licet regulariter clericus non debeat incarcerari pro debito ciuili, tamen istud non procedit in casu nostro, in quo ultra debitum agitur de euitando delicto, & sic non est aliquod speciale, quòd clericus incarceretur pro debito ciuili,

uili,cui sit annexus dolus.arg.c.grauis.infra de deposito.
¶ Et † ex hoc uidetur, quòd poßit limitari tex.in.d.ca. 76
Odoardus,infra de solutio.ut non procedat, quādo talis clericus esset in dolo.Et propterea, in illo textu considератur illa qualitas, quòd clericus de plano recognouerat debitum.Nam si scienter negasset, & deinde fuisset cōuictus,nō uidetur quòd ille tex.procederet,ex quo lex præsumit aduersus talem.l.sed hoc ita.ff.de re iudica.l.si dubitet.§.1.ff.de fideiusso.l. rem alienam,in ulti.respō.ff.de pignorati.actio.unde talis nō gaudet beneficio ceßionis. ut est magis cōmunis conclusio in.§.fin. institu. de actio. per Angel.Iaso.& Docto.in.l.1.C.qui bon. cedere poss.
Et † præsumitur dolus in eo,qui sciens se non esse soluen 77
do, contrahit multa debita, & allicit creditores ad sibi credendum.l.penulti.ff.de iure dotium.per Paul.de Cast. in.l.etiam.§.1.in fi.ff.solu.matri. unde † si post debita cō 78
tracta,clericus dolo fecisset, ne posset soluere integrum debitum,non posset uti beneficio dicti cap. Odoardus,secundùm Andre.Sicul.ibi.argumen.dictæ.l.etiam.§.licet. Et facit quod not.Dynus in regula peccatum,in fine, de regu.iur.in.vi.

¶ Potest etiam ad prædictas rationes aliter responderi. Et primò,ad.§.si debitorem,quòd ille tex.probat à fortiori:quia si licet capere debitorem quantitatis fugitiuū, & ab eo auferre pecuniam debitam,quo casu uidetur creditor sibi ius dicere propria autoritate, cōtra legem extat.ff.quod me.cau.multo fortius licebit capere personā, & trahere eam ad iudicem:quo casu, creditor nō dicitur sibi dicere ius propria autoritate. Et credo quòd Docto

res uoluerint inducere illum tex.hoc modo.

¶ Ad secundam rationem potest responderi, quòd laicus capit clericum fugiẽtem, & ducit ad carceres, seu ad Iudicem qui eum incarcerat: non ad finem ut ibi remaneat pro debito pecuniario, sed ad effectum ut saltem satisdet de parendo iuri. secundum Ioan. And. in dicto cap. si clericos: uel caueat de satisfaciendo, cùm ad pinguiorem fortunam peruenerit, in casu quo non sit soluendo, secundum dictum cap. Odoardus. Et ista respõsio est uerior, quãdo clericus ex iusta causa fugisset, ita quòd nõ esset in dolo.

¶ Et sic remanet defensata ista communis opinio, quam

79 sanè intellige, uidelicet † quãdo clericus esset in ipso instanti actu fugæ, aliâs si solum esset circa præparamẽta, & superesset tempus competens, teneretur laicus adire episcopum, qui deberet adhibere aliqualem cognitionẽ, an clericus esset debitor, et an suspectus de fuga. De quo per Docto. in. l. si fideiussor. §. fina. ff. qui satisda. cogan. Et ita istam conclusionem intellexit Ioan. Bapt. de sancto Seueri. in tractatu de debitore fugitiuo in. v. parte principali. in. vi. q. & mihi placet. Et ex hac declaratione tolluntur quædam rationes Andr. Sicul. hic.

80 ¶ Sed † circa istam limitationem occurrit dubitatio: Quid si aliquis capiat fugitiuũ, & detineat per aliquot horas, deinde relaxet, nec præsentet Iudici, an incidet in crimen priuati carceris? & uidetur quòd in criminalibus incidat in tale delictum: per nota. per Decium consil. c. in iij. col. uersi. septimo opponitur. Et facit ratio, quia hæc facultas competit capienti, ad finem ut ducat reum ad Iudicem, ergo non sequuto fine, capiens est in pœna: per ea

quæ

quæ latè posuit Fely.in cap.quoniã contra, in ulti.nota. per illum tex.in.v.col.infra de probatio.

¶ Et † ex ista ratione infertur prima limitatio, ut non procedat in eo, qui est depræhẽsus in adulterio secũdùm formã legis, capite quinto.ff.de adulte.quia talis captura fit causa rei attestandæ tantum: unde, cum nemo inuitus teneatur accusare.l.1.C.ut nemo inuitus age. solũ uidetur ille deprehensus retineri, ut quando sibi placuerit accusare, poßit habere probationes. 81

¶ Secundò, credo posse limitari † ut nõ procedat in ciuilibus: quia lex permittit istam facultatem, nõ tam ad finem quòd reus ducatur ad suum Iudicem, quàm ad finẽ ut creditor non incurrat in damnum.d.§. si debitorem. Et propterea, † absq; eo quòd debitor ducatur ad Iudicem, si creditor consequitur pecunias suas, potest eas accipere, & debitorem dimittere, nec tenetur eas consignare Iudici. secundùm Alexan.consi.lxiiij.in.iij. & est de mẽte Abba.hic, dum allegat cap.olim.infra de restitu.spolia. Et istud uidetur uerius, licet alij non distinguant. 82 83

¶ Secũda † declaratio hic infertur, an supradicta regula procedat clerico consentiente: & dicendum est, quòd sic: quia istud priuilegium cõpetit clericis, habito respectu ad totum ordinem: unde, non poßunt illi renunciare. c.si diligenti.infra titu.1.notatur in.c.lator.de pigno. 84

¶ Fallit ĩ casu.c.ex rescripto.ĩfra de iureiu.ubi licet laico retinere mõachos in obsides: declarãdo, ut ibi p Ioã.and.

¶ Tertiò † ex prædictis infertur ad notabilem.q. Pone. Est statutũ, quòd uillæ teneãtur malefactores Iudici cõsignare in agro suo, uel soluere æstimationẽ damni: aliquis 85

clericus spoliauit quendam uiatorem: an uilla tenebitur? & uidetur quòd nõ: quia tale statutum non potest regulariter intelligi de clericis, ex quo laici nõ possunt capere clericos, secundùm supradicta. Et ita firmãt Bal. hic, & Moder. pro quo facit quod notat idem Bald. in rub.
86 decreta. in. iiij. col. ubi dicit, † quòd quamuis statutũ sit, quòd scholaris teneatur iurare rectori suo, nõ tamen clerici tenebuntur, cùm casus euenisset in facto: ista decisio Bal. fuit reuocata in dubium: quia statutum poterat uerificari in clerico, in casibus permissis. Nam ratio talis statuti erat, ut ipsi uillici essent diligentes ad prohibitionem delictorum: quæ ratio habet locum etiam clericis delinquẽtibus: quia possunt laici prohibere clericos à delictis perpetrandis. Item possunt eos capere, quando sunt depræhensi in flagranti crimine, ut supra uisum est: unde ex hoc capite, uilla nõ potuisset obtinere. Sed ex eo, quia uiator erat forensis, & non poterat uti beneficio statutorum, ut per Paul. de Cast. in. l. omnes populi. in fine. ff. de iusti. & iure. cum concordantibus.

87 ¶ Circa secundam partem glos. † an & quando ex depræhẽsione surgat notorietas, ita quòd depræhẽsus absq; alio dicatur cõuictus? Recolligendo dicta Abb. distingue tres casus, & præmitte pro cognitione terminorũ, quid sit infamia, quid indicium, quid manifestum, quid notorium: de quo per Bartolum in. l. scriptus. ff. de religiosis & sumpti. fune. Ioan. Fab. in. §. finali. in proœmio institu. cum concordan. per Alexan. & Ias. in. l. si uerò. §. 1. ff. qui satisda. cogan. & de indicio habetur per Bart. in. l. fina. ff. de quæstioni. Et ista omnia clarissime explicantur per Abba.

Depræhensus. Infamia. Indicium. Manifestũ. Notorium.

Abba.in cap.uestra,infra de cohabita.clerico.& mulie.
¶ Primus † casus est,quando quis capitur in ipso actu 88
delicti,quia si paucis astātibus, erit manifestū delictum, si multis,erit notoriū.Ita tenet Abb.& sequuntur caeteri.Intellige primò istum casum,ut dicatur notorium crimen,non simpliciter quando fit multis praesentibus, sed quādo adest maior pars uiciniae. Si est crimen,quod uerisimiliter nō perueniat ad cognitionem totius ciuitatis seu maioris partis,iuxta cap.cùm dilectus.in fi.infra de purga.canoni.uel quādo adest maior pars ciuitatis, si negocium est huius naturae, ut eius cognitio ad totam ciuitatem pertineat:puta,quòd quis factus sit praetor. Ita tamen,† quòd si sit aliqua uniuersitas modica, non poterit 89
quid in ea esse notoriū,nisi ad minus hoc sciatur per decem homines,secundùm Abb.& Doct.in.d.cap. uestra.
¶ Secundò † aduerte,quia dum Abbas dicit,quòd in notorio dicitur reus absq; alia probatione conuictus. Nam ista conclusio mihi non uidetur uera. 90

¶ Primò per tex.nostrum, in quo ultra deprehensionē, requiritur quòd quis sit conuictus, & intelligere eum prout facit Abb.de reo,qui nō est deprehensus in crimine uel in actu propinquo,sed post actū,est magna restrictio,& contra uerba tex.qui dicit deprehensum in crimine,non post crimen perpetratum.

¶ Secundò obstat tex. in cap.sciscitātibus.xv.q.viij.ubi clericus deprehensus in adulterio,nihilominus potest celebrare,quò ad audientes. Et tamen secus est in notoriè deprehenso.capit.nullus.xxxij.distinctio.nisi restringas istos tex.quādo deprehensio fuit facta paucis astātibus,

ita quòd non resultauit notorium.

¶ Tertiò facit lex defensoris.iij. C.de defen.ciui. ubi depræhensi in stupro uel homicidio, uel simili delicto, mittuntur unà cum actis & accusatore ipso ad iudicium, & sic in eorum condemnatione seruatur etiã ordo iudiciarius, nec statim habentur pro cõuictis. Et propterea, dicit ibi Alberi. de Rosa. quòd communiter tenetur ex sola depræhensione neminem conuinci, sed solũ inde oriri indicium sufficiens ad torturam.

¶ Quartò & fortius me mouet: quia istud depræhẽdere quem in delicto, est notorium facti transeũtis, ergo in eo debet requiri plena probatio, non autẽ statim dicitur conuictus. Ita dicit do. Abb. in dicto cap. uestra, in fine.

¶ Nec obst. si dicas, quòd imò satis erat, si duo testes attestentur notoriũ esse, talem fuisse depræhensum, licet nõ dicant de essentia delicti: quod non est in alijs casibus, in quibus debet testis dicere de ueritate ipsius facti. l. iurisiurãdi. C. de testi. quia respõdeo, quòd imò in notorio facti transeuntis requiritur quòd testes dicãt & uerificent ipsum factum, ut dicit Barto. in. l. ciues. C. de appella. ubi dicit, quòd tale notoriũ appellatur manifestum: & licet in hoc ultimo quidam reprobent Barto. ut per Alexã. in d. l. si uerò. Aliud tamen dictũ uidetur uerũ, & maxime debet ꝓcedere in criminalibus, in quibus non potest dici, quòd sola depositio notorietatis faciat ꝓbationẽ apertißimã: prout requiritur in. l. fina. C. de probatio. & per istam rationem & quasdam alias ita tenuit Salice. post Pet. & Cyn. in. l. ea quidem. col. xiiij. C. de accusatio.

¶ Et propterea concludo cõtra Abb. quòd imò tale notorium

torium facti transeuntis, non faciat aliquem conuictum, nisi probetur per testes deponentes de ueritate facti. Et hoc modo intelligitur noster tex.

¶ Generaliter tamen doctrina Abb. potest saluari in uno casu: uidelicet, † quando quis reperiretur à Iudice suum 91 officium exequēte. Nam talis deprehensio sufficit ad condemnationē, & ita seruatur de facto, quando quis reperitur per Iudicem portare arma uel res prohibitas: ut dicit Gandi. in tract. suo malefi. quē refert & sequitur Albe. de Rosa. in d. l. defensores. Si uerò officiū Iudicis nō esset ad hoc, tunc esset secus: prout notatur. ij. q. 1. §. quando autem, per Salice. in dicta. l. ea quidem, col. xij.

¶ Ampliat † istam cōclusionē Abbas, ut procedat etiā in 92 clericis deprehēsis à laicis, quia inducetur crimen notoriū, sicut si laicus esset deprehēsus: & ita tenuerūt But. et Moder. cessat enim in isto casu ratio. c. decætero. infra. de testi. Nam laici repellūtur à testimonio cōtra clericos, quia præsumuntur illis infesti. ij. q. vij. c. laici. Quæ ratio cessat in notorio: qa nō præsumitur quòd omnes in tanta multitudine sint infesti. Et pro hoc facit tex. in. c. cùm dilectus, circa fi. infra de purg. inducēdo ut hic per Abb.

¶ Sed tu circa hoc etiā aduerte, quia istud ita simpliciter intellectum non est uerum. Et primò obst. quia isti laici retinentes simpliciter clericum deprehensum, puta usq; ad. xx. horas, secundum. d. l. capite, uidētur excommunicati. cap. iij. infra de senten. excommunicatio. non enim loquimur, quando capitur ad finem eum deducendi ad episcopum, sed simpliciter retinetur, ut fiat notorium: deinde permittatur abire. ergo in tali casu, cùm isti laici sint

excom

excõmunicati,non debent eum conuincere,nec facere notorium.cap.decernimus,infra de senten.excom.in.vi.

¶ Secundo, & fortius obstat, quia non est uerum quòd cesset ratio dicti ca.decætero. Nam ut supra dixi,tale notoriũ debebit probari,saltem per duos testes: qui testes, cùm sint laici, meritò sunt suspecti. Et ratio Abbatis non procederet,nisi quando omnes laici adfuerant,uel ad minus essent decem:iuxta nota.per Bal.in autenti.quod locum,in fine.C.de collatio.Idem si essent laici optimæ conuersationis: secundùm Andream Sicu.hic. Nam in illis cessaret ista præsumpta suspitio. quod est diligenter notandum pro limitatione dicti cap.decætero.

93 ¶ Secundus † casus est, quando quis depræhenditur in actu propinquo ad delictum: nam tũc uidetur idem quod supra,ut si coram paucis,sit manifestum,si coram maiori parte uiciniæ,sit notoriũ.Ita tenent Abb.Decius,& cæteri hic.Sed tu aduerte, quia ista cõclusio uidetur dubitabilis,per tex.in.c.dilectus,infra de purga.cano.ubi notorium est, quando nullus inficiationi penitus locus existit. Certè quamuis aliquis sit depræhensus in actu propinquo à maiori parte uiciniæ:tamen potest esse locus inficiationi.Istud patet:quia posset probari contrarium per testes qui fuissent ad rimulam, ut est glo.iij.q.ix.cap. nihilominus. & istam opinionem tenuit Andreas Sicu. per aliam rationem. Nam notorium dicitur quod est factum multis præsentibus,cap.1.de postulatio.prælato.ij.q.1.§. quando autem.Sed adulterium in isto casu, non dicitur factum præsente aliquo,licet clericus sit depræhensus in actu propinquo.

Sed

¶ Sed tamen puto, quòd cōmunis opinio sit uerior: quia notorium dicitur etiam illud quod resultat ex præsumptione iuris: uidelicet quando ius uehemēter aliquid præsumit, prout in filiatione, iuxta nota. per Abba. in dicto cap. uestra, in penul. colum. infra de cohabi. cleri. unde in adulterio, propter difficultatem probationis, lex habet istas præsumptiones pro plena probatione. capit. literis, cap. tertio loco, de præsumptio. & per Barto. in dicta. l. capite quinto. Et in prædicto casu, delictū erit notorium. Nam quo ad actum propinquum, erit notoriū facti: quo ad adulterium, erit notorium iuris.

¶ Et in isto secundo casu, nō est etiam aliqua differentia inter clericos & laicos, secundùm Docto. hic. In contrarium est gl. xi. q. iij. cap. absit. Sed dic, quòd imò ex qualitate personarum & actus, iudicabitur intentio huius clerici, ut per Abb. in cap. quanto, infra de præsumptio. & per Moder. hic: de quo etiam ponit Ange. in tractatu maleficio. in uerbo, che me hay adulterato: & Picus in repetitio. l. titia. §. titia, col. cxxvi. de leg. ij.

¶ Tertius casus † in deprehenso post actum, non autem in actu propinquo: & tunc, si deprehensio sit facta paucis adstantibus, oritur indicium, si multis, inducitur infamia. Et ita tenent Ant. But. Abb. & Moder. Et propterea infert Abbas, quòd † iuuenis deprehensus simpliciter in domo pulchræ mulieris, nō per hoc dicitur manifestus adulter, quicquid tenuerit Bart. in. l. furem, uel fur est. ff. de fur. Ex quo potuit esse ingressus domum, etiam nesciente muliere.

94

95

¶ Sed tu primò considera, quòd dictum Bart. potest esse

uerum

uerum, si rectè intelligatur: nã Bar. loquitur in eo, qui ue rè est adulter, unde quãdo agitur de probãda qualitate, quòd sit manifestus, ista qualitas probabitur ex præsumptione oriente: quia depræhensus in domo, sicut dicimus in fure, in quo illa qualitas, quòd sit manifestus, probatur ex depræhensione. & idem in usurario: licet enim debeat probari, quòd sit usurarius, secundũ latè tradita per Alexan. *cõsi. clxxv. inspecto diligẽter, in. ij. uo. tamen illa qualitas, quòd sit manifestus, probabitur etiã per cõiecturas. c. cum in diœcesi, cum ibi nota. infra de usur. per* Bal. *in. l. cùm proponeretur. ff. de lega. ij.* Facit quot not. Abb. *con sil. lxxxi. in. ij. uolu. unde tali casu, sufficerent testes singulares: & ita consului superioribus diebus, quod nota.*

¶ *Et ad illud dictũ* Bar. *adde gl. in. l. si uerò nõ remunerãdi. §. si tibi. ff. mãda. et qđ no.* Bal. *in. l. neq; natales.* C. *de pb. et* Ias. *in. l. nõ hoc. in. vi. col.* C. *un. leg. ubi præsumitur meretrix illa ad quã solet scholaris frequẽter accedere.*

96 ¶ *Secundò aduerte,* † *qa opi. ista* Doct. *nõ uidetur posse defendi, dũ dicũt, quòd depræhẽsio paucis adstãtibus, facit indicium ad torturã: sed multis adstãtibus, facit infamiã, quia imò potius esset dicendũ oppositũ: ex quo plus*
97 *est indiciũ, quàm infamia, unde* † *ex infamia in criminalibus nemo regulariter punitur ad torturã, ut est gl. & ibi no. in. l. iij. §. eiusdẽ. ff. de testi. p* Doct. *in. l. ij. ff. de excu. tut. cũ concordan. per* Ang. *in tract. malefi. in uerbo fama publica, in. xiij. col. & tñ ex indicio punitur.* Non uideo, *quo poßit saluari* Abb. *nisi dicas quòd in isto scd'o casu, qñ depræhẽsio fit multis adstantibus, nõ solùm oritur indicium, sed etiã infamia. & ita credo fuisse de mẽte.* Abb.

¶ Aduerte etiam: quia licet fama regulariter non faciat indicium ad torturam, tamē uidetur esse secus in casu nostro, quādo probatur aliquis deprehensus in domo. Nā cùm istud sit difficilis probationis, fama debet facere indicium, sicut uidemus quòd in similibus casibus, fama iūcta cum adminiculis plenè probat: ut dicit Butri. in. c. ueniēs prīo. īfra. de testi. & p Alex. cōsi. xxiiij. ī. vi. col. in. ij. uol.

¶ Tertiò aduerte: quia quicquid dicāt Docto. hic, uidetur ualde dubia ista opinio, quòd talis deprehēsio faciat indicium. & in contrariū est glos. ordinaria in. d. l. capite quinto, ubi glo. dicit, quòd ex tali deprehēsione oritur indicium, quādo reus deprehensus confessus erat extraiudicialiter illis præsentibus, se fuisse deprehēsum in tali delicto, unde illa confeßio extraiudicialis facit indiciū ad torturam. Et cōsequenter, cessante confeßione, ex illa deprehensione non resultaret indicium, unde Abb. hic ita simpliciter intelligendo, uidetur male loqui, nisi eum salues secundùm dictam glos. quando deprehensus cōfessus esset se uenisse in illam domū, causa committendi delicti.

¶ Sed tamen diligentius cōsiderando, mihi magis placet opinio Doct. hic: quòd imò sola deprehēsio in domo faciat indiciū, & oriatur præsumptio sufficiens ad torturam cōtra taliter deprehensum. Et istud probatur in. d. l. capite quinto, eam non cauillando. Nam ibi retinetur deprehensus, testandæ eius rei causa, nō autem causa attestandi de confeßione extraiudiciali, prout dicit glos.

¶ Præterea, † cōfeßio extraiudicialis etiā facta à nō deprehenso, facit indiciū, ut est cōmunis cōclusio in. d. l. capite quinto. & p Abb. cōsil. xxv. in fi. in. i. Rom. cōsi. vij. 98

& seq

& sequenti, & cõsilio.clxvij.in.ij.col. & latè per Fely. in cap.olim.in.ij.col.& sequen.supra de rescrip.& Ias. in.l.magistratibus.ff.de iurisdictio.omnium iudi. & sic, deprahensio esset nullius effectus. quod tamen est contra mentem illius tex.nec est uerisimile,quòd aliquis deprahensus ita simpliciter,fateatur delictum,imò potius fingeret aliã causam. Et propterea, mihi magis placet ista opinio Abb.hic,quæ est etiam de mẽte Bart.in.l.fur est, quicquid dixerit illa glos.dum tamen iudex ex qualitate personarum dijudicet utri magis credat,an accusatori dicenti se eum deprahendisse in tali facinore, an uerò reo dicenti quòd imò ingressus erat domũ suam ex alia probabili causa. Ista enim indicia multum resident in arbitrio iudicis:secundùm Barto.in.l.fina.ff.de quæstioni.Et ista procedunt in eo,qui deprahensus est post actum.

99 ¶ *Sed,quid † in eo qui deprahẽsus est ante actum, puta quando uadit ad delictum committendum ? Bald.in cap. proposuit.in fin.infra de appellatio.dicit,quòd talis punitur media pœna arbitrio iudicis.Puto respiciẽda uerba legis,an etiam puniant conatum,sicut facit lex Cornelia de sicarijs.l.is qui cum telo.C.de sicar.l. Cornelia.ff.eo. quicquid dicat gl.in.l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiesta.quæ uult,quòd pari pœna puniatur,qui attẽtauit delictum,ac si perfecisset.Sed illa glos.intelligitur in atrocioribus:& ita procedit lex si quis nõ dicam rapere: ubi Cyn. Baldus & Alberi.de Rosa. C.de episc.& cleri.per Dyn.& Bart.in.l.prima.ff.de extraordinarijs crimini. & latius per Fely.in tractatu suo,quãdo conatus puniatur.Et facit supradicta decisio Baldi,in cap.nam concupiscentiam,*

piſcentiam,ſupra de conſtitutio. † *ubi ſtatutum puniens* 100
aliquid in termino,cenſetur etiam puniuiſſe in uia, unde probibitus ferre frumentum extra territorium ſub certa pœna, ſi reperiatur in uia, poterit eodem modo puniri. Sed iſtam deciſionem reprobat Iaſon *in. l.ij.in fine.ff. de iuriſdictio.omnium* Iudic.*& in.l.quominus.in.ix.notab. ff.de flumini.nam* † *licet prohibito conſequenti, cenſea*= 101
*tur prohibitum antecedens ad illud ordinatum.l.oratio. ff.de ritu nuptia.non tamen iſtud procedit quò ad incurrendam pœnam,ut eſt gloſ.in clementi.prima.in uerbo contrahere.de conſangui.& affinita.Cyn.*Bal.*& Salic. in.l.1.C.ſi rector prouin.Bal.in.l.penul.§.docere,in ultima quæſtione.ff.ne quis eum qui.per Alexandr.conſilio.cxciiij.conſideratis uerbis.in ſecundo.* Poteſt *ſaluari deciſio* Baldi *reſpondendo ad cõtraria:ut nõ procedãt, quando quis erat in actu totum faciendi,& ueriſimiliter feciſſet,niſi fuiſſet deprehenſus & prohibitus.*Et *eſt ratio,quia aliâs iſta deprehenſio adiuuaret delinquentem.* Quod *non eſt dicendum.*

¶ Et † *ex hoc infertur,quòd mulier deprehẽſa in oſcu*= 102
*lo,debeat perdere dotem,ſicut ſi eſſet in ipſo adulterio, quia niſi fuiſſet deprehenſa, ueriſimiliter eſt etiam fuiſſe cætera conceſſura.*Et *ita ſaluo deciſionem* Baldi, *in capi. tuæ.ſupra de procurato. licet* Decius *eum generaliter reprobet in rubrica,ſupra eodem.*

¶ *Sed,quid* † *iuris eſt de eo qui fuit depræhẽſus, ſed de*= 103
inde elapſus eſt & fugit, an habebitur pro notorio delinquẽte?dubium facit tex.in.l.ſi Barſatorem.*C.de fideiuſſo.& quod latè notat* Iaſon *poſt alios in.l.1.col.xxiij.*

ff.de acqui.possess.& Alex.in.l.iij.§. Neratius.ff.eo.tit.
104 ubi † statutum uel dispositio legis loquens de inuento in tali delicto, habet locum ita demum si capiatur. Sed quicquid sit de hoc, quantum sit ad casum nostrum, captura nō est necessaria, & satis est deprehensio, licet reus euadat: ut satis ostendit Abb. hic in fine secundi puncti, & bene: rationes enim istius conclusionis procedunt respectu probationis, non capturæ. Et facit quod not. Alexan. in.d.consi.xxiiij.in secundo.

Glossæ. ¶ In glo.in uerbo excōmunicari.do. Abb. hic pro declaratione glo. opponit, tanquam tex. sit superfluus: & soluit, referendo tres solutiones, ut hic per eum: cum quo transeunt communiter cæteri: reprobata solu. istius glos.

¶ Tu aduerte, primò quia potest dici, quòd non sit aliqua superfluitas: quia siue intelligamus de excōmunicatione minori, siue maiori: utraq; potest. ferri cōtra eundem, ut est glos. in cap. ita quorundam. de iudæ. Et secunda non per hoc erit superflua, imò operabitur istum effectum: quia excōmunicatus retinebitur extra cōmunionem, donec etiam ab ea fuerit absolutus, secundùm Hosti.
105 Ioan. de Ana. & cæteros ibi, unde † infertur ad id quod notat Barto. in.l. de pupillo.§. si pluribus.ff. de no.ope. nuncia. cum concord. ubi uult, quòd semel bannitus posit pluries de nouo bāniri: de quo etiam per Moder. in.l. qui bis idem.ff. de uerbo.obliga.

¶ Secundò aduerte: quia intellectus Goffre. & Innocen. hic uidetur uerus, quicquid dixerit Abb. ut primò, quis feriatur simplici excommunicatione, deinde anathemate.

¶ Nec obstat quòd appellatione excommunicationis, in

dubio uenit maior.c.penulti.infra de senten.excom. quia respondeo, quòd istud est uerum, absolutè loquendo, sed ex quo in tex.nostro prius requiritur excõmunicatio, deinde crescente contumacia, anathema datur, dicas quod prius intelligitur de minori, quia una pars legis per aliã declaratur.l.titia.§.primo.ff.de uerb.oblig. Et † praece 105
dentia recipiunt interpretationem secundùm sequentia.l. si seruus.§.fina.ff.de lega.primo. sicut una alternatiua declarat aliam.l.1.ff.de reb.dub. & maior clausula non comprehendit minorem, de qua prius dictum sit.l. doli clausula.ff.de uerbo.obliga. Et secundùm hunc intellectum potest saluari glos.dum dicit suspendi, intellige in perceptione sacramentorum, donec pœniteat, & absoluatur.

¶ Tertiò aduerte, circa intellectum do. Abb.dum intelligit excommunicationem dici eam, quæ sine solennitate fertur: sicut anathema, ubi interuenit solennitas, de qua in cap.debent.xi.q.iij.

¶ Tu adde, quòd iste intellectus est periculosus, quia text. præsupponit, quòd anathema sit grauior pœna, ex quo infertur crescente contumacia: & tamen istæ solennitates nihil uidẽtur aggrauare, unde uerior uidetur præcedens intellectus.

¶ Praeterea. Ista differẽtia non probatur in iure, imò potius cõtrariũ in.d.c.debent, ubi tex. simpliciter appellat excommunicationem illam, quæ fit cum tali solennitate.

¶ Quare tu † omissa etymologia anathematis posita 106
hic p Io.And.Ancha.& Abb.quæ nõ est uera, dicas anathema in casu nostro, nõ esse dictionẽ græcã, sed hebræã,

qua solent Hebræi extremam detestationem significare, ut dicit Hieronymus interpretans illud uerbum, quod est in Episto. Pauli ad Gala. c. 1. alioqui, anathema, si à Græcis deriuetur, potest accipi pro re idôlis dedicata & altaribus superimposita. Sed ut dixi, interpretatio Hieronymi est uerior.

107 ¶ In proposito † ergo anathema in hoc differt ab excõmunicatione, quia infertur aduersus eos, qui ex grauissimo aliquo delicto, detestabiles sunt & maledicti, & de quibus non est spes, quòd reducantur ad pœnitẽtiam: & sic meritò infligitur, tanquã quid extremum. excõmunicatio uerò fit aduersus eũ, de quo est spes, quòd pœniteat & corrigatur. c. 1. de senten. excõmuni. in. vi. & anathema habet in se aliquam detestationem, sed excommunicatio simpliciter eijcit extra communionem fidelium. Et ita intelligo tex. iij. q. iiij. c. fi. Circa glos. similem, dic ut per Doct. in. c. at si clerici. supra eo. ubi alij tangunt.

¶ Expeditis glo. domi. Abbas format duas oppositiones. Circa primam, dum opponit quòd imò Ecclesia habet aliud quod faciat: quia habet alias pœnas numeratas hîc per eum. Adde ad istum intellectũ Abba. hic supra quem reprobaui, in penulti. notabi. dic ut ibi.

108 ¶ Et inquãtum † Abb. dicit, quòd Ecclesia habet etiam pœnam exilij, iuxta tex. in. c. 1. infra de calũnia. & . lxiij. distin. c. in synodo, cum similibus, uidetur cõtraria opinio esse uerior per hũc tex. nam hic Ecclesia tradit clericum seculari, ut mittatur in exiliũ: certè si ipsa habuisset istud remedium, non debuisset tradere seculari, cum Ecclesia istud non faciat, nisi in subsidium, ut per Butri. supra in notabilibus.

notabilibus. Et solutio Moder. hic non est bona, dum dicunt, quòd istud est dictum, quia ecclesia solet intendere pro clerico degradato, ut secularis alleuiet pœnam. c. nouimus, de uerb. signifi. Nam non debuisset Ecclesia impetrare pœnam exilij pro clerico, cum ipsa tradendo eum Iudici seculari, tacitè pronunciaret talem pœnam nõ esse sufficientem, nec infligendam, ex quo eam potuisset irrogare, & non fecit, iuxta nota. in cap. ij. infra de ordine cognitio. per Bart. in. l. à præcedẽte. C. de dilatio. Præterea, tex. in. d. c. nouimus. procedit in eo qui degradatus traditur per Iudicem ecclesiasticũ seculari. Sed nos sumus extra istum casum, quia seruata solennitate istius text. non requiretur aliqua traditio, secundùm communem opinio. de qua dicetur in sequen. opposi.

¶ Et propterea, uidetur uerior cõmunis conclusio quòd imò ecclesia non inferat pœnam exilij propriè loquẽdo, de qua in. l. ij. ff. de publi. iudicijs.

¶ Et ad contraria respondetur, quòd intelliguntur impropriè & largè, prout ponitur pro relegatione uel pro iußione, ne quis recedat de certo loco, de quo per Archidiaco. xlv. distinctio. cap. cum beatus. Potes etiam dicere, quòd illa pœna exilij licet inferatur iubẽte ecclesiastico, tamen imponitur per Iudicem secularem: argumen. capi. ij. infra de cleri. excommunica. cum non cauillando, prout facit Abb. ibi: qui restringit, quandò de facto episcopus non poterat talem pœnam imponere, quod caret ratione, ex quo si ipse imposuisset, secularis obligatus fuisset præstare brachium. cap. primo, supra de offic. ordina. Et pro hoc facit, quia canon aliquando ostendit, qua pœna secularis

laris punire reum poßit:ut per glos.in cap.delatori.v.q. vi.& Archidiaco.in.d.capit.in synodo,cum concordan. per Fely.hic.

109 ¶ Vltimò.Puto bene † notandam decisionem Abb.hic, dum intelligit tex.qui simpliciter dixerat pro homicidio imponi debere pœnam depositionis:tamen talis pœna nõ purget in totum delictum,imò post depositionem debebit adhuc recludi in monasterio, uel in arctum carcerem,ut hic per eum. Et idem etiam tenuit Petrus de Anchara.hic.

110 ¶ Et ex † hoc infertur,quòd pro grauibus delictis, pro quibus lex imponit depositionẽ,quòd adhuc fit detrusio in monasterium: & secundùm istam declarationem potest saluari quod dicit Butrius in cap. cum dilectus,in.vi. col.infra de purga.uulga.de quo supra dixi in.vi.notab. Ita tamen, ut ex qualitate delicti, Iudex arbitretur circa qualitatem detrusionis,& tempus quo meritam pœnitentiam fecerit.

111 ¶ In secunda opposi.Abbatis,fac † conclusionem, quòd incorrigibilis simpliciter qui est depositus, siue reiteret eadem delicta, siue alia:nõ per hoc efficitur de foro secu lari, nisi seruetur forma istius text.ut sit excõmunicatus, deinde anathematizatus,& præcesserint debitæ monitiones:iuxta tex.in capit.de illicita.xxiiij.quæstione.iij. & notata in capitu.sacro,infra de sentent.excommunicatio. Ita tenet Abbas hic, reprobata sententia Butri, & sequuntur cæteri.

¶ Aduerte,quia opinio domini Antonij est sustentabilis, si sanè

si sanè intelligatur. Nam cùm Doct. intelligant istũ text. in clerico qui erat incorrigibilis, & de facto nõ permittebat se capi, uidetur contra talem non esse necessariam aliam monitionem: tamen quia cum sit depositus, satis est certus, quòd debet pœnitere & se corrigere: quia depositio sola non euacuat pœnam delicti, unde non uidetur ulterius monendus. capi. eum qui certus. infra de regulis iuris in sexto, tamen etiam quia iste uidetur contumax manifestus: ex quo, nedum tunc peccat in non comparendo, sed etiam in faciendo quod est grauius, per glos. in. l. si mora. ff. soluto matrimonio. quia propter potentiam suam, prohibet se capi, unde contra talem non requiritur aliqua monitio. capit. primo. ubi Abb. & omnes ponunt, supra eodem.

¶ Amplia supra dicta, † ut talis clericus incorrigibilis 112
secundùm formam istius tex. sit de foro seculari, etiam nõ sequuta alia declaratoria, quòd sit incorrigibilis. Ita Abbas hic intelligit istum textum, & probatur in capitulo de liguribus. xxiij. quæstione quinta. & per Aretin. hic. Et facit ratio: nam cum latis istis sententijs, sit notorium istum esse incorrigibilem, contra talem non requiritur alia sententia seu declaratio: argumen. capit. euidentia. infra de accusa. per Abba. in clementi. præsenti. de censi. cum concordan. hic per Fely.

¶ Contrarium in hoc tenet Andre. Sicul.

¶ Primò, † quia ubicunque iurisdictio non compe- 113
tit alicui regulariter, sed in casu certo qualitatis tantum, illa qualitas est prius uerificanda, & de ea constare debet. capitulo primo, de foro competenti. in sexto.

cap.conquestus.infra tit.primo. Sed respōde, quod satis cōstat, ex quo est notoriū. d.c.uestra.de cohabi. clerico.

¶ Secundò adducit istum text. qui non uidetur simpliciter requirere, quòd interuenerint illi tres gradus pœnæ, sed quòd uenerit in profundum malorum, & quòd poßit esse perditio plurimorum: & quòd Ecclesia non habeat ultra, quod faciat, ergo debet prius constare de hoc.

¶ Sed tu responde quòd licet Docto. pōderent simpliciter istas rationes, tamen si bene consideretur text. ubi sit seruata ista forma hic posita, oritur præsumptio iuris & de iure quòd iste qualitates interuenerint: nam hic text. super istis qualitatibus præsumptis cū certitudine statuit, quo casu resultat talis præsumptio. iuxta notata in l. siue poßidetis. C. de probatio. per Salice. in rubrica. ff. de probatio.

¶ Tertiò cōtra istam opinionem sic arguas: nam quamuis in foro episcopi sit notorium istum esse incorrigibilem, tamen quò ad iudicem secularem, non est notorium:
114 quia † notorium in uno iudicio, non est notorium in alio secundùm Barto. in autenti. at qui semel. in ult. col. C. de probatio. Ias. in. l. naturaliter. §. nihil commune. in prima
115 combina. Barto. ff. de acquir. possess. unde † testes examinati contra aliquem in uno iudicio, licet faciāt notorium in illo, iuxta nota. per Abba. in capi. cum olim. in. ij. notabili. infra de uerbo. significa. non tamen faciunt notorium in alio, ut ibi per Barto.

¶ Potes dicere, illud procedere in ꝓbationibus, secus in sententia: quia uidetur ubiq; facere notorium, ut habetur in dicto capitu. uestra. Et sic opinio domi. Abba. uidetur uerior.

uerior.

¶ Pro qua facit quod not. Bal. in. c. primo, in principio, de feud. sine culpa nõ amitten. dum dicit, † quòd ubi aliquis ipso iure incidit in pœnam, licet requiratur sentẽtia declaratoria, capit. cum secundùm. de hæreti. in. vi. Si tamen sine aliqua declaratione fiat exequutio, non per hoc erit iuri cõtraria: quia in mera exequutione, nulla est necessaria dilatio & cognitio, secundùm Innocen. in cap. ex tenore. infra de appellatio. 116

¶ Quod dictum puto intelligendum sanè, ubi de mera exequutione agitur, prout in casu nostro, quando notorium est istum esse incorrigibilem: aliâs illud dictum ita simpliciter intellectum, confunderet totam regulam, de qua in. d. capi. cum secundum, & per Docto. in. l. si quis maior. C. de transactio. Fely. hic, & in capitul. ij. infra de sponsali. & in cap. Rodulphus. in. xxiiij. colũ. cũ sequen. supra de rescrip. per Iaso. in. l. iij. §. quod autem. ff. quod quisq; iuris.

¶ Secundò † amplia, ut in isto casu non requiratur alia admonitio uel citatio, cum simus in notorijs. c. peruenit. primo. infra de appella. & præsertim in isto casu, in quo uerisimile est, quòd si iste clericus citaretur, acciperet fugam: unde ubi aliâs esset citãdus, si adesset præsumptio fugæ, sufficeret examinatio testium, etiam parte nõ citata, put in simili dicitur de debitore fugitiuo in ciuilibus, ut per Docto. in. l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogan. Et facit quod not. Ioan. Andre. in capi. 1. de homici. in. vi. Salic. in. l. absentem. in. iij. col. C. de accusatio. cum simili. ut hic per Fely. 117

118 ¶ Adde tamen, † quòd ut supra dictæ ampliationes procedãt, requiritur quòd præcesserit sententia declarãs factum esse notorium, ut per Decium hic allegantem Bal. & Salice. in l. ea quidem. C. de accusa. Areti. consi. clxv. col. vij. Sed istud est de directo contra mentem Abb. hic.

¶ Quare, tu dic quòd quando Iudex procedit tanquam super notorio, uerũ est quòd regulariter debet prius declarare crimẽ esse notorium: & ratio est, quia uix datur crimen ita notorium, ut non poßit competere aliqua excusatio, secundùm Abba. in d. c. uestra. Barto. & Areti.
119 in l. in illa. in. vij. col. ff. de uerbo. oblig. † quòd si certum sit, nullam excusationem competere, tunc non requiritur talis declaratio, ut nota. in dicto capi. uestra. & in consi. Francis. de Curte. consi. xx. in. vi. col. & quod not. Abb. & Imol. in. c. sæpe. infra de appella. & iste est casus noster: quia cum clericus tot remedia contempserit, est notorium, nullam illi competere excusationem, & est præsumptio iuris & de iure.

120 ¶ Sed hic † insurgit dubitatio, an laicus debebit absque alio processu condemnare istum clericum, an uerò requiratur nouus processus: & uideretur non requiri alium processum, ex quo crimẽ est notorium, & sumus in notorijs: prout uult do. Abb. hic, unde fit cõdemnatio absq; alio processu. dicto cap. uestra.

¶ In contrarium est tex. in. §. si uerò crimen. in auten. de sanctis. episco. ibi, litem examinãs &c. Et uidetur esse de mente Abb. in cap. primo. in penul. colum. supra de offi. ordinarij. Et istud mihi placet magis, quia cum separatæ sint iurisdictiones, nõ debet secularis stare iudicio eccle-

siastici,

ſiaſtici, cum in tali caſu non ſit exequutor, unde poterit
clericus uti nouis defenſionibus. Et propterea iſta conſi-
deratio, quòd delictum ſit notorium, eſt uera, quò ad hoc
quòd iſte clericus non ſit amplius de iuriſdictione eccle-
ſiaſtica, non autem quò ad hoc, ut ſecularis ita ſimplici-
ter eum condemnet, quia non tenetur ſeruare proceſſum
Iudicis eccleſiaſtici, ut nota. in dicto cap. primo.

¶ Et ex his, habes expeditum primum caſum, in quo cle
ricus ſit de iuriſdictione ſecularis.

¶ Secundus caſus poſitus per Abb. eſt † quandò clericus 121
ex delicto degradatur realiter, nã licet nõ ſit incorrigibi
lis, nõ tñ efficitur incõtinenti de foro ſeculari. c. nouimus,
de uer. ſig. & in iſto caſu, ex ſola degradatiõe in cõſequẽ
tiam uidetur tradi ius ſeculari. Ita Aret. hic allegãs alios.

¶ Tu aduerte ſecundùm Moder. hic, quia iſtud uidetur
eſſe contra tex. in. d. c. nouimus, ubi nõ eſt approbata opi
nio iſtud tenentium.

¶ Sed tu aduerte, † quia uerum eſt quòd non requiritur 122
manualis traditio, prout declarat ibi Ioan. Andre. ſed ta-
men debet degradatio fieri præſente ſeculari, & relinqui
illi reus: nec eſt uerum quod Ioan. Andr. uel alij Docto.
hic teneant contrarium.

¶ Nec obſt. ratio Areti. hic, dum arguit de milite, qui eo-
ipſo quod priuatur inſignibus militaribus, perdit priuile
gium. l. ij. §. miles. ff. de his qui notã. infa. quia in odioſis
non tenet argumentum de milite ad clericum: ut notá.
in. l. ſtipendia. C. de exequu. rei iudicatæ. & in. l. miles. ff.
de re iudica. Et licet text. in capitu. ſecundo, de pœnis in
ſexto. eos æquiparet, quò ad detractionem inſignium, nõ
tamen

tamen censetur æquiparari quò ad priuationem fori, quia reliquiæ clericatus fortius adhærent, nec ita de facili tolluntur, ut per Andre. Sicu. *&* Fely. *hic ad aliud propositum: & facit tex. in cap. dictum. lxxxi. distin.*

¶ Ad *idem, quia licet miles per detractionem insignium amittat priuilegia, in clerico tamen ius fori ecclesiastici non competit, propriè loquendo, tanquam priuilegium, sed tanquam ius commune & publicum. cap. si diligenti, infra titu. primo. & probatur in extrauaganti unam sanctam, quæ est* Boni. *viij. de maiori. & obedi.* Quod *difficilius tollitur per regulam legis eius militis. §. militia missus. ff. de testamen. milita.*

123 ¶ In. q. Abba. † *quis dicatur incorrigibilis: dic ut hic per* Moder. *& aduerte ex eius doctrina, quòd delictum etiā diuersæ speciei, aggrauat prædecētia: & facit quòd quis dicatur incorrigibilis: quod intellige, quādò quis de præcedentibus non habuit absolutionem, quia aliâs obstarent quæ dixi supra, in ultimo notabili.*

Incorrigibilis quis dicatur.

124 ¶ Sed *hic* † *oritur pulchra dubitatio. pone, quòd iste clericus delinquens dicat se nolle unquam pœnitere: an non seruata forma istius tex. erit incorrigibilis, & incōtinenti relinquēdus seculari? uideretur quòd sic, sicut dicimus de eo, qui dicit se nolle comparere, ut amplius nō expectetur, sed dicatur manifestus contumax: de quo in. c. 1. supra eod. & per* Docto. *in. l. contumacia. ff. de re iudica.*

¶ Puto *contrarium, quòd imò debet expectari & seruari forma istius text. interposito competenti termino dierum: quia fortè iste clericus mutabit sententiam.* Et *facit*

125 *quod notat* † Bal. *hic de statuto, si quis uulnerauerit aliquem*

*quem, puniatur in centum: quam summam si intra mensem non soluerit, amputetur ei manus: nunquid si reus dicat se nolle aliquo modo unquam soluere, debeat sibi statim amputari manus? & dicit quòd non: quia debet expectari, ex quo fortè mutabit uoluntatem, ut notatur in.l. qui bona.§.si quis stipulatus.ff.de dam.infec.*Nec potest *renunciari huic defensioni, quia concernit ius publicum, ut per glo.in.l.pactum inter hæredem.ff.de pactis.*

¶Facit,† *quia potest extraneus intra illum terminum soluere pecuniam pro reo, eo etiam inuito, ut absoluatur: & tenebitur reus recompensare, secundum* Bar.in.l.sti*chus.ff.de peculio lega.*Petrus de Anchara.in.c.cum.C. *laicus.de foro competen. &* Angel.in tracta.maleficio.in *uerbo, quas si non soluerit.ij.Fely.in cap.significauit, de iudæis.in capit.contingit, colum.ij.de senten.excommu. unde idem uidetur in casu nostro.* 126

¶Vltimò† *aduerte circa doctrinam* Abb.*quòd non debent Prælati habere carceres ita arctos, quòd uerisimiliter in eis inclusi morerentur, aliàs essent irregulares, ut hic per eũ: cum quo omnes trãseunt.* Est *uerum, quòd cõsuetudo pro isto carcere interpretata est caueas ferreas, in quibus recluduntur communiter per* Italiam.Et *credo consuetudinem ualere, dummodo habeatur respectus ad qualitatem temporis, & uictus, & etiam ætatis hominis.* 127

¶Sed† *pone.clericus pro furto quia erat contumax, & nolebat satisfacere & parere sentẽtiæ, fuit damnatus ad talem carcerem usq; ad certum tempus, deinde fuit relaxatus: nunquid tenebitur satisfacere creditori, cuius rem furatus fuerat? & uidetur quòd non: ex quo sustinendo talem* 128

talem pœnam, dicitur satisfecisse. xiiij. q. v. capit. primo. quod potest procedere, si dum esset in carcere, erat satisfacturus si habuisset facultatem. Pro quo est glo. notabilis in cap. sicut dignum. §. eos insuper, infra de homicid. Et quod singulariter dicit Guido papæ, in decisio. Del-
129 phina. quæstio. cccxliij. † quòd si fiat cessio bonorum ex forma statuti uituperose, puta quia percutiatur lapis, si talis cedens perueniat ad pinguiorem fortunam, nõ tamen tenetur. Et ita limitatur lex qui bonis. C. qui bonis cedere possunt. Et ratio est, quia illud uituperiũ habetur pro satisfactione, quod nota, quia in practica uidi seruari contrarium. Nam illud uituperium & percussio, non fiunt ad satisfactionem, sed ne sic de facili debitores cedant bonis timore infamiæ de facto, quæ inde oritur, ut per Odoffre. loquentem in casu statuti Mediolani, in. l. debitores. C. ex quib. cau. infa. irroge. Et sic cum laude Dei, sit expeditum istud capitulum, per acutissimum I. V. Doctorem, domi. Andr. Alciatum Mediolanensem, in almo Auenionensi Gymnasio.

SEQVITVR LECTVRA DO. ANDREAE ALCIA. SVPER CAPI. NOVIT.

NOVIT. † *Pro declaratione materiæ,* 1
præmitto uarias species denunciationũ,
de quibus p Doc.*in.l.ea qdẽ.C.de accu.*
& per Bar.*in extraua.ad reprimẽdum*
in uerbo per denũciationẽ: & aliqua p
Abba.hic in fine.summa & diuide text.ut hic per alios. 2

¶ *Noto primò † ex tex.ibi,si peccauerit,formã euãgelicæ denunciationis,in qua qnq; principaliter reqrũtur:de quibus sigillatim est uidendum.Primum requisitum est, quòd ille qui denũciat,sit Christianus, quia illud importat illa dictio frater.xi.q.iij.cap.ad mensam.*

Notabile primum. Denũciatio euangelica.

¶ *Ex quo,† primò infertur per Doct.hic, quòd infidelis denunciare non potest : quod tamen limitat hic Abbas dummodo non peccet contra legem naturæ: quia in tali casu,Papa habet iurisdictionem cõtra illos, ut per Innocen.in cap.quod super his.infra de uoto.* 3

¶ *Contrarium tenent omnes Moder.quia ista denunciatio fit ad finem,quòd quis corrigatur pro salute animæ. Quę ratio non potest habere locum in infideli.facit tex. ij.q.1.cap.multi.*

¶ *Cõfirmatur ista opi.quia in casu quo cõtemnatur tota denũciatio,resultat simpliciter pœna, quia cõtẽnẽs habetur sicut ethnicus.Sed absq; hoc,tales iam sunt ethnici &*
genti

4 *gentiles, ergo superflua esset denũciatio, lex † autem & natura nihil frustra operãtur. l. iij. §. fina. ff. ut in possessio. legato. uel fideicom. &c.*

¶ *Secundò confirmatur: quia haec denunciatio fuit introducta ex uerbis euangelij, quod non comprehendit ethnicos: quia sunt omnino extra protectionem Ecclesiae. de poen. distinctio. prima. cap. nemo.* Et facit tex. in dicto *cap. multi.*

¶ Tertiò *facit, quia haec denunciatio est introducta cõtra regulas communes, ut dicit* Bartol. *in dicta extrauagan. ad reprimendum: ergo debet restringi, non autem trahi ad casus non expressos: argu. l. praecipimus.* C. *de appellationibus.*

¶ *Sed tu considera, quòd pro domi.* Abba. *facit efficax ratio: nam sequeretur, quòd melioris conditionis esset infidelis quàm christianus, quod est absurdũ. l. die Sabbati.* C. *de iudae. cum simili.* Nam *si christianus deberet aliquid iudaeo, tanquam naturaliter, posset ab eo per istam denunciationem conueniri: & tamen iudaeus debitor non posset hac uia compelli à christiano, quod est absurdum.*

5 ¶ Vnde † *distinguas, quòd aut loquimur in denunciatione quae fit simpliciter ad correctionem peccati, ab eo, cuius nihil interest pecuniariter.* Et *est uera communis opinio* Moder. *quae est communis.* Aut *loquimur in ea, quae fit ad correctionem, ut in consequentiam denuncians consequatur quod suum est: & tunc mihi placet opinio* Abbatis.

¶ Non *obstat ratio* Doct. *quòd qualitates hic requisitae non*

non habeant locum in infideli, quia earum loco, lex subrogat alias, prout hic dicit Abb. *per text. in. c. post miserabilem. ubi idem* Abb. *infra de usur.*

¶ *Non obstat quòd infidelis nō potest corrigi pro salute animæ, quia quamuis uerum sit, quòd ista denunciatio fuerit inuenta ad talem finem, tamen habet locū, etiam ubi ille finis non adest.* Pone enim *quòd aliquis sit omnino contumax, & uelit stare in peccato, certè nihilominus compelletur ad satisfactionem, licet per illam non liberetur à peccato, quia durat uoluntas male faciendi, ex quo coactus restituit, ut notatur per Ancha. in regula peccatum. de regul. in sexto.*

6 ¶ *Secundò † potest inferri, quòd ista denunciatio habeat locum etiam in ipso Papa, quia ipse etiā dicitur frater propter regenerationē* Baptismi. *dicto capi. ad mensam.* Et *ita notat* Cardi. *post alios in capitu. si Papa.* xl. *distinctione.*

¶ *Circa quod dicit hic* Abb. *in. xij. col. quòd istud est uerum respectu monitionis, non autem eo respectu, quòd si non audiuerit, dicatur ecclesiæ.* Et *est ratio, quia ipse nō habet superiorem, & à nemine iudicatur: iuxta text. in extrauagan. unam sanctā. in fine, de maiorita. & obediē.* Et *ita transeunt* Doct. *hic, & in. c. proposui. infra de cōcessio. præben.*

7 ¶ Ex *quo infertur, † quòd ubi uerba legis non possunt uerificari ex toto, saltem dispositio habet locum quatenus possunt uerificari.* De *quo est glos. in capi. primo, in uerbo, primitiæ, infra de decim. & glo. in clemen. prima, in uerbo, censura, de usur.* Roma. *cōsi. ccccxxxiiij. in quo*

dic ut per Moder. hic. Sed huic regulæ uidetur obstare glos.in.l.si mancipia.C.de ser.fugi.unde dic ut per Fely. in capitu.nonnulli.in princip.in penultima charta, supra de rescrip.

¶ Sed tu, circa prædictam opinionem diligentius considera: quia cùm istud sit præceptum euangelicum, eo ligatur etiam ipse Papa, sicut Rex Francorum & cæteri Christiani.xxv.q.1.c.sunt quidam.& notatur in.c.quāto, infra de iureiur. & per omnes in.c.1.suprà de consti. & in dicto.c.proposui: nec in hoc erit acceptio personarum, prout dicit text.hic, unde uidetur uerius, quòd indistinctè tota regula habeat locum in eo. Non obstat ratio Docto.quia illa uerba quòd dicatur Ecclesiæ, habent duplicem intellectum, & duplicem effectum. Primus est, quem tenent hic Doct.uidelicet quòd dicatur superiori, qui compellat delinquentem ad correctionem: & in isto casu procedit communis sententia, quæ etiam mihi placet. Secundus effectus est, quòd dicatur Ecclesiæ, ut delictum suum multis notificetur, qui detestationi eum habeant: ut ille propter pudorem & metum opprobriorum pœniteat & saluetur. Quem intellectū diuus Hieronymus & patres antiqui tenent in interpretatione Matthæi.xviij.cap. Et istud propriè significat ista dictio Ecclesia, quæ est congregatio fidelium: quamuis ergo primus effectus nō uerificetur in pontifice, iste secundus poterit. unde est distinguendum: aut enim loquimur quò ad finem ut corrigatur per uiam iudicandi, & procedit cōmunis opinio. fallit in † crimine hæresis, uel ubi agatur de crimine scādaloso: ut est glo. cōmuniter approbata in

8

d.cap.

d.capitulo si papa: de qua latè per Decium consilio.cl. in.vi.columna. & consi.sequen. & per Romanum consil.ccccccxxiij. Quæstio discutienda. Aut loquimur quò ad finem, quòd corrigat seipsum metu pudoris & opprobriorum, & regula generaliter procedit per supradicta. unde in isto secundo casu, potest oriri tãtum scandalum, quòd adhuc Ecclesia quæ repræsentatur per Concilium, posset eum iudicare. Et ita potest intelligi glo.in.d.capi. si papa. Et ista arbitror eatenus uera, quatenus per Ecclesiam approbãtur. Quò uerò ad alios prælatos, non est dubium quin generaliter regula procedat, dum ista monitio fiat per subditos cũ modestia & charitate. facit quod notat gl.in clemẽ.1.§.notarij, de hære. & per Abb.hic.

¶Secundum † requisitum est, quòd charitatiuè moneatur peccator, ut eximat se de peccato, & quòd uterq; sit solus: & si iste neget se fuisse monitũ, stabitur iuramẽto ipsius denunciantis, ex quo aliter probari non potest, secundum Abb. hic & alios. facit in simili † quia in rebus 10 quæ pendent ab animo, ex quo aliter probari non possunt statur iuramento dicentis, secundum glo.nota.ubi Iason & alij in.§.aliæ, institu. de actio.per Abba.in capi.ij. in ulti.col.suprà de constitu.

9

¶Et ex hoc infertur, quòd si denũciatus habet aliquã iustã causam, per quã probabiliter credat se nõ esse in peccato, quòd ueniet absoluẽdus: & cũ hic agatur de secreto conscientiæ, stabitur dicto ipsius, capitu. si uero.ij.infrà de senten.excõmuni.gl. & Docto.in cap.significasti. primo, infrà de homicid. Et ita firmat hic Abbas post Innoc.Bar. & alios, ut hic per Moder. & cõsequẽter, si tu

petas à me talē rem, & probes de dominio, si ego habeo aliquam causam, fortè quia emi ab aliquo, & hoc probē, deinde iurem me non habere conscientiam læsam, non po tero condemnari, & stabitur iuramēto meo. Hostien. & Andr. Sicul. tenent cōtrarium: quia non statur dicto atte-stantis de animo suo, quando habet præsumptionem con tra se, ut per Bar. in. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Sed responde, quòd cùm actori incumbat onus probādi reum esse in peccato, ista probatio non erit sufficiens: quia non sequitur, res est tua, ergo eam teneo cum peccato: quia potest esse quòd ego sim in bona fide: quo casu cessat peccatum. Ista autem bona fides colligitur ex causa per me probata, & ex iuramento.

¶ Præterea illud dictum Bart. non uidetur procedere in foro conscientiæ, in quo nō attenduntur præsumptiones: unde quo ad exonerationem ipsius, debet credi, per glos. in clemen. prima, in uerbo nō habita, de priuile. ubi uerò non allegarem aliquam causam ex parte mea, sed simpli-citer iurarem me credere quòd testes tui essent falsi, in ta li casu Abbas hic adhuc tenet, quòd istud sufficiat. Sed ego nō arbitror ita simpliciter uerum: quare intellige me lius secundùm Bart. quando ego iurarem me credere esse falsos ex aliquibus probabilibus indicijs, aliter haberem conscientiam erroneam, quam cogerer deponere. cap. in-quisitionis, infra de senten. excommu. quòd si denuncians non haberet alias probationes quàm confeßionē meam, tunc standū est cuilibet causæ per me appositæ in excu-sationem cōscientiæ meæ. l. si quis testibus. C. de testibus. l. eum qui, in princ. ff. de iureiuran. Et ita tenet Barto. &

potest

potest esse ratio, quia cùm egomet confessus fuerim, lex præsumit pro cõscientia mea, & credit pro ueritate excusationis appositæ.

¶*Sed tu aduerte: quia in contrarium urget textus in capitu. significasti. ij. de homi. ubi in foro conscientiæ statur confeßioni dicentis, quandò non est accusatus uel denunciatus: prout est casus noster, nisi saluando* Barto. *intelligas istum tex. de alia denunciatione, quàm euangelica, & dictum* Bart. *sine dubio non procederet, quandò confessio fieret metu probationum.* Pro quo *facit quod nota.* Abb. *in capi. fina. de celebra. miss. &* Moder. *in capi. at si clerici, in quarto notab. supra eodem.*

¶*Sed † circa hoc requisitum contingit dubitari, an satis sit, si denunciãs moneat per epistolã? & uidetur quòd non, quia tex. dicit, uade & corripe.* Item *dicit, inter te & ipsum solum.* Q*uæ uerba, uidentur requirere præsentiam: iuxta no. per* Barto. *in. l. iubemus.* C. *de erog. mili. anno. lib. xij.* Et *facit, quia scribens non dicitur ire uel loqui. l. miles ad sororem. ff. de lega. ij. per* Moder. *in. l. 1. in prim. ff. de uerb. obliga.* 11

¶*Sed contraria opinio est uerior, quam tenet* Bar. *in dicto uerbo ad denunciationẽ, &* Doct. *hic per istum tex. non est enim uerisimile, quòd* Rex Anglorum *præsentialiter admonuerit* Regem Francorum. Non *obstat prædicta ratio, quia ista monitio fit ad finem correctionis, unde cùm resultet idem effectus, non attenditur an quis corrigat coram, uel per epistolam. argumen. glo. in capi. ij. de iureiuran. in. vi. in uerbo proprio, ubi licet tex. dicat proprio iuramento, tamen satis est si præstetur per nuncium.*

cium. Ad idem facit lex diuus.ff. de fal.& l. qui autem. in fine.ff.de constitu.pecu.

12 ¶ Tertium † requisitum est, quòd fiat secunda monitio, quæ probetur per unum testem cum iuraměto in supplementum, dato ipsi denuncianti, uel per duos testes: secundum Abb.hic.& est tex.in capitu.in omni, infra de testi. Et sic in ista denunciatione, satis est si interueniant duæ monitiones. Et ita firmat hic Abb.in penul.colum. & est communis opinio. Et facit text.in cap. quemadmodum in fine, de iureiuran. Et est expressum in Epistola Pauli ad Titum, capitu.iij.

¶ In contrarium facit text.in cap.ij. de purga.cano. & quod no.Abb.in capitu. qualiter.ij.in glos.magna, infra de accusatio.ubi tenuit, quòd requiruntur tres monitiones. Sed responde, quòd tex.in dicto capit.ij.debet intelligi quandò Iudex uult procedere ad corrigendum absq; alia denunciatione euangelica. nam tunc regulare est, ut ad sententiam ferendam, quis ter moneatur.l.ad peremptorium, de iudi.

¶ Sed circa hoc requisitum contingit primò dubitari:
13 † nam ista secunda monitio non fit, nisi ubi primo monitus non audit, sed perseuerat in peccato. Et cősequenter uidetur, quòd infans & furiosus non possint denűciari, quia in eis cessat ista ratio. Et ita in terminis dicit Bal. in.l.quæritur, in tertia lectura.ff. de statu homi. Si uerò quis peruenisset ad annos discretionis, uel esset impubes, doli tamen capax, tunc esset satis: quia cessat ratio capi. omnis utriusq;, infra de pœniten. Aduerte tamen: quia dictum Baldi uidetur dubium: nam sicut tales constituuntur

tur in mora si interpellentur cũ tutore, ut per Barto. & Docto. in. l. si ex legati causa. ff. de uerbo. oblig. ita uideretur, quòd deberet posse fieri ista denũciatio: sed tamen non est recedendum ab opinio Baldi, præsertim in infante, in quo potest expectari, quòd fiat adultus, prout in simili dicimus in. l. prima, de Carboniano edicto.

¶ Secũdò hic dubitatur † nam cùm ista monitio fiat cum uno teste uel duobus, & sic per uiam iudicij, non uidetur quòd debeat ad illam admitti aliquis criminosus: & ita tenuit glos. fina. hic: quia non est uerisimile, quòd bono zelo moneatur ad alterius correctionem, qui ipse sit corrigendus. Et transeunt communiter Docto. cum illa limitatione, ut non procedat, quandò quis denunciaret pro suo interesse particulari. iiij. quæstione. vi. cap. omnibus. capitu. item cùm quis. de restitu. spolia. Et propterea, † tali casu supra tenui, quòd Iudæus admittatur, quia licet non uerificetur quòd sit frater, uerificantur tamen cætera, ut est de mente Abb. & probabit primam monitionem iurando per legem Moysi, ut nota. in. l. non erit. §. primo. ff. de iureiur. & per Specu. in titu. de iuramen. calum. §. restat, in fine. Sed quòd imò generaliter criminosus admittatur, tenuit Andre. sicul. hic per multas rationes, quibus respondent omnes Moder. ut hic per eos. Sed tu ultra eum cõsidera, quòd rationes glos. & Doct. non uidẽtur efficaces. Nam argumentũ in casu nostro de accusatore, ad istum denunciatorem non est bonum: quia qui accusat, præsumitur illud facere in odiũ & cõtumeliam accusati. capitulo si omnia, sexta quæstione prima: meritò si est criminosus reijcitur per magnam suspitio-

nem. Sed denunciator præsumitur istud facere ad bonum finem, & zelo salutis istius denunciati. Quod apparet, ex quo prius eum solus admonuit, & seruauit formam hic traditam, nec pia opera criminosis debent prohiberi. capi. quod quidam. infra de pœniten.

¶ Non obstat, quòd non sit uerisimile talem bono zelo moueri, quia imò sumus in casu claro, ex quo secretè admonuit, & adducit testes probos uiros, qui etiã ipsi admonuerunt, unde propter istos cessat suspitio, quæ posset oriri aduersus denunciantem: iuxta nota. per Bald. & latius per Ias. in. l. si quis ex argẽtarijs. § . primo. ff. de edẽdo. Non enim solus denunciator admonet istum reum, ut corrigat se, sed etiam ipsi qui sunt adhibiti. Quod probatur ex uerbis ipsius regulæ positæ in euangelio, ubi dicitur, Si eos non audierit &c.

16 ¶ Et ex hoc infertur, † an posit qui mutuauit filiofami. uti hac denunciatione ad consequendam pecuniam suam. Et Abb. hic post Barto. dicit quòd non: quia iste est criminosus, quia mutuauit contra senatusconf. Macedo. & non debet audiri. In contrarium facit quod not. Bartol. in. l. si pœnæ. ff. de condictione indebiti. ubi uoluit, quòd pœna quæ imponitur huic creditori, non habeat locum in foro animæ. Et istud confirmatur: ex quo hic criminosus agit de interesse suo, quo casu esset audiendus, ut supra dictum est. Et pro ista opinione facit: quia non potest negari, quin iste filiusfami. sit in peccato, cùm teneatur ciuiliter & naturaliter, & solum sit tutus exceptione introducta in odium ipsius creditoris. l. qui exceptionem. ff. de condictione indebiti. unde dic, quòd aut ipsemet

ipsemet creditor denunciat, & est repellendus: quia senatusconsul.macedo.cùm sit factum ex rationabili causa, ut prouideatur delictis, quæ deinde sequebantur, est seruandum etiam in foro conscientiæ, ut per Innoc.& Ioan. Andr.in capitulo quia plerique. de immunita.eccles.& Docto.in capitulo primo, suprà de constitutio.

¶Si uerò non esset sequutum aliquod malum præsumptum, tunc creditor admitteretur, & posset procedere quod not.Bartol.in dicta.l. si pœnæ. Nam in foro conscientiæ attenditur ueritas rei, non præsumptio, ut infrà dicetur. Et in tali casu, incumberet onus probandi ipsi creditori: Ex quo filiusfamil. habet rationem legis pro se. Aut fit denunciatio ab alio quàm à creditore, & iste uidetur admittendus, quia militant omnia uerba regulæ in isto casu: nec potest negari, quin iste sit in peccato, quia retinet rem alienam. regula peccatum, de regu. iuris, in.vi. unde in casu quo creditor ipse non admitteretur, debebit compelli erogare pauperibus: ex quo, ipse non potest cum conscientia retinere, tanquam rem alienam: nec creditor, ex quo lex eum punit, quia præstitit occasionem delinquendi: undè cùm nõ habeat cui det, debet dare pauperibus. argumento capitu.sicut dignum. §.eos insuper.infra de homicidio.& nota.in capitu.cùm tu.infra de usur.

¶Quartum † requisitum est, quòd iste denuncians dicat Ecclesiæ, id est Prælato suo. Ecclesia enim est congregatio fidelium, quæ repræsentatur per caput suum & sic per Episcopum, sicut uniuersalis repræsentatur per Papam, ut dicunt Theologi, & per Card. Alexã.xv. 17

distinc.in summa.

18 ¶ *Sed hic uidendum † est primo quæ crimina sint denuncianda ecclesiæ.Et de criminibus omnino occultis cõmunis opinio est post* Abb.*hic, quòd non debent denunciari,ex quo non possunt probari: & regula loquitur in his,quæ probari possunt:de quo dic ut per eum.*

19 ¶ *Sed † nũquid propter crimen ueniale potest fieri denunciatio ? & uideretur quòd sic,iuxta nota.per* Anto. *de*Butri.*&* Imo.*in capitu.fina.infra de præscrip.ubi dicunt,quòd quandò agitur nedum de peccato mortali,sed etiam ueniali : lex canonica remanet ciuilis etiam in foro ciuili,ita declarantes notata in.l.priuilegia.*C. *de sacrosanctis eccle.Sed puto contrarium per istum textum in uersicu.cùm enim, & in uersicu. licet. ubi* Papa *semper ponderat quòd peccatum sit mortale,nisi dicas,quòd ueniale per contemptum qui probatur per istas duas monitiones efficitur mortale.glos.in.§. nomine.xxv. distinct.* Archidia.*&* Bald.*in capitu.primo,infra de pact. quod satis placet.*

20 ¶ *Secundò uidendum † est,an ista denũciatio sit de præcepto ? & in prælatis communis opinio est, quòd sic, etiam quòd quis credat istum denunciatum fieri deteriorem, ex quo talis denunciatio fit, etiam ut cæteri metum habeant. capitul. sed illud. xlv. distinct.in priuatis uerò est etiam de præcepto.capitu.cùm ex iniuncto.§.finali.infra de hæreti.nisi uerisimiliter crederetur eum fore deteriorem.* Et *ratio differentiæ est, quia prælati tenentur denunciare etiam propter iustitiam conseruandam : sed priuati solummodo propter charitatem : quæ*

charitas

charitas non militat, ubi quis esset futurus deterior. Facit quod not. Ioan. Andr. in cap. 1. de senten. excommuni. in sexto. ubi non debet excommunicari, qui uerisimiliter illam non timebit, nec abstinebit à peccato. Et propterea, ualent statuta, quòd in causis non iuretur de calumnia, quando rari timore istius iuramenti abstinerent à calumnia, ut per Abb. & Soci. in cap. cæterum. infra de iuramen. calum. & facit text. in l. ij. ubi Doct. C. de indic. uiduita. tollen.

¶ Tertiò uidendum est ubi sit denunciatũ & probatum crimẽ, quibus remedijs utatur ecclesia: & dicit hic Abb. quòd si iste non se corrigit, excommunicabitur: ut probatur in hoc textu, ibi, districtione ecclesiastica coercere. Et probatur ratione, quia cùm iste debeat euitari, sequitur quòd sit excommunicatus: ex quo aliter non euitaretur. xi. q. iij. cap. ad mensam. fortius tenuit Andre. Siculus, quòd imò sit ipso iure excõmunicatus per illa uerba, sit tibi sicut ethnicus, quæ important canonem latæ sententiæ. l. prima. C. de secun. nuptijs. & gl. in cap. quicunq; de hæreti. in sexto.

¶ Contrarium tenet Decius, quòd imò non sit excommunicatus nec excommunicandus: ex quo lex non dicit, quòd debeat euitari, sed simpliciter quòd sit ipsi denuncianti sicut ethnicus: & districtio ecclesiastica intelligetur secundùm subiectam materiam de tali pœna, non autem de excommunicatione.

¶ Breuiter nõ est recedendum à communi opinione: quia imò districtio ecclesiastica propriè refertur ad excõicationem. c. 1. ubi Archi. & cæteri. infra de offic. uica. in. vi.

per

per Cardi.in.c.perpendimus,infra de senten. excommu. Et licet in euangelio non dicatur,quod debeat euitari: tamen dicitur in episto.Pauli ad Titum cap.iij.& est text. apertus in capitu.quemadmodum.§.fina. infra de iureiurand.

¶ *Non obstat ratio Andr.sicu. quia fateor quòd quo ad denunciantem,debet haberi pro ethnico, statim quòd cōtemnit etiam Ecclesiam,ut declarat Inn.hic:& ita intelligo Abb.hic,in.iiij.nota. Sed ecclesia ipsa irrogabit etiā pœnam excōicationis,ut est tex.hic:& dicit Pet.de An-*
22 *cha.hic,* † *quòd cùm ratione denunciantis habeatur iste peccator pro ethnico, poterit denuncians etiam propria authoritate ius sibi dicere. Quod intellige,quandò iste contemneret excommunicationem: quia cùm talis per iudicem non poßit consequi ius suum,licet propria autoritate uti,argumen.notatorum per Innoc.in.c.sicut, de iureiuran.& in cap.dilectis.de appellatio.per Barto.in.l. ait prætor.§.si debitorem.ff.de his quæ in frau.Dicit tamen Cardi.hic in fine,quòd si iste denunciatus excommunicatur ab ecclesia,& non curet de cēsura,quòd per hoc creditor non consequetur rem suam, unde in tali casu, ego admitterem dictum Pet.de Ancha. & etiam si quis steterit per longum tempus excōmunicatus, credo quòd poterit cogi etiam alijs remedijs: iuxta nota.in cap.fina. infra de pœnis.*

¶ *Fortius tenuit Bal.in auten.ad hæc.in.iij.colum.C. de usur. quòd imo debitor poterit compelli etiam per alia remedia, puta per mißionem in poßeßionem. Et sequitur Felin.hic, & mihi placet in denunciatione iudiciali:*

in alia

in alia uerò, sequor dictum Cardina.

¶ Et ex isto textu infert etiam Abb. quòd † talis si non 23
corrigat se poterit priuari beneficio: quia cùm habeatur pro ethnico, & sic gentili, non potest retinere beneficium. viij. distinc. cap. quo iure. & ex hoc dicto Abb. confirmatur opinio quam supra tenui, declarando glos. in. d. cap. si papa. xl. distinctio. dum dicit, quòd pro crimine scandaloso, Papa iudicatur à synodo. Nam probatur hoc isto modo, Papa admonitus secundùm regulam euangelicam si se nō corrigit, habetur pro ethnico, sed ethnicus deuiat à fide, Papa autem deuians à fide, iudicatur. dicto capit. si Papa. Et sic tollitur ratio quorundā theologorum dicentium opinionem illius glo. non bene probari in tex. de quibus per Decium dicto consil. cl.

¶ Quintum † requisitum est, quòd probetur ordinem 24
hic traditum esse seruatum. Ex quo nota, quòd non sufficit probare actum, nisi probetur factus cum debita forma. De quo per Innocen. in capi. innotuit, supra de electio. per Doct. in. l. sciendum. ff. de uerb. oblig. cum concordan. Et facit quod notant gl. & Moder. in. l. si donatiōe. C. de collatio. & latè hic per Moder. ultra quos adde, quòd ubi † principalis solennitas est probata, uidetur 25
quòd præsumatur cæteras interuenisse, quādo à communiter accidentibus solent simul interuenire: secundùm Bald. in proœ. Decreta. in quinta colum. ubi dicit, quòd si quis asserens se fuisse doctoratum propter aßignationem cathedræ, ex quo ista est principalis solennitas, præsumuntur etiam cætera interuenisse, scilicet traditio libri & birreti. unde secundùm eum satis est probare

actum

actum, non per singula, sed per potiora.

26 ¶ *Sed hic primo † quaeritur: quid si sit additum formae, puta, quia tres monitiones interuenerunt? dico quòd iste denuncians est magis commendandus, ex quo ostēdit maiorem charitatem: ut est de mente Hostien. hic. Et propter hoc, actus non uitiatur, glo. in. l. non sunt liberi, de sta. homi. & tetigi in. l. 1. §. sed si mihi. ff. de uerborum obligatio.*

27 ¶ *Secundò † quaeritur, an ista forma sit necessaria, quando delictum est notorium. Et Abb. post Archidia. concludit quòd non: quia non debet priuatim admoneri, sed publicè: quia publica delicta publica correctione indigent. d. cap. sed illud. xlv. distinctio. & confirmant Moder. quia in notorio, forma iuris non attenditur. cap. bonae, primo, de postula. praelato.*

¶ *Contrarium tenet Areti. hic, cuius rationibus respondent Moder. ut per eos: mihi placet opinio Areti. quia cùm ista denunciatio fiat charitatiue ut quis se corrigat, nisi delinquens admoneatur, nō uidetur seruata charitas, prout dicimus in ciuilibus: ubi interpellatio extraiudicialis de urbanitate requiretur. l. quidam hyberus. ff. de seruitu. urbano. praedio. Et licet in notorio non seruetur forma iuris quò ad iudicia. Ista forma respicit actus extraiudiciales.*

28 ¶ *Tertiò successiue † quaeritur an in ista causa debeat seruari ordo iudiciarius. Et abb. distinguit, quia aut loquimur in denūciatione euāgelica, quae fit ab eo, cuius nihil interest pecuniariter, & non est necessarius ordo iuris: aut*

aut loquimur in iudiciali, qui ita dicitur quando fit ab eo cuius interest pecuniariter, & tunc est necessarius ordo, licet non in totum: quia procedetur de plano per text. hic.

¶ Sed tu aduerte: quia ista denunciatio iudicialis est eadem cum euangelica, nec differt, nisi in modo: secundùm Cardina. Floren. hic. Et propterea Innocen. hic, & Barto. in dicto uerbo, ad denunciationem, & Bald. in dicta autenti. ad hæc, simpliciter appellant euangelicam, etiam quòd agatur de interesse priuato. Nec est uerum, quòd in iudiciali principaliter agatur ad consequutionem rei: quia restitutio rei semper fit in consequentiã. Ex quo, utroque casu, denunciatio principaliter fit, ut euitetur peccatum: & etiam ad istum finem requiritur, quòd secunda monitio fiat adiuncto uno uel duobus testibus, ut coram illis erubescat: nec probatur iure, quòd admittatur aliquis ad consequutionem iuris sui pro exoneranda conscientia: nisi per uiam istius denunciationis euangelicæ: & differentiæ positæ hic per Abb. non probantur aliquo iure. solum remanet unum obiectum: quia hoc admisso, sequeretur quòd denunciatio euangelica, seruata forma suprascripta indistinctè admittatur, iurisdictio iudicum secularium tota absorberetur per ecclesiasticam. Sed ad hoc communiter respondetur, quòd ecclesiasticus non admittet hanc denunciationem, quando fit pro interesse pecuniario, nisi in certis casibus, puta in subsidium, quandò aliter de iure ciuili non prouideretur uel in causa pacis & iuramenti, uel miserabilium personarum.

Sed ego

¶ Sed ego puto, quòd imò indistinctè admittetur. ¶ Primò, quia regula euangelica generaliter ligat in præiudicium cuiuscunq; fori: ut no. in. d. c. 1. de constitu.

¶ Secundò per istum tex. in prin. qui generaliter loquitur. & eius ratio est generalis ibi, non enim intendimus iudicare de feudo, sed decernere de peccato.

¶ Tertiò per istum tex. in uersic. licet autem hoc modo, ubi etiam si non ageretur de pace uel iuramento, tamen potest procedere: & ista opinio est uerissima. Non obstat argumen. quia non est uerum, quòd euacuetur iurisdictio secularis: quia ubi prouideatur in foro ciuili, fatuum esset intentare istam denunciationem, in qua non sufficeret actori probare, quòd foueret iustam causam, sed requireretur etiã quòd probaret, quòd aduersarius habeat conscientiam læsam: & de hoc staretur dicto ipsius aduersarij, concurrentibus aliquibus uerisimilibus coniecturis, ut supra uidimus.

¶ Expeditis istis qnq; requisitis, uenio ad effectus istius
29 denunciationis: & formo quæstionẽ. † pone, lex uel statutum mandat actũ fieri cum certa forma, & ea non seruata procedit annullando: nũquid saltem cõsuletur creditori per uiã denunciationis euangelicæ? & consequenter debitor saltem tenetur in foro conscientiæ? Et ista quæstio est satis intricata, licet summè utilis in practica. Et prima est opinio affirmatiua qđ sic, quã tenuit Ang. in. l. quidam. §. illo. C. de necessa. ser. hæred. insti. per illũ tex. ubi dicit, quòd peccat hæres qui non seruat uoluntatem testatoris, licet inualidam propter defectũ solẽnitatum, & potest cogi per denunciationẽ euangelicam. Ad idem

idem est tex. in. §. si uerò expreßim, ubi idem Ang. notat in autenti. de hæred. & falci. Et propterea in terminis *consuluit* Corne. *consi. cxix. in antepenul. col. in. ij. uolumi. quòd* † *quamuis in codicillis non interuenerit omnis* 30
numerus testium qui requirebatur ex forma statuti, quòd tamen debet hæres, etiam si essent loca pia, compelli per talem denunciationem. Et *pro ista opinione, adduco textum in capitu. cùm esses. infra de testamen. ubi est text. clarus, quòd ista regula, in ore duorum uel trium &c. accepta ex euangelio attendenda est, non obstante qualibet consuetudine uel dispositione legali contrarium disponente.* Et *propterea, posset generaliter intelligi, quòd cùm ex minus solenni uoluntate hæres obligetur saltem naturaliter. l. ij. ubi* Docto. *C. de fideicommis. & est communis opinio: ut per* Iaso. *in. l. hac consultißima. §. ex imperfecto. in.* v. *columna.* C. *de testamen. semper talis hæres posset compelli per denunciationem euangelicam.* Et *facit quod not.* Bar*to. in tractatu minorica. in primo lib. capit. iij. ubi intelligit istud procedere, etiam si testamentum sit nullum, non respectu solennitatum, sed propter incapacitatem hæredis.* Et *propterea infert, quòd si in testamento sint instituti fratres minores, in dubio non poterit in foro conscientiæ proximior abintestato retinere illa bona: nisi essemus in casu, quo constaret testatorem uoluisse illud relictum ualere tantummodo iure testamenti.* Est *uerum quòd isto casu, nō crederem cōpetere his fratribus hanc denunciationem.* Ad *supradicta* † *etiā facit* 31
quòd egregie uidetur uoluisse Bal. *cōsi. ccccxix. in.* v. *uol.*

ubi si statutum dictet quòd non liceat relinquere uxori ultra.xxv.libras,& testator plus reliquerit,tenebuntur monachi instituti amplecti conscientiam: ut dicitur in legēda sancti Sylvestri,& permittere quòd ista uxor plene fruatur uoluntate testatoris.

¶ *Et ista quæ dixi in ultimis uoluntatibus,uidentur etiã procedere in contractibus.*

32 ¶ *Et propterea,si* † *quis alteri stipuletur, licet de iure ciuili stipulatio non teneat.l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de uerbo.obliga.tamen poterit promissor compelli ad satisfaciendum per istam denunciationem: ut latè dicit* Felin. *post alios suprà in proœ.Gregoriano, in.vi.col.uersicu. secundùm remediũ est.* Ad *idem facit: quia si quis sit electus ad aliquod beneficiũ,licet non sit seruata debita solennitas, dummodo habeat uolũtatem eligentium, est tutus in foro conscientiæ: secundùm* Innocen. *in capitu.innotuit.infra de eo qui furti.ordi.susce.per* Anchara. *in regula,beneficium,de regu.iur.in.*vi.

¶ *Confirmatur etiam per notata per* Bart.*in.l.si pœnæ.*
33 *ff.de condi.indebiti: ubi licet* † *creditor perdat ius suum in pœnam,puta si uocauerit debitorem in casibus prohibitis: iuxta legem in criminali.*C.*de iurisdict.om.iudi.& auten.habita.*C.*nè filius pro patre.*Et *idem in casu legis extat.ff.quòd me.cau.tamẽ debitor adhuc tenetur in foro conscientiæ.& sequuntur ibi* Angel. & Moder. Ad *idem facit quod not.*Bal.*in.cap.i.suprà de pactis,ubi dicit quòd quantum ad conscientiam, pactum nudum non distat à solenni: & melius in autenti.ad hæc.*C.*de usuris: ubi dicit,quòd si loquatur statutum per quæcũq; uerba*

siue

siue disponendo, siue fingendo, nunquam potest ueram iustitiam abolere, in qua fundatur euangelica denunciatio. Ad idem quod notant Docto. *in rubri. ff. de acquirenda hæredi. ubi* † *communis conclusio est, quòd hæres non conficiens inuentarium, non tenetur ultra uires hæreditarias in foro conscientiæ: & consequenter competeret sibi ista denunciatio aduersus creditorem: qui sciẽs hæredem non esse soluendo, peteret totum. Secunda fuit opinio* Ioannis de Calde. *qui disputauit talem quæstionem:* † *statuto cauetur, quòd irritum sit testamentum non registratum intra tertium diem: modò* Titius *fuit institutus hæres in testamento, quòd non fuerat registratum: nunquid in foro conscientiæ potest retinere hæreditatem? & concludit quòd sic, dummodo non sit in mala fide, respectu uenientis abintestato, puta quia ab eo sit interpellatus.* Et *hanc opinio. uidetur tenere etiam* Petrus *de* Ancharano, *in regula possessor, de regul. in.* vi. Ita *allegans etiam decidisse* Bal. *in quadam sua disputatione, quæ incipit, statuto Ciuitatis cauetur. Sed ista distinctio non uidetur rationabilis, quòd quis respectu aliquorum poßit tenere rem cum bona conscientia, respectu aliorum non. Nam aut res ad eum de bona conscientia pertinet, & debet esse tutus quò ad omnes: aut non pertinet, & nõ debet esse tutus quò ad aliquem.* Nam *in hoc foro non consideratur interesse denunciantis: imò quilibet potest denunciare fratrem, ut se eximat à peccato, ut hic probatur: & si demus consensum proximi hæredis uenientis abintestato, tunc*

ista opinio reincidit cum sequenti.

¶ *Tertia fuit principalis opinio, quòd imò talia statuta sint seruanda etiam in foro conscientiæ. unde sequeretur quòd non competeret aliqua denunciatio euangelica. In quam partem uidetur inclinasse Federi. de senten. consil. xxi. nunquid hæres extraneus, Bald. & Paul. de cast. in. d. l. quidam. §. illo, Paul. de cast. in. d. l. si pœna, & Benedic. Capra hic: & ita uidetur consuluisse Corse. consi. cxxxvij. in. ij. uolumi. pro qua opinione primo facit, quia aliâs confunderetur totum ius, & reperta esset uia euadendi dispositionem statutorum: quando tamen fundantur rationabili causa, quod non est dicendum. Sed respon de, quòd cùm agenti incumbat onus probandi reum habere consciẽtiam læsam, istud difficulter fieri poterit: & consequenter, non ita de facili euitabuntur prouisiones statutorum.*

36 ¶ *Secundò adducitur, † quia leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ. xvi. q. iij. capit. ulti. xcvij. distinc. Imperator: ergo debent litigare etiam in foro conscientiæ. Et istud uidẽtur tenuisse Theologi, ut per beatũ Thomam. xxij. q. xcvi. art. vi. & quod notant Innocẽ. & Ioannes Andre. in cap. quia pleriq;, de immunita. eccle.*

37 ¶ *Tertiò † confirmatur, quia ubicunq; lex est concepta per uerba præceptiua in personam, tenetur quilibet obedire, & actus aliter factus est nullus, quia non obediens peccat mortaliter. ca. ij. suprà de maiori. & obedien. unde etiam iuramentum non corroboraret talem actum: ut per Barto. in. l. si quis pro reo. ff. de fideiusso. ergo in tali casu, impoßibile est quòd competat denunciatio. Sed responde,*

sponde, quòd imo contraueniens nõ incidit in peccatum, nisi contraueniat legi in præceptis, quorum transgreßio secundùm naturam suam, inducit peccatum mortale: secundùm Imo. & Felin. in dicto capitulo secundo. Et hæc est communis opinio, & etiam decisio Barto. in dicta. l. si quis pro reo. communiter non tenetur, ut per Alexand. consilio centesimo, in fine, in quarto uolumi. Quid tenendum?

¶ Tu, pro † resolutione facias duos casus, Primus est, 38
quãdo lex est fundata super ueritate, & aliquid disponit ex aliqua causa iusta, & cui ratio naturalis aßistit: & tunc ligat in foro cõscientiæ: Et consequenter, cõtra eam non succurritur per denunciationem euangelicam. Et ita procedunt suprà allegata in secundo fundamento.

¶ Et propterea, † præscripta cum bona fide possunt re- 39
tineri cum bona cõscientia, licet deinde mala fides superueniat: secundùm Innocen. in capitulo plura, de iure patrona. cum concordan. hic per Moder.

¶ Et eadem † ratione, mulier tuta Velleiano senatuscõ. 40
non poterit compelli per istam denunciationem. argu. capitu. fina. infrà de solutio. & pupillus quamuis teneatur naturaliter, quia tamen lex illi succurrit ex æquitate naturali, propter imbecillitatem, nõ poterit compelli ad solutionem rei promissæ. Et ita firmat Bart. in dicto uerbo ad denunciationem.

¶ Limitatur iste casus, quando præter legis dispositionem esset æquitas naturalis: quia tunc non obstante lege, consuletur creditori per istam denunciationem. Et propterea, stipulatio alteri facta, isto modo demandabitur

exequutioni: secundùm Felin. in dicto procemio Gregoriano. Idem de pacto nudo secundùm eundē Felin. in cap. quæ in ecclesiarum, in. xxi. colum. de constitu. & eodem modo possent repeti per hanc denunciationem pœnæ exactæ in foro ciuili, quandò essent nimis excessiuæ respectu delicti. Et ita intelligo Bar. in. d. l. si pœnæ.

41 ¶ Et ex hoc infertur ad † quæstionem, substitutio pupillaris expressa excludit matrem etiam à legitima iure naturæ debita, capitulo si pater. in fine, infrà de testa. in. vi. nunquid succurretur matri, saltem per denunciationem euangelicam. Archidiaco. in dicto capitulo, si pater, tenuit quòd sic, quia talis dispositio est rigorosa, & habet contra se naturalem æquitatem. capi. fin. xvij. q. iiij. l. nam & si parentibus. ff. de inoffi. sequuntur Corneus & d. Decius in. l. precibus. C. de imp. ubi eam defendit ab impugnationibus Moder. Idem etiam tenuerūt alij Moder. subdentes quòd opiniones Archidia. super sexto, præualent omnibus alijs suis opinionibus, secundum rotam decisio. cccxlvij. in antiquis.

¶ Contrarium tenuit Domi. Philip. de Peruſ. in. d. capi. si pater. colum. fina. Soci. in. l. ij. colum. xx. ff. de uulg. & pupilla. Latè Decius in. d. l. precibus, quorum argumentis respondet Decius ubi suprà. Mihi placet ista secunda opinio, quòd imò non competat denunciatio, & adhæreo regulæ, ex quo fallentia non bene probatur. Non obst. text. in. d. capitulo fina. quia quò ad primum responsum, filius ibi habebat in legitima nedum dispositionem æquitatis, sed etiam legis pro se: auten. nouissima. C. de inofficio. testa. Sed in casu nostro, mater habet eam contra se.

d. capi.

d.capitulo si pater. & quò ad secundum responsum textus, ubi Episcopus habebat bona cõtra intentionem donantis, qui non credebat sibi nascituros filios, meritò in foro cõscientiæ tenetur. Sed in casu nostro, hæres scriptus habet uoluntatem testatoris pro se. facit, quia ista sola æquitas, quandò non agitur de damno uitando, nõ est ita generaliter sufficiens, ut competat denũciatio contra dispositionem legis: sicut dicit Barto. in dicto uerbo ad denunciationem. dum concludit, quòd hæres retinet falcidiam, etiam in foro conscientiæ, quamuis ad eam teneatur naturaliter legatarijs.

¶ Secũdus † casus est, quãdò lex aliquid inducit ex præsumptione, quia timet aliquam fraudem fieri, & tunc nõ habet locum in foro conscientiæ, probato quòd reus sit certus non subesse fraudem, capitu. à nobis. secundo cap. inquisitioni. de sententia excommunic. per Ioan. Andr. in dicto cap. is qui fidem. Bald. in auten. ingreßi. in. viij. col. C. de sacrosanct. eccle. & latius in. l. cùm quis. in prima col. C. de iurisd. om. iud. & notatur in cap. 1. suprà de con stitu. aliter hoc non probato, reus absolueretur: qui uerisimiliter potest accommodare cõscientiam, secũdum dispositionem legis, & ita iurare. 42

¶ Et † propterea, si in codicillis, factis sine debita solennitate aliqs petat legatũ, poterit hæres dicere, Ego credo codicillos esse falsos, & nõ tenebitur: qa stabitur iuramẽto suo, ex quo habet præsumptionẽ legis p se. Et ita ĩtelligo Corne. in. d. cõs. cxxxvij. Si uerò pbetur quòd hæres sciat nõ esse falsos, puta qa erat præsens, qñ testator illos fecit, uel aliter est ĩformatus de ci⁹ uolũtate, tũc teneretur 43

ut per Corne. in dicto consil. qui ita saluatur à contrarietate.

44 ¶ *Et propterea,* † *in casu statuti quòd non liceat relinquere uxori ultra certam summam, si sit plus relictum, poterit hæres dicere, quòd non habet conscientiã læsam, & quod credit, quòd blanditijs suis defraudauerit maritum ad faciendum sibi tale legatum. Caucant tamen qui ita iurant, nè ædificent ad gehẽnam. xxvij. q. prima, capi. omnes.*

45 ¶ *Et ex hoc infertur ad statutum, quòd* † *instrumentum de quo alius notarius quàm certæ qualitatis sit rogatus, non faciat fidem in iudicio nec extrà. non uidetur quòd faciat fidem contra ipsum principalem debitorem: quoniam est certus de ueritate, in causa istius denunciationis: secus contra heredem: quia talis poterit iurare se nõ habere conscientiam læsam, ut suprà dictum est. Eodem modo infertur ad quæstionem de eo, qui iniustè obtinuit sententiam, quæ transijt in iudicatum. Nam si probetur*
46 † *quòd talis scit ueritatem rei, & quod obtinuit iniustè, compelletur ad restitutionem rei obtentæ uigore iudicati secundùm Abba. & Docto. hic. probabitur autẽ istud ex confeßione ipsius, uel si sit notorium: secundùm Docto. & ita est communis opinio. Idem dicit Abb. hic etiã si aliter potest probari, quod mihi placet. Et licet in hoc communis opinio uideatur in contrarium, secundùm moder. hic: potest tamen utrunq; dictum saluari, ut non admittatur ulterior inuestigatio, circa probationẽ negocij, sed solum circa iustificationem læsionis cõscientiæ ipsius denunciati. unde si reperirentur instrumenta de nouo, quorum*

quorum uictor habuisset notitiam, posset cōtra eum obtineri in hoc foro: & ita limitatur regula legis Imperatores. ff. de re iudica.

¶ Et ex hoc etiam infertur † ad tex. in. d. cap. cùm esses, de testamen. quæ uidetur confundere totam machinam testamentorū de iure ciuili. unde ego puto quòd debeat intelligi solū in foro cōscientiæ, ut confundatur per uiam istius denunciationis. Istud probatur ex dictione penitus, posita in principio illius textus, quia ista testamenta sine solennitate legali penitus rescinduntur. Quod erat iniquum, quia debebāt saltem posse sustineri per istam denunciationem, quando ueniens abintestato haberet conscientiam læsam. 47

¶ Secundò probatur ex ratione, quia in ore duorū &c. Quæ ratio, secundùm legem diuinam fuit introducta quò ad forum conscientiæ, ut apparet in euāgelio, & est textus hic. Aliâs esset dicendum, quòd omnia iura requirentia plures quàm tres testes essent contra legem diuinam: quod est falsum. ij. q. v. c. præsul. capit. licet uniuersis, infrà de testibus. Et istud est, quòd ille textus se fundat in generali Ecclesiæ consuetudine: quæ est, ut seruata forma si sibi dicatur, cōpellat istum delinquentem ad se corrigendum: ut probatur hic. Tertio confirmatur, quia ut præsupponit text. illa testamenta annullabantur propter consuetudinem: certe nisi intelligeremus in alio foro, quàm contentioso, fuissent annullata: non per consuetudinem, sed per ius cōmune. l. si unus. C. de testamen.

¶ Nec obstat † quòd in fine dicitur, talia testamēta firma permanere: quia illa uerba referuntur ad cōsuetudi- 48

nem. de qua supra dixerat, quæ penitus] ea improbabat.
Et sic cum laude Dei sit expeditum istud capitulum, Auenione,
1 5 2 0.

SEQVITVR CONTINVATIO RVBRICAE DE IVREIVRANDO.

CONTINVATVR RVBRIca secundùm omnes hic: quia suprà tractatur de modo probădi qui est uarius, Probădi modus uarius.
& † quandoq; fit per testes, quandoq; 1
per instrumēta, aliquando etiă ex praesumptiōe legis: sequitur ut de eo uideamus, qui fit per iuramenti delationem, infra eod. cap. fin. & meritò subijcitur hic rubrica.

¶ Sed tu aduerte: quia iste titulus † principaliter tra- 2
ctat de iuramento quod interuenit in contractibus, non autem de eo, quod succedit loco probationis: ut dicunt Paul. de cast. & Iason in rubrica. ff. eod. unde continuatio non est bona, quia debet referri ad naturam tituli principaliter, non ad incidentia, argumen. legis si quis nec causam. ff. si cert. peta. & quod habetur in capitu. quamuis, in glo. de pact. in sexto. & in simili hoc tenet do. Abbas in continuatione rubricae, infra titulo primo. Potes aliter continuare: quia supra uisum est, de praesumptionibus, quae releuant ab onere probandi. lege si tutor petitus, ubi gloss. C. de pericu. tuto. & iuramentum † etiam releuat ab onere probandi. l. cum 3
qui. ff. eodem. Qui enim probat aliquem per iuramentum affirmasse, non compellitur ueritatem facti aliàs probare

4 probare, quia † pro iuramento præsumitur.l.quinta.§. dato.& ibi omnes notant.ff.eo.glo.in cap. ex rescripto, infra eod.meritò ergo fuit subiecta hæc rubrica.

Iuraméti definitiones uariæ.

¶ Querit Abbas, quomodo definitur iuramentum? & refert uarias definitiones, de quibus per eum, & sunt sustentabiles: & in effectu hoc concludunt, quòd iura=
5 mentum † est dictum deo autore: uel per religionis atte= stationem affirmatum. Et ita etiam sentit Bald.in.l.ij.ff. eo.quem referunt hic Moder. Sed contra hanc definitio= nem oriuntur plures difficultates.

¶ Prima est, in qua uidi pluries in practica dubitari: nã
6 qui † promittit sub fide sua, minus affirmat per religio= nem uel deum: & tamen talis dicitur iurasse, quia pro= testatio fidei, est species iuramenti: prout declarat Abbas in cap.ad aures.per illum text. supra quod met.cau. & probatur in cap.peruenit.ij. supra eo. infra de fideiusso. Idem tenet Archidia.xxij.q.in summa.glo. in cap.quere lam, ne præla.uic.in cap.ij.de sponsa.in capitu.ex literis. de constitu.in glo.prima.& alibi sæpe. Et idem uidentur tenuisse Ioan.And.& Ant. de Butri.in cap.ex tempore, de arbit. Alexã. & Ias.in.l.si quis maior.C. de transact. Ange.Alexan.& Ias.in.l.iij.§.iurari.ff.eod. Sed in con= trarium mihi uidetur esse glo.in capi.penulti. in glo.fin.
7 infra eod.quæ licet uelit, quòd † quò ad Deum nõ sit dif ferentia inter promissionem iuratam, & eam quæ fit per præstationem fidei: & eodem modo promissor sit astri= ctus.per text.in cap.iuramenti.xxij.quæstio.v. Subdit ta men quòd grauius punitur, qui iurauit. Et sic manifestè uult, quòd qui fidem simpliciter præstitit, non dicatur iu= rasse.

rasse. Et idem etiam sentit glos. in capitu. constitutus. de transactio. & istud etiam uoluit Imo. in dicto cap. ex tẽpore. & Butri. in. d. ca. ad aures. qui post antiquos dicit quòd præstatio fidei sit iuramẽtum, sed quòd † æquiparantur & possunt intelligi secundum glo. in dicto cap. penulti. Et probatur hæc opinio etiam in capi. commissum, infra de sponsa. & tenuerunt Cyn. & Bal. in. l. nec non. §. item si quis. ff. ex quib. causis maio. ubi inferunt ad quæstionem de milite qui promiserat sub fide certam pecuniam. Idem tenet Ioan. Fab. in. §. item si quis postulante, instit. de actioni. & Moder. repet. in dicta. l. si quis maior, in decimo notabi. Quid tenendum? Dic quòd uerbum fidei, est ambiguũ: quia † fides, propriè, est dictorũ cõuentorumq́; constãtia & ueritas, dicta à fiendo, quòd fiat quod promissum, ut declarat Cicero libro de offic. Et ita accipitur hæc dictio apud iurisconsultos, ut in. l. 1. ff. si cer. pet. in. l. 1. ff. de constitutio. Ias. in. l. iij. in princi. de testamen. in. l. græce, de fideiusso. §. fin. institu. de fideiusso. §. uenditæ, de rer. diuisio. cum simi.

8 9

¶ Secundo mõ accipitur apud ecclesiasticos pro sacramento fidei, & credulitate quam habemus in Deum: de consecratio. distinc. iij. cap. nihil. & in rubri. supra de fide catho. Et ita accipitur ubique in epistol. Pauli. Igitur si quis † promiserit per fidem Christi: non est dubium, quin istud sit iuramentum, quia competit bene promissioni definitio. Est enim firmata promissio per religionem. Et ita procedit tex. in dicto cap. ij. de fideiusso. ubi habetur pro constanti religionem fidei uiolatam. Idem si promitteret per fidem quam ipse habet in deum. 10

Nam

Nam & hæc promißio est quædam species iuramenti: secundùm Abb.*in.d.cap.ad aures: uel secundùm alios æquiparatur iuramento, non autem est iuramentum.*

11 ¶ *Et potest esse ratio, quia* † *ipsum credere hominis uersus deum, non est quid sacrum, licet fides in se sit res sacra: & ita poßunt intelligi & saluari contrariæ decisiones.* Et *de tali loquitur* Specu.*in titu.de arbit.§.fi. quem allegant & sequuntur in dicta.l.si quis maior.*

¶ *Si uerò simpliciter quis dat fidem, uel promittat sub fide sua, ista promißio est ambigua: quia si intelligeretur propriè secundum primum modum, non est iuramentum: si secundo modo, esset iuramẽtum.* Sed *in dubio debet fieri interpretatio pro promittente.l. quicquid.ff. de uerb. obligatio.* Et *uerba* † *debent intelligi secundum declarationem eius qui protulit.l.si quis intentione.ff.de iudic.*

12 Et *ideo, tali casu putarem non esse iuramentum, & procederent aliæ authoritates.* Et *ex hoc infero ad decisio.* Baldi.*C.res inter alios acta, in rubr.ubi notabiliter uult, quòd si quis confiteatur, addito quòd ita est in ueritate, talis confeßio censebitur iurata: ergo operabitur etiam in utilitatem absentium: iuxta glo.in cap.quoties cordis. prima quæstio.iij.*

¶ *Sequitur & commendat* Hierony.*cre. in lege item in duobus.ff.de pactis.* Nam *non puto istam decisionem ita simpliciter esse ueram, nisi ex conceptione uerborum appareret non esse simpliciter intellectum de ueritate negocij, sed de* Deo, *qui est ueritas.glos.in auten.de instrumen.caute.in uerbo, nutatio, in princ. & quod not.xxiiij. q.iij.cap.cùm aliquis: uel de ueritate conscientiæ: secundum*

dum glos.in capi.etsi Christus.per illum text.infra eod. Et ita intelligendum est quod not.Bald.in capi.literas.in penulti.colum.supra titu.primo: & referunt Moder.in dicto.§.iurari, ubi dicit speciem † esse iuramenti, si quis 13
dicat, assero per fidem meam, & in uerbo, ueritatis: & de triplici ueritate ponit glo.in cap.qui scandalizauerit. infra de regu.iur.

¶Secunda difficultas est: quia † qui affirmat sub pericu 14
lo animæ suæ, dicitur iurare: ut probatur in cap. fraternitatis.infra de frigi. & maleficia. Innocen. Hostien. & Bald.in capitu.etsi Christus. infra eodem. Archidiaco. Ioan.Andr.Geminia.in cap.primo.de sepul.in sexto.Archidia.xxij.q.v.capit.iuramenti.Iason in dicto.§. iurari. & tamen hic non affirmatur aliquid per Deum uel religionem.

¶Potes dicere, quòd saltē implicite iuratur per Deum: quia idem † est dicere, promitto sub periculo animæ, ac si 15
dicatur, ita Deus perdat uel seruet animam meam. unde dicunt Innocen.& Bald.quòd ista forma iuramenti non sufficeret in teste: & est ratio, quia testis debet expresse iurare: ut magis absterreatur à falso, & magis considerate deponat. Nec est satis, si iuramentum tacitè induceretur, ex quo multi idiotæ credentes se non iurasse, facilius mentirentur. Et idem est, ubi iuramentum requireretur de solennitate actus: secundùm Bald.in.d.capitu. etsi Christus. & Moder.in.d.§.iurari.

¶Et ex hoc † etiā infertur, quòd qui per salutē propriā 16
uel filiorum, uel principis affirmat, dicitur iurare.l.iiij. ff.eodem. de quo Iuuena. nondū iurare parati, Per caput alterius

alterius. Et ratio est, quia resoluitur tale iuramentum in hunc sensum, ita Deus saluū me faciat, uel filios meos. argumē.c.quanto.in fin.infra eod. Et sic tollitur hæc secunda difficultas. Bene fateor, quòd si ex aliqua regu-
17 la † aliquorum monachorum constitutum sit, quod non iurent, nisi dicendo, Crede mihi: quòd talia uerba propter regulā inter ipsos monachos haberet uim iuramenti, ut dicit glos.in.d.l.iiij.§.& si quis.ff.eod. Sed non puto, quòd propriè faciant iuramentum, ex quo supradicta diffinitio non conuenit.

¶ Tertia difficultas est: quia assertio iurata potest dirigi etiam aduersus partem, & tamen iuramentum sem-
18 per † dirigitur uersus Deum: secundùm Docto.in capit. debitores.per illum tex.infra eodem. Butri. in capit.cùm contingat.uersi.tertius casus.infra eod.refert Alexand. consi.lix.uiso instrumento.in secunda colū.in primo uolu.ubi dicit, quòd simplex loquela & iuramentum, non sunt paria: quia iuramentum dirigitur principaliter in Deum. Et ideo lex maximè ciuilis non potest disponere super eo, sed simplex loquela dirigitur uersus partem.unde quò ad eius commodum lex potest obligationem impedire.

19 ¶ Sed responde, quòd † licet uerba iuramenti dirigātur uersus partē, tamen intētio & effectus sunt uersus Deū. argu.glos.in.c.quoties cordis.1.q.viij.& declarat Abb. in capitu.ij.infra de sponsali. Et ex ista opposi.infertur ad id quod notat Abb.hic, dum concludit, quòd uerba
20 non sunt † de necessitate iuramenti. Mouetur, quia hoc non reperitur iure expressum, præter quàm in stipulatione:

latione: prout etiã tenuerunt Petrus Iaco. & Cy. *in auten. sacramenta puberum. C. si aduer. uendi.* Nam *pro hac opinio. facit prædicta ratio, cum enim iuramentum dirigatur principaliter uersus* Deum, *sequitur quòd nõ sint necessaria uerba: imò qualiscunq; consensus sufficit. argumen. c. si quid inuenisti. xxiiij. q. v. & capit. erubescant. xxij. distinctio.*

¶ *Confirmatur: quia* † *mutus potest probare testimonium, ut est glos. iij. q. ix. capitu. testes. & est communis conclusio secundùm* Anto. & Præposi. *in. c. cum apud. infra de sponsali. ergo etiam potest iurare: quia iuramentum in teste etiã est necessariũ. capi. tuis. supra de testib. l. iusiurã. C. de testi.* Et *ita opinio mihi placet, & est approbata in practica.* 21

¶ *Secunda fuit opinio* Guido. & Barto. *in. l. qui iurasse. ff. de iureiuran. ubi affirmant totũ contrarium, quòd imò in iuramento indistinctè sint necessaria uerba: quam ibi sequuntur* Bald. Alberi. Salice. Fulgo. & Roma. *in. l. 1. de uerbo. oblig.* Bar. *in. l. & per iusiurandum. ff. de accepti. pro qua opinio. facit glos. xxij. q. 1. in summa: dum definit quid sit iurare.* Itẽ *facit tex. in. § . sed neq; in auten. de manda. princip. dum exponit uerbum id est iusiurãdum. & tex. in. c. etsi* Christus. *infra eod. dum dicit iuramentũ esse sermonem qui proficiscitur à malo pœnæ.*

¶ *Sed fortius uidetur stringere tex. in. c. penul. infra eo. ibi* † *quandò semel iuratum est, non est in facultate iurantis extendere primum iuramẽtum ad aliquid aliud, quod prius non comprehenderetur: & sic, ex simplici consensu iuramentum non extenditur: ut dicit ibi* Abbas: *ergo* 22

multò minus potest induci: argumẽ.l.patre.ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris.

¶ Tertia est opinio distinguentium, ut in eo qui potest loqui, sint necessaria uerba: si uerò nõ possit loqui, secus: sicut in simili dicimus de matrimonio.d.capi, cum apud.

¶ Et istam distinctionem approbant Pau. Areti. & Alexand. in.l.prima.ff.de uerbo.obliga. & in.l.qui iurasse. ubi Iason. idem sequitur Paul. & Roma. in.l.non erit.§. si neq;.eod.titulo.

23 ¶ Ista opinio est ualde consona, nisi quòd † consuetudo approbat primam: unde ea defendẽda est.l.meminisse.ff. de legi. Nõ obstat.d.§.si neq;. quia ut apparet ex nouella.eod.titu. ibi accipitur uerbum pro fide publica, seu securitate quam dabant Præsides, fortè cum iuramento.

¶ Sed per hoc non sequitur, quin iuramentũ possit præstari etiam sine uerbis: & eodem modo respondetur ad d.cap.etsi Christus, licet enim iuramentum non præstetur, tamen nõ sequitur quin etiã aliter, puta per scripturam uel nutum præstari possit.

24 ¶ Non obstat quod dicitur de matrimonio, quia † in eo constat expresse, quòd lex requirit uerba.capit. tuæ.infra de sponsa. Et lex dispensatiuè concedit muto ius ducendi uxorem, ut est magis communis opinio: sed in iuramento nusquam constat requiri uerba. Idem inter hos casus est manifesta differentiæ ratio, cum iuramentũ spectet principaliter ad Deum.d.capit.debitores. unde non requirũtur uerba: quod secus est in matrimonio quod ad partes pertinet.

¶ Non obstat.d.capit.penul. quia ibi clericus qui primò

iuraue

iurauerat, non agebat rursus iurare; unde non operatur iuramentũ, sed simpliciter uolebat extendere: quæ extẽsio non est in simplici eius facultate, quia promißio est facta Deo: unde alterari non potest, ut declarat ibi Abb. Et sic resideo cum prima opinione: licet secunda, si intelligatur in casu distinctionis, sit magis communis.

¶ Quærit secundò Abb. quæ differentia inter iuramentum & sacramentũ &c. Et cõcludit † esse synonyma, & cum eo transeunt cæteri. Adde, quòd propriè loquendo, 25
est aliqua differentia inter hæc uocabula: & sacramentum, est dictio generalis, & uidetur posse uerificari de qualibet re sacra. Et dicit Marcus Varro, quòd olim litigantes, quilibet certam summam deponebant in locõ sacro, quam qui uicisset, lucrabatur: dicebaturq; ea summa sacramentum: unde apud M. Ciceronem, sacramento uincere, accipitur etiam alio significatu: supra de sacramen. non iteran. Item quòd sanctus Paulus in epistolis Græcè dixit mysterium, latinus interpres transtulit sacramentum. Sed inquantum ista uox capitur pro iuramento, habet in se aliquam differentiam, quia † sacramentum 26
uidetur esse quod supra sacrũ fiat, puta altare, reliquias, uel libros euangeliorum. l. 1. & autenti. sacramenta. C. si aduersus uenditio. Inde sacramentum militare dicitur. l. milites agrum. §. ignominiosa. ff. de re militari. Glossa in lege penultima. ff. ex quibus causis maiores. Iusiurandum uerò, propriè † dicitur, quod in iudicio defertur. 27
Cum enim iudex omninò illud sequi teneatur, meritò dicitur iuramentum, siue iusiurandum. Id enim quod

iurabitur, Iudex pro iure habebit, & exequutioni mãdabit. l. v. §. dato. ff. eo. titu. Et ideo, cum de tali iuramento in. ff. tractetur, ibi propriè inscripta fuit rubrica de iureiurando. Et ita intelligendo, tollitur argumentũ Hostien. in summa huius titu. §. 1. dicendo, quòd debuisset potius dici ius iuratum quàm iurandum. Sed ipse fallitur, quia fit relatio ad genus: uidelicet ad id quod de futuro iurabitur, non ad certam speciem iuratam. Iuramẽtum uerò est dictio magis generalis: sed in specie uidetur accipi ꝓ eo, quod nudis uerbis præstatur extraiudicialiter, absq; rei sacræ tactura. Confunduntur tamen ista à Scriptoribus. ¶ Quærit successiue do. Abb. an in iuramento necessaria
28 sit tactura scripturarum: & † cõcludit regulariter quòd non. Quod probatur ex definitione iuramenti, in qua non fit mentio de tangendis scripturis: & etiam est tex. in. c. etsi Christus, infra eod. ubi simplicia uerba, puta in ueritate, & similia inducunt iuramentum. Et cum hac opinio. transeunt Docto. hic. Sed tu aduerte, quia in contrarium uidetur urgere textus in cap. si quis presbyter. ij. q. iiij. ubi quando per rem sacram, ueluti per consecrationem, affirmatur, quia non tanguntur scripturæ, non dicitur esse iuramentum, licet talis promißio sit uice iura-
29 menti. unde apparet, quòd † licet aliàs uerba inferant iuramentũ, requiri tamẽ quòd scripturæ tangantur. Ita in contrarium facit quod notat Alex. in. d. l. si quis maior. in fine. C. de transactio. ubi dicit, quòd quandò tangũtur scripturæ, tũc est iuramentum: licet talis promißio si non tangantur scripturæ, solum dicatur præstatio fidei: argu. l. penult. in fine. C. de reb. credi. Et ita dicit tenere omnes.

Quæ

Quæ declaratio Alexan.non est uera,& est contra Do cto.hic.Ad text.in.d.cap.si quis presbyter,infra respon debitur.

¶ Stat ergo firma communis conclusio,quòd in iuramen to de neceßitate non requiratur tactus scripturarum.

¶ Fallit primo,ubi lex requirit corporale iuramentum,
quia † tunc debent tangi scripturæ, aliâs non esset satis= 30
factum dispositioni legis,secundùm Abb.hic per clemen. siue glos.in clemen. prima,in uerbo tacta,de hæreti. & in capi.ut circa,de electio.in sexto.Et in hoc sunt seruan da uerba legis:ut si requirit quòd iuretur super reliquijs sanctorum,uel super euangelijs, ea forma seruetur.xxij. q.1.habemus.iij.q.ix.hortamur.1.q.vij.quoties, cum si= milibus.

¶ Sed in contrarium facit, quia istud uidetur esse quid
leue: & solennitas †leuis omissa actum non uitiat.l.1.§. 31
fina.ff.de uentre inspi.not.in.l. cum hi.§.si prætor.ff.de transactiõi.per Bal.supra,in procemio,in.v.col.& quod in simili not.Barto.in repeti.l.si quis ex argentarijs.§.si uitium.ff.de edendo. ubi etiam stante consuetudine, uult quòd appositio diuini nominis in instrumentis, sit de leui solennitate,& omissa non uitiet. Sed tamen non est rece= dendum à communi:quam etiam tenet Abb.in.c. fraterni tatis,in fine,supra de testi.& quæ firmatur per regulam uulgatam,quòd ubi lex requirit actum qualificatum,non est ei satisfactum,nisi ea qualitas interueniat.cap.primo. de regula.l.Fulcinius.§.primo.ff.ex quib. cau.in posses. eatur,cum similibus.

¶ Non obstat argumẽ.quia negatur quòd iste tactus sit

leuis solennitas, imò est magni effectus: quia cōtrauenies
32 uidetur magis offendere, siue contemnere: & † tantò grauius est periurium, quanto illud per quod iuratur est magis sanctum. cap. mouet. xxij. q. i. & per Abb. hic.

¶ Fallit secundò in iuramento delato à parte parti: quia si pars requirat iurari tactis scripturis, ea forma seruanda est, secundùm Ioan. And. in. d. c. etsi Christus, in. ij. col. & glo. in. d. clemen. Et quia iurandum est secundùm formam delationis. l. iij. in fine. ff. de iureiurā. Aliâs in dubio si requiritur iurari, satis est si iuretur simpliciter, per Deum uel sancta eius Euangelia, ut per Abb. in. d. c. etsi Christus, & per Bart. in. l. qui per salutem. ff. eod. Et ita intelligit Abb. hic, & eum sequitur Antonius Corsetus, Hostien. uerò tenuit, quòd si partes formam non distinguant, iuramentū debeat proferri tactis scripturis. Et ita dicit in. d. cap. etsi Christus. Et idē notat Bal. in. l. penul. §. fina. C. de reb. credi. per illum tex. qui potius dicit contrarium, dum uult delato iuramento posse aliter iurari, quàm tactis scripturis. Vnde prima opinio magis mihi placet. Nunquid autem si pars requirat iurari addita aliqua execratione, uel aliquo non solito, debeat ea forma seruari? putarem quòd non: argumen. l. iij. & seq. ff. eo. Et quia talis forma non est solita, & multi adhærent illo
33 modo præstare etiam iuramenta uera: satis † est formam consuetam attendi: ut per Baldum in capitulo primo. §. Item sacramenta, in secunda columna. de pace iuramen. firmanda.

¶ Fallit tertiò in iuramento, quòd à iure præcipitur, ut est iuramentum calumniæ, uel testis. capitu. fin. supra de iura

iuramento calumniæ.xi.quæstione prima, testimonium. & glos.in dicta clementi.prima, Cynus tamen in auten. sacramēta puberum.C.si aduer.uendit. uidetur istud intelligere, quādo lex esset odiosa & iniqua, prout est illa autentica.

¶ Potes ī hoc distinguere. Aut enim lex exprimit quòd corporaliter iuretur, & istud non habet dubium: † aut 34
nihil dicit, & si est odiosa, requiritur tactus scripturæ, non aliâs. Et satis dicitur exprimere, si dicatur quòd debet solenniter iurare: ut est de mente Bald.in.c.1.§. si à Domino, quid sit inuesti.in usib.feud. Et facit lex si alterius. C.si minor se maiorem dixerit.

¶ Fallit quartò, ubi cōsuetudo esset, ut tactis scripturis iuraretur: quia minimè mutādà sunt &c.l.minimè.ff.de legi. Et firmant Moderni hic, & quod in simili dicit glos. in.d.clemen.prima, in uerbo tacta.in ultima parte.

¶ Sublimitantur tamen præcedentes fallentiæ, ut non procedant in clericis: quia † illi nunquam tenentur iura- 35
re tactis scripturis.dicto cap.fin.supra de iuramento calum.autenti.si iudex.C.de episco.& cler.& tex.in.d.c. si quis presbyter. Ad idem tex.in cap.testimonium.xi.q. prima.

¶ Sed contra hoc obstat textus in capit.quoties cordis. prima quæstione septima, uersiculo unde iuratus dico. Et ratio est, propter opinionem uulgi, qui putat etiam contaminare manus: si etiam iurando aliquid tangat: ut dicunt Docto.in.d.c.si quis presbyter, intelligentes illū text.procedere propter opinionem uulgarium: & ideo dum præsupponit non dici iuramentum, nisi scripturæ

36 *tactus interueniat, non † loquitur secundùm ueritatem, sed secundùm uulgum: ut ibi per Geminia. post alios.*

¶ *Sed consequenter quæritur, pone in casibus, quibus de necessitate debent tangi scripturæ, reperitur à notario simpliciter scriptum, quòd talis iurauit, an præsumetur tactis scripturis? Et Ioan. de Imo. consil. lvi. in causa quæ uertitur, dicit quòd sic: quia istud potest importare uis istius uerbi iurauit: ergo solennitas ista tanquam intrinseca debet præsumi. l. sciendum. ff. de uerbo. oblig. Quod argumentũ debet procedere, si pars fuisset præsens, contra quam testis producitur: alioquin cum uerbum iurauit, possit intelligi de simplici iuramento, de eo intelligetur, & fiet interpretatio contra eum, qui se fundat. cap. in præsentia, supra de probatio. l. ueteribus. ff. de pactis. Et istud uidetur uerius: possunt tamen excipi tres casus.*

¶ *Primus est, quando in actis apparet scriptum: quòd præsente Iudice uel partibus, testis iurauit. Nã tunc pro-*
37 *pter † præsentiam Iudicis, & taciturnitatẽ partis, omnia præsumũtur solenniter acta, secũdùm Ioãnem Andream in additio. Specula. titu. de testi. §. sequitur, super uersic. & notant Antonius de Butrio, Abbas & alij in capitu. fraternitatis. in fine, supra de testib. Alexan. in. l. nam & postea. §. primo. ff. eod. cum concordan.*

¶ *Secundus casus est, quãdò notarius scripsit, Titius iu-*
38 *ratus &c. Nam ista dictio † &c. includit ea quæ sunt de natura & substantia actus: ut habetur per Bar. in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. & in isto casu, saluatur decisio Imo.*

¶ *Tertius casus est: stante cõsuetudine, quòd notarij ita scribant.*

scribant. Nam tunc † per locum à consuetudine generali 19
*præsumuntur seruata seruanda: secundùm Bal. in .l. fin. in
fine. C. si ex falso instrumen.* Et istud mihi placet, & ser-
uatur in practica. Et ita potest intelligi quod notat idem
Baldus in cap. ij. quid sit inuestitura.

INCIPIT CAPITVLVM CVM CONTINGAT.

CVM CONTINGAT. ¶ *Summa
ut per Abba.* Noto primo post Abba.
quòd timor † reuerentialis uxoris erga 1
*maritum, non est potens ad faciendum
rescindi cõtractum, nisi aliter probetur
de metu.* Facit tex. in .c. quamuis. de pact. in .vi. in .l. si pa-
tre. ff. de ritu nuptia. & est communis conclusio, ut per
Moder. in .c. causam matrimonij, supra de offic. deleg. &
in .c. ueniens. infra de spõsa. & ita intelligitur tex. in .l. 1.
§. quæ onerandæ. ubi Barto. ff. qua. rer. actio. Quod am-
plia, etiã si uxor clam esset protestata de isto metu: nam
per † hoc non rescindetur contractus, præsertim in præ- 2
iudicium eius, in quem fit alienatio: ut per Bal. in .l. clari.
C. de fideicommis. Alexand. consil. xvi. colum. fina. in .iij.
Abba. & Moder. in .d. c. causam.
¶ *Secundò amplia, ut procedat etiam † si probaretur,* 3
*quòd maritus esset minatus: quia si qualitas mariti esset
talis, quòd non esset solitus adimplere minas, adhuc con-*

tractus non rescinderetur: secundùm Abba.& Moder. in cap.1.de offic.delega.Sed ista distinctio mihi non placet,quia bene habet locum in extraneis.c.ad audientiam. supra de his quæ met.cau.l.lectã.ff.eod.titu. Sed ubi ad
4 est † metus reuerentialis, uidentur sufficere ad eũ colorandum qualescunq; minæ.Et istud est de mente Bart.in d.§.quæ onerandæ. & scribentium in.l. si cum dotem.§. eo autem tempore.ff.soluto matri.qui simpliciter requirunt præcessisse minas: nec distinguũt, an eas sit solitus exequi.Et istud maximè debet habere locum in muliere:
5 quia in tali sexu,facilius † præsumitur timor: glos.in.c. cum locum.infra de sponsali.

¶ Fallit ista cõclusio,ubi lex præiudicaret ex tacito cõsensu præsumpto: nam iste timor reuerẽtialis solus suffi-
6 cit,ut † præsumatur consensus.l.penul.ff.de furt.Barto. in.l.quæ dotis.in ultima col.ff.solu.matri. Alexã.in.d.§. eo autem tempore.& Deci.in.d.cap.causam.ubi respõdet quibusdam rationibus in contrarium adductis.
7 ¶ Fallit secundò,quãdò † ex tali cõsensu oriretur enormis læsio ipsi uxori,secundùm Pau.de Cast.cõsi.clxxvij. contra superius.col.ij.& habetur in.d. capi.causam.& uidebimus infrà post Abbatem.

Secunda lentia.

¶ Noto secundò post Abba.ex alienatione fundi dotalis
8 simpliciter facta,nulla † oritur obligatio: & est ratio, quia lex resistit tali contractui:unde nõ oritur neq; ciuilis neq; naturalis obligatio.l.cum lex. ff. de fideiuss.l. & si non sortem.in princip.ff.de condi.indebi. Et ratio cur lex resistat est, ne fragilitas sexus muliebris conuertatur in earum detrimẽtum: & demum mulieres indotatæ remaneant,

maneant, ut est tex. institut. quib. aliena. licet uel non. in principio.

¶ *Amplia etiam istud procedere in donatione propter nuptias. autenti. siue à me. C. ad uelleia. Item etiam soluto matrimonio, secundùm legem etiã. ff. de fundo dotali. Item in sponsa nomine fundi promissi. l. lex uelle. in fine. ff. eod. titu. licet tamen † mulier non possit alienare fundum dotalem, potest tamẽ renunciare hypothecæ, quam habet in bonis mariti. l. iubemus. C. ad uelleia. & hoc est uerum, dum tamen maritus habeat, unde alibi mulier sit tuta, ut habetur per Bart. in. d. l. iubemus. & in. l. meuia. §. fundus. ff. solu. matrimo. Sed si non esset aliunde tuta, talis renunciatio per uiam indirectam importaret donationem, quæ est probibita inter uirum & uxorem: ut habetur in. d. §. fundus.* 9

¶ *Et ideo, inferunt hic Ioannes de Imola, & Moderni, quòd † si uxor renunciaret & iuraret, quamuis maritus esset soluendo, talis renunciatio præiudicaret: ex quo, donatio inter uirum & uxorem confirmatur iuramento, ut infrà uidebimus. Quæ decisio, licet ex prædicta ratione sit uera, tamen ex alio capite uidetur talem renunciationem posse infirmari. Nam quia si mulier indotata remaneret, appareret de enormi læsione, & uideretur propter metum reuerentialem eam renunciationem esse rescindendam: ut suprà diximus, quod perpetuò nota.* 10

¶ *Pro sustentatione glos. in autenti. si qua mulier. C. ad uelleia. & cum lex alienationi fundi dotalis resistat, & si non oriatur obligatio: sequitur quòd si mulier alienet, fideiussor*

fideiussor non tenebitur: ex quo, nec principalis tenetur,
11 secus † si ipse maritus: quia obligatur actione personali, sicut quilibet uendens rem alienam: unde fideiussor illi actioni accedet. l. sed & si is. C. de præd. minor. secundum Abb. hic. Et est communis opinio in. d. l. cum lex. de quo dic ut ibi.

12 ¶ Noto tertiò, quòd † iuramentum dolo uel metu præstitum non est obligatorium. In quo dubio uidendum est, quid quando dolus interuenit. Secundò, quid quando metus. Et in prima difficultate, uidetur iuramentum ipso iure nõ esse nullum: sed potius debere distingui, an accesserit contractui bonæ fidei uel stricti iuris. Et si contra-
13 ctus sit stricti iuris, tunc opus † est actione rescissoria, & consequẽter absolutione. l. dolo. C. de inuti. stipulatio. Nec est uerum fundamentum Abb. dum dicit, quòd dolus facit deficere consensum, imò adest consensus, licet per dolum: ut declarat Bart. in. l. eleganter. in princ. ff. de dolo. Bal. in. §. sacramenta, siue item sacramenta, de pace tenen. in feudo.

¶ Sed tamen cõmunis opinio est uerior: quia licet ad cognoscendũ an contractus cui dolus dedit caussam, sit ipso iure nullus, attendamus an sit stricti iuris uel non, secundum communem opinionem: tamen quò ad iuramentum,
14 uidetur quòd illud sit semper bonæ fidei, quæ † in eo debet exuberare, cum principaliter fiat Deo. c. debitores. supra eod. & hoc suadet reuerentia iuramenti, ut in simili dicit Bal. in. d. §. item sacramenta, in ultima col. in. ij. q.
15 communis est conclusio, quòd metus ipso iure † non annullat iuramentum: unde non tolleretur, nisi petita absolutione

lutione.cap.1.& cap.uerum.supra eod.

¶ Nec obstat quòd iste text.æquiparet dolũ & metum: sicut tex.in.c.quãuis.de pact.in.vi.quia satis est, si æquiparatio procedat quò ad quid, & respectu effectus, unde uerbum non obseruari † positum in tex.nostro respe- 16
ctu doli intelligitur ipso iure: respectu metus intelligitur petita absolutione: argumen.glo.in.l.ij.ff.de offi.procõsu.& hoc secundum opinionem antiquorum.

¶ Nec etiam obstat tex.in autenti.sacramenta puberum. dum dicit esse nullius momenti. Quæ uerba uidentur importare ipso iure: quia omissa responsione Ioan. Imo.hic constituentis differentiam inter ius ciuile & canonicum, prout etiã fecit Paulus de Cast. & aliqui Moderni in.d. autenti.respondet do.Abb.post Vincen.per illum tex.limitari hanc conclusionem, ut non procedat, quando lex expresse resistit cõtractui: prout in casu istius tex.& .d. cap.quamuis.

¶ Sed tu aduerte, quia non est uerum, quòd in casu.d.autenticæ sacramẽta, lex resistat contractui, quia loquitur etiam in metu adhibito maiori iuranti, ut ibi patet, unde melius est dicere quòd illa uerba nullius † momenti, quò 17
ad maiorem, intelligantur secundum dispositionem legis. Et sic in effectu prout fit in lege quæ in carcerẽ.ff. quod met.cau. Aliqui tamen Moder. tenent contra prædictam rationem do.Abb.etiam quò ad tex.nostrum: quia qualitas quæ non consideratur à iure, non immutat † naturam 18
dispositionis.l.1.C.de legiti.hæredi.Bal.in.c.1. de gradi. successio.in fine. Quæ ratio est leuißima: quia imò ius canonicum etiam considerat hanc qualitatem: quia etiam

talis

talis uidetur fundus dotalis, non potest alienari: & licet
19 alienetur cum iuramento: si † tamen iuramentum metu interueniat, illa resistentia quam lex faciebat coniuncta metui, annullat ipso iure iuramentum: & istud est, quod uoluit Abbas.

Iuramentum in preiudicium tertij

¶ Noto quartò. Iuramentum in præiudicium tertij non
20 confirmat † alienationem fundi dotalis. Sed dubiũ est, de quo tertio uerisimiliter textus intelligit. & glos. primò intelligit de præiudicio creditorum ipsius mulieris, & si intelligamus respectu hypothecæ, casus non habet difficultatem: quia res transit cum honore & onere suo, cap. ex literis, infra de pignori. Si uerò intelligamus, quòd mulier cum iuramento antequàm fundus esset dotalis, prius promisisset alteri uẽdere, adhuc ista alienatio non confir
21 maretur: quia prior creditor † posset compellere mulierem ad uendendum, quæ propter iuramentum præcise tenetur, secundum Abba. Imo. & Docto. in. c. ueniens, supra eodem. Sequuntur Butri. & Imo. hic.

¶ Secundò glos. intelligit de præiudicio filiorum: quod præiudium est considerabile quibusdam casibus. Primus est, quando maritus uergit ad inopiam: ita quòd periculũ
22 est, ne filij ali non poßint. Nam cum aliunde † non habeant, debent de re dotali ali. l. alimẽta. C. de neg. gest. & habetur in. l. nesennius. ff. eod. Nec obstat quòd propter ista alimenta non habeant filij hypothecam: ut habetur in. l. si cum dotem. §. sin autem in nouißimo. ff. solu. matr. Roma. consi. ccccl xiiij. in re præsenti. Et ideo nõ uidetur cum poßint agere cum tertio qui emit: quia cum lex isto casu non confirmet contractum, remanet quò ad eos nullus.

bus.unde ratione sui interesse dicũt de nullitate. Et ita intelligitur quod not. Ioan. Fabri, instit. quibus alienare licet uel non. in princip. & latius hic per Imo. in. vi. colum.

¶ *Secundus casus, quando mulier non haberet unde aliter legitimam filijs relinqueret: nam cùm eis legitima in bonis maternis debetur, si † alienẽtur, fit eis præiudiciũ.* 23
Et hoc sentit Butri. hic in ulti. col. In quo tamen Imo. dicit esse distinguendum, an alinatio facta sit titulo lucratiuo: & procedat dicta conclusio, tanquã donatio sit inofficiosa. l. 1. C. de inofficio. donatio. Et isto casu, donatio erit nulla ipso iure: quia cum propter præiudicium filiorum: tollatur effectus iuramenti, remanemus in terminis legis Iuliæ, quæ † ipso iure annullat alienationem fundi 24
dotalis: aut alienatio fit ex causa onerosa, & tunc uidetur secus, ut habetur in. l. 1. C. si quid in fraud. patro. & infra de testamen. c. Raynutius. per Barto. in. l. hæreditariarum. ff. de bo. autorita. Iudi. poßiden.

¶ *Sed tu aduerte: quia Ioan. Andr. & Ioan. Calderi. satis admittũt, quòd in casibus in quibus filij habẽt spem probabilem, quòd per talem alienationem non fiat eis præiudiciũ: sed filij in hæreditate matris uidentur habere spem probabilem. l. scripto. ff. unde lib. l. fin. C. de iu. codi. l. nec ei. §. præterea. ff. de adopt. l. iij. §. sed utrum. ff. de iniur. Et est uerior opinio, ut per Riminal. in. l. fina. C. de pact. & hoc saltem † respectu legitimæ, in qua habentur pro* 25
creditoribus: ut per Moder. in. l. filiusfamil. §. diui. in prima charta. ff. de leg. 1. undè uideretur satis agi ĩdistinctè de præiudicio suo, ne minuatur legitima. d. §. præterea. Nec obst. si diceretur, qđ est eis cõsultũ ĩ pretio, ut in eo

poßint

poßint habere legitimam: quia reſpõdeo, quòd niſi con-
26 *ſtaret de uera numeratione,* † *ſola confeßio matris non praiudicaret, ut late per Iaſo. in l. ſi arrogator. col. xij. ff. de adoptio. & in l. 1. col. ij. ff. de eo per quem fac. erit.*

¶ *Præterea, ſi accidat quòd mulier dißipet pretium, apparet manifeſtum præiudicium filiorum: qui cum prius ſecuri eſſent in fundo dotali, & ſic in re quæ ſui natura non poterat alienari, amplius ſecuri non ſunt. Facit etiam in argumen. l. qui tutor. C. de adminiſt. tuto. & l. prædia. C. de præd. mino. unde puto generaliter quò ad filios ex*
27 *tali alienatione* † *non fieri præiudicium filijs, quod eſt de mente tex. qui generaliter loquitur. & gloſ.*

¶ *Tertius caſus eſt, quãdo filij haberent ius in tali fundo principaliter: puta, quia ſubſtituti eſſent ab auo per fideicõmiſſum, uel alio modo. Caſus non habet difficultatem. Subdit tamen Imola, quòd hoc non procederet, quò*
28 *ad legitimam debitam ipſi matri, in qua* † *ſubſtitutio ab auo facta nõ extenditur. l. fi. §. filiæ. ubi Bart. ff. de leg. ij. Sed quid ſi mater (ut prodeſſet filijs ſuis aduerſus emptorem) renunciaret legitimæ: licet enim ipſo iure de legitima onus deducatur, tamẽ procedit ita demum, ſi filius uelit. l. ſcimus. ubi Bart. l. omni iure. C. de inofficio. teſta.*

¶ *Sed puto, quòd uendẽdo uideatur agnoſcere legitimã, nec poßit amplius nocere emptori, q aliter deciperetur. per tex. in l. ſi quis domũ. §. penul. ff. loca. Bart. in l. gerit. in. v. col. ſiue. vi. uerſic. ſi uerò non poterat facere, ut dominus. ff. de acqui. hæred. Alexan. cõſi. xciiij. in penul. col. in. ij. & quod not. Deci. cõſil. lxxxi. in primo dubio.*

¶ *Tertiò principaliter poteſt intelligi iſte tex. de præiu-*

dicio

*dicio mariti, & quando fundus est ipsi traditus: non est
dubium, quòd est dñs, & competet sibi rei uẽdicatio ad-
uersus emptorem. Sed pone † uxorem promisisse, quòd* 29
*daret talẽ fundũ marito suo in dotẽ, deinde nõ dedit, sed
uendidit cum iuramento &c. Puto quòd maritus ratio-
ne sui interesse poterit dicere de nullitate. Nam prohi-
bitio alienationis fundi dotalis nõ fit simpliciter propter
uxorem, sed etiam propter fauorem mariti: ut dicit Bar-
to. in lege si quis in tantũ. C. unde ui. in. iij. col sequitur
Alexan. consi. lxxxviij. in. iij. colum. in tertio uolumi. Et
uidetur quòd hoc casu, succurratur marito contra em-
ptorem per actionem in factũ subsidiariam: ex quo cõ-
tra eum aliud effectuale remedium non competit. l. san-
cimus. C. de sacrosan. eccle. per glos. in. §. fina. institu. de
interdict. Barto. in. l. prima. ff. de condict. ex lege. Ias. in
§. actionum. instit. de actio. Quò uerò ad filios, Imo. du-
bitat hic, & dicit uideri quòd mater ipsa possit conueni-
ri: ex quo, † propter præiudicium filiorum nihil opera-* 30
*tur iuramentum. undè cùm actus sit nullus, potest quis
contrauenire contra pactum proprium. capit. cùm laici.
infra de iurepatrona. Bart. in. l. post mortem. ff. de ado-
ptio. Abb. in cap. nosti. supra de electio. Felin. in capit. ij.
colum. iij. de exceptio. Alexand. consil. cxxiij. discussis. in
iij. colum. in primo. Sed tamen non uidetur hoc de mente
text. qui uult, quòd cùm possit mulier, debet iuramentum
seruare: undè uerius est ipsam non esse admittendam,
sed filios: quibus sicut in alijs alienationibus competeret
querela, per quam cõtractus redimeretur. l. 1. C. de inof-
ficio. donatio. Ita in ista alienatione petent declarari*

nullam,sicut supra uidimus.& est de mente Butri.hic in fine. Et idem dicendum est in creditoribus, siue agant
31 *hypothecaria,siue reuocatoria,* † *tanquam si fundum mulier alienauerit in fraudem creditorū,alienasse uideatur.§.item si quis in fraudem.institu.de actio. Quæ reuocatoria faciet declarari actum ipso iure nullum:ut hic per Imolam.*

¶ *Non obstat ratio,quòd quis posit uenire contra actū suum,quādo est nullus: quia istud procederet,si nullitas esset introducta fauore ipsius uel publico.Sed in casu nostro iuramentū non annullatur fauore mulieris, sed tertij:unde soli illi admittēdi sunt.l.creditoribus.C.de seru. pigno.da. Et sic considerabimus cuius fauore iuramentum non operetur,non aūt simplicem cōtractum. Quare*
32 *uidetur* † *quòd etiam posit intelligi quando statutum esset,quòd mulieres etiam cum iuramento non alienarent fundum dotalem. Nam ut intelligamus statutum in casu licito,uidetur facienda interpretatio,quòd sicut alienatio erat prohibita solùm in cōsequentiam fauore publi.statutum fauorem suū principaliter considerauerit,& annullet cōtractum tanquam in præiudicium sui gestum.l. prima.ff.soluto matrimo.Est uerum,quòd mens scribentium est in contrarium,ut infra uidebimus.*

Casus aliqui in q[ui]b[us] Iurament[um] nō operat[ur]

¶ *Noto quintò aliquot casus,in quibus iuramentum nō*
33 *operatur effectum. Primus est, in* † *præiudicium tertij.concordat text. in capitu. quamuis.de pact.in.VI. & facit capit.ueniens.supra eodem. Adde, quòd licet iuramentum debeat seruari in forma specifica.capitu. ad nostram.primo,supra eodem.si tamen nō agatur de præiudicio*

dicio alicuius, potest adimpleri etiam fictè, ut est casus, quem ibi not. Abb. & declarat in capitu. ex parte secundo, infra de cleri. non residen. Item, adde quod notat Baldus in capitulo ueniens, supra eodem, ubi, si quis generaliter nemine acceptante nec in manu alicuius iuret aliquid contrauenire poterit: quia † non tendit in praeiudicium cuiusquam: ex quo, per tale iuramentum nullum ius quaesitū est, quod est notatu dignum, & infra ad iingemus. Et facit, quia qualibet dispositio intelligitur sine praeiudicio tertij. capitu. ueniens, supra de transactio. & quod not. Bald. in. l. si constante. ff. soluto matrimo. & Felin. in capitu. sicut, de sententia excommunicatio. ubi, neq; † Cardinali creditur, in alicuius praeiudicium. Et 35 intellige de praeiudicio tertij principaliter, non autem secundariò, ut dicit glo. in dicto capitu. quamuis, unde cùm haec alienatio prohibeatur secundario fauore reipubli. l. prima. ff. soluto matrimo. eius tamen praeiudicium non cōsiderabitur, aliâs iste text. nunquam procederet, & potuisset fallentiam, quae euacuaret totam regulam. Et adde tex. in. l. iij. §. sed uerum, uersic. nec eo moueniur. ff. de minori. Et facit quod not. Geminia. in dicto cap. quamuis: ubi infert † ad statutum, quo cauetur ut illi in quorum praeiudicium actus uergit, citentur, ut non debeant citari, quorum secundariò interest. de quo per Alexand. in. l. de unoquoq;. ff. de re iudica. & cōsi. centesimoquinquagesimosexto. incipien. stantibus, in secundo. Secundus casus est, quando iuramentū non posset adimpleri sine dispendio salutis aeternae, ut hic, & in. d. c. quāuis. nam tūc † non esset seruandū. Et iste casus cōprehēdit iuramentū 37

contra bonos mores naturales: & etiam alioqui est ualde generalis. de quo uidebimus in discursu materiæ. Et procedit, *etiam si de ueniali peccato tantùm ageretur, quia satis est, quòd uergat in peiorem exitum. ut est tex. xxij. q. iiij. capitulo si aliquid. & uidebimus infrà in ultimo notabili.*

¶ Tertius *casus est, quando aliqua causa noua superueniret: nam tunc* † *licitum est contrauenire iuramēto. cap. cùm inter, suprà de renunciatio. capi. ad nostram, suprà eod. l. fin. ubi* Moderni. *ff. qui satisda. cogan.*

38

¶ Quartus *casus est in actu uoluntario, in quo prætor*
39 *non habet reddere ius. nam in tali casu* † *licebit contrauenire, & actus tenebit: licet incurrat periurium. capitulo sicut, infrà de sponsal. cap. mulieri, infrà eo.* Ioan. Andr. *in regu. quòd semel, de reg. iur. in. vi. ubi tenet, quòd quãuis aliquis iurauerit non reuocare testamentum, nihilominus poterit reuocare.* Sequuntur Docto. *in. l. si quis, in princi. testamen. ff. de lega. iij.*

40 ¶ Quintus *casus est, quando aliquid immoderatè* † *præcipitur. cap. quintauallis, suprà eodem.*

¶ Sextus *casus est, quando ei qui iurauit, non seruatur fides, ut in cap. sequen. in fine. & in capi. iij. supra eodem.* De quo per Ioan. And. & Imo. *hic in glo.*

¶ Noto *sextò: quòd alienatio fundi dotalis propter iura*
41 *mentum sustinetur, quæ* † *aliàs iure communi esset nulla. capi. licet mulieres, eod. titu. lib. vi.*

¶ Limito *hanc conclusionem, quando mulier prius iurasset non alienare.* Nam *secundum iuramentum deinde*
42 *non tenebit, sed seruabitur* † *primum, ut dicit glos. in. d.*

capitulo

capitulo licet mulieres: & uidetur probari in capi. intellecto, infrà eodem. Et facit ratio istius text. Nam aliâs mulier peccaret, uel ueniret contra primum iuramētum: unde actus inducens peccatum non debet habere tale priuilegium, ut contractum à lege prohibitum confirmet, & illam glo. sequuntur ibi Docto. & latè attingit Imo. hic in nono membro princi. cum concordan. in. l. duobus. §. fina. ff. eodem. & Moder. in. l. pacta nouissima. C. de pactis.

¶ Aduertendum tamen est: quia text. in. d. ca. intellecto, non probat hanc conclusionem: ex quo loquitur quando primum iuramētum respiciebat publicam utilitatē principaliter, uidelicet ne fierent alienationes in præiudicium rei. Sed casus noster est, quando iuramentum principaliter respicit priuatam utilitatē: et ideo facilius deberet tolli. Sed quia ratio uidetur in utroq; † casu militare, non est recedendum à communi opinione. habet tamen 43 hæc cōclusio tres notabiles restrictiones. Prima est, ut habeat locum in terminis nostris: uidelicet, quando in iuramento adest consensus dispositionis iuris cōmunis: aliâs, si prius † iuramentum sit contra ius commune, ualebit 44 actus factus contra eum. capi. dilecto, de præbend. capi. sicut, infrà de sponsali. glo. in cap. fina. in uerbo reuocamus, de procuratori. in. vi. Ioan. Andre. in. d. regula quod semel. Barto. in. l. omnes populi, in tertia quæstio. princi. ff. de iusti. & iure. uersiculo circa tertium. Et ita declarat Ioan. de Imo. hic, & in. l. cùm uir. ff. de usucapio. & Alex. consi. lx. ponderatis, in. iij. Quam restrictionem tu sic declara. quādo mulier alienat fundū cum iuramento,

clarum est quòd alienatio de se nõ teneret, propter pro-
45 hibitionem legis: sed † quia accessit iuramentum, iste tex. eam confirmat: tenet ergo cõtractus ille, propter uim iuramenti, sed si prius contrarium iuratum fuerit, istud secundum iuramentum offuscatur & eliditur à primo, unde remanemus in terminis iuris, & sic ut contractus sequens non teneat, ex quo cõsequens est quòd si aliquis iurat non contrahere contractum à lege permissum, dein-
46 de † contrahat: contractus resoluitur ad terminos iuris: & sic tenet: licet ille incidat in periurium. & ita procedunt notata in dicto cap. dilecto, & cap. sicut, cum similibus. Secunda restrictio est & ponitur per Bal. in l. duobus. §. fi. ff. eodem. & in ca: ueniens, in fine, suprà eodem, ut non procedat, quando primum iuramentum non fuit præstitum alteri, sed sibijpsi. Nam tunc seruabitur secundum: ex quo per primum nemini fuit quæsitum ius. argu. l. si repetendi. C. de condictio. ob causam: & l. filiusfami. §. diui. ff. de lega. primo. sequitur Alex. in dicto. cõsi. xvi. Sed idem Alexan. in dicta. l. duobus. §. fin. dubitat de hoc dicto: quia glos. in dicto capi. licet mulieres, fundat se illa ratione: quia primum iuramentum est licitum, sequẽs illicitũ: ergo primum debet attendi. facit cap. tua nos, supra eo. Confirmo hanc opinionem: Nam iuramentum etiam
47 sibijpsi factum † principaliter, uidetur directũ Deo. ca. debitores, supra eod. & per Bar. in l. si quis pro eo, per illum tex. ff. de fideiusso. unde debet posse acceptari quãdocunq; à quolibet absente cuius interfit. glo. in ca. quoties. 1. q. vij. per Fely. in c. si cautio, col. vij. de fide instru. unde posset fortè procedere opi. Bal. quando nemo esset

cuius

cuius interesset, præter ipsam mulierem.

¶ Tertia restrictio est ualde notabilis: quãdo ille in quẽ facta est alienatio, ignorabat de priore iuramento cõtrario. Nã nõ uidetur illud primũ mulierẽ obligasse in præiudiciũ tertij ꝓbabiliter ignorãtis. arg. istius tex. & cap. ueniens. de transact. & l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. Et ita tenet Ioã. de Imo. in. l. cũ uir. in pe. char. ff. de usucapio. Ioan. fab. in. §. 1. quib. alie. nõ licet. Alex. in. d. cõsil.

¶ Sed tu aduerte: quia contraria opinio uidetur uerior: nam si consideremus rationem istius text. alienatio cum † iuramento tenet: non fauore ipsius, in quem alienatur: 48
sed quia iuramentum sine peccato seruari potest: undè, si non posset, cessat ratio istius tex. hæc ignorantia contrahentis consideratur in hoc cõtractu, cuius naturæ lex resistit. l. quemadmodũ. C. de agrico. & censi. lib. xi. unde sibi imputet emptor, quòd diligenter non perquisiuerit, an secundum iuramentũ esset tale, quòd sine peccato seruari posset: an uerò aliud præcessisset. Et istud mihi uidetur uerius. & sentit Imo. hic colum. lxxxvij. Bene fateor, quòd si mulier illud primum iuramentũ præstitisset animo circumueniendi emptorem, tunc esset secus: quia tali casu diceretur peccasse in primo iuramento, quod dolosè fecit, ut alium deciperet. Et in isto casu procedit prædicta restrictio: in dubio † autem dolus non præsumitur, 49
sed ex coniecturis prudens Iudex eum deprehẽdet. l. dolum. ff. de dolo. uel. C.

¶ Noto ultimò differentiam inter ius canonicum & ciuile. Nã de iure ciuili alienatio fundi dotalis quamuis iuramento uallata, non ualet: quia iuramentũ cõtra legẽ eo

iure est inefficax.l.non dubium.C.de legibus,quod infrà declarabitur.& hoc tenet glos.in autenti.si qua mulier. C.ad uelleia. sed etiam in foro ciuili hodie seruabitur ius canonicum.d.capitu.licet mulieres.eod.titu.in.vi.Et ra-
50 *tio est,quia in materia iuramenti, semper † ius canonicum attendimus.Et hinc infert Ioan. de Imo.hic,ubi inter se iura discrepant quid obseruandum sit.In quo articulo regula est,quòd in suo foro quælibet seruatur,ut est glos.in cap.ij.de arbit.in.vi.*

¶ Fallit primò in terris subditis temporaliter Romano pontifici:quia in illis seruatur semper ius canonicum.capitu.si duobus.§.fina.infrà de appellatio. ubi omnes notant.Et ideo,in eis appellabitur ab interloquutoria, capitu.super eo.de appellatio.l.ij.ff.de appellatio.recipiẽ, non habebit locum instantia principalis. de qua in.l.properandum.C.de iudic.& habetur in capitu.penul.suprà de iudic. Nec poterunt subditi condere statuta aduersus ciui.secundùm opinionem Abba.de qua in dict.capitu.si duobus.& in cap.ecclesia sanctæ mariæ,suprà de cõstit.

¶ Sed tu aduerte; quia istud procederet,nisi esset aliter expressum fœderibus, quæ Ciuitas cum pontifice haberet.l.nõ dubito.ff.de capti.& postlimi.reuer.l.prima.ff. de pactis. Item, nisi Ciuitas esset à pontifice acquisita. Nam tunc transit cum legibus quibus prius regebatur: ut per Barto.in.l.si conuenerit.§.nuda.ff. de pignorati. actio. Alexand.consi.cl.in.ij.uolu. Andre.sicu.consi.iiij. columna.vi.&.vij.in primo uolumi.Fely. in capit.translato.de constitu.

51 *¶ Fallit secundò in materia spirituali: quia † tũc in foro ciuili*

ciuili etiam ius canonicum attendimus, ut in dict. capitulo licet. & habetur in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. Et ideo ubi agitur de peccato, semper illud ius attendimus. ut est regula possessor, de reg. iur. in. vi. quia intelligitur etiam si de peccato ueniali tantùm agatur secũdùm Imo. in capi. fina. post Butri. in prima colum. infra de præscriptio. ubi adducit simile de iuramẽto, quod non † solùm ligat quando nutrit peccatum mortale, sed etiam quando 52
ueniale: quia satis est, quòd in deteriorem exitum animæ conuerti poßit. xxij. quæstio. iiij. capi. si aliquid. glos. & Docto. in. d. cap. quamuis. de pac. in. vi. Butri. & Imol. in cap. si uerò. supra eod. & suprà tetigimus. Sed quicquid sit de hoc dubio simili, prædicta cõclusio est dubia, ut per Alexan. in. l. alia. §. eleganter. in prima col. ff. soluto matrimo. De quo dixi in paradoxis. lib. v. capi. iij. hæc inferebat Iacob. Butriga. in quadam disputatione, quam ponit Ioan. Andr. in additio. Specula. titu. de succeßio. abintesta. §. i. col. iiij. uersicu. & quia. de gradibus: quòd statutum imponens pœnã † cõtrahentibus nuptias in quar- 53
to gradu, intelligitur de gradu secundùm ius canonicum, non autem secundùm ius ciuile: quia tale statutũ cùm loquitur de causa spirituali, id est matrimonij, deberet declarari secundùm Canones, nõ autem secũdùm ius ciuile, sequitur Alexand. in. l. si auiæ, in fine. C. de successo. edic. per quam decisionẽ consuluit Decius consi. clviij. quòd auten. incestas. C. de incest. nup. habebit locũ quò ad pœnas in ea positas, etiã in eo qui contrahit incestas nuptias secundùm ius canonicum: licet secundùm † ius ciuile, non sint incestæ, ut etiam tenuerunt Cardinalis, Abbas, & 54

Præposi.in.c.& si necesse, circa finem. infra de donatio. inter uir.& uxo. Signor.de homod. consilio. xxx.incipien.factum. Sed tamen contrarium mihi uidetur uerius: & pro hoc tenuit Anchara.cõsi.cccxcij. in primo. Cal. consi.ultimo.de consangui.& affi. Geminia.consil.lxxi. incipien. Titius, colum.fina. Nec obstat prædicta decisio: quia statutum loquens de matrimonio, bene potuit habere respectum ad ius canonicum, quòd 55 † *uigebat ante statutum: Sed dicta auten.incestas, non, quia tempore illius auten.non arat adhuc conditum ius canonicum. Vndè imperator non potuit habere respectum ad canones: imò tunc uendicabat sibi iurisdictionem, etiam super spiritualibus: ut patet in titu.de sacrosanct.ecclè.& titu.de episco.& de hæreticis cum similibus.*

¶ *Expeditis notabilibus, antequàm deueniamus ad glos. Abb. format oppositum contra literam. Nam respectu donationis propter nuptias, uidetur quòd frustra quæratur de ualiditate iuramenti, quò ad mulierem,* 56 † *cum soluto matrimonio, ipsa agere non poßit: imò dominiũ rerum donatarum reuertitur ad uirum.cap.fi.infra de donatio.inter uir.& uxo.*

¶ *Soluit Abb. duobus modis. Primò, quia poßumus intelligere tex. quando illa donatio perpetuò pertineret ad uxorem, puta uigore pacti uel consuetudinis: quæ solutio in se est uera. Sed diuinare uidetur, & extrinsecus præsupponit ista, quæ sunt facti, nec præsumuntur.l.in bello. §.factæ.ff.de captiuis.*

¶ *Secundò soluit, quòd agebat hypothecaria, tanquam illæ res donatæ essent hypothecatæ ꝑ dote. Et quia excipiebatur-*

cipiebatur quod uendiderat, replicabat uenditionem non ualere. Ex qua solutione infertur, quòd † mulier consentiens marito alienanti rem donatam propter nuptias: non solùm præiudicat sibi quò ad dominiũ, quod quidem constante matrimonio ipsa habet. autenti. donationem. C. de iure doti. sed etiã quò ad hypothecam: quæ, extincto dominio, in ea re sibi orta fuisset. iuxta auten. siue à me. C. ad uelleia. & declarat Bal. in auten. præmissa, in secunda solutione. C. de donatio. ante nuptias. Quod quidẽ dictum est ualde notabile, & prima fronte uidebatur oppositum: tamen quia satis erat si iuramentum præiudicasset sibi quò ad dominium quod ipsa in eis bonis donatis habebat. argumen. l. mater. C. de rei uendicatio. tamen quia iuramentum non debet trahi ad ius superueniens, sicut est hypotheca, quæ post solutum matrimonium incipit oriri, ut uideatur uerior, facit capitu. ad nostram, primum, supra eod. capi. cum inter, supra de renunciatio. & uidemus in simili: quia † si filia renunciat hæreditati paternæ cum iuramento, tale iuramentum non per hoc facit, quòd censeatur renunciatum legitimæ. l. si quando. §. & generaliter. C. de inofficio. testamen. Aret. in. l. 1. §. si quis ita. colum. v. ff. de uerb. obligatio. & ibi plura similia adduxi: per quæ probaui satis esse, si iuramentum aliquid operetur absq; eo † quòd amplicet contractum. cap. penul. infra eod. Paul. de cast. consilio. ccxlij. in ultimis uerbis. Confirmatur: quia si mulier iurauit nõ cõtrauenire contractui agendo hypothecaria, non uidetur cõtrauenire: quia contractus tenet, licet possessor pignus liberare teneatur. l. fina. C. de luit. pigno.

55
56
57

Sed

Sed tamen decisio Abba.est uerior : quia mulier consen-
58 *tiendo alienationi † extinguit etiam ius suum, ut habetur in.l.si fundum per fideicommissum.ff.de lega.primo.* Et *licet hypotheca dominij superuenerit : tamen quia erat in spe certa tempore contractus, uidetur de ea quoque actum, ut habetur in lege prima, per* Barto.C.*de pact.* Quod *fortius procedit, si teneamus opinionem quorundam, qui dixerunt hypothecam durare etiam constante matrimonio, & concurrere cum dominio.* De quo per Bal.*in dicta auten. præmissa, & in dicta auten. siue, per* Moder.*in.l.neq; pignus.ff.de regu.iur.* Et *facit ad supra dicta lex uendicantem.ff.de euictio.*

¶ *In glos. magna formantur multa contraria: in quibus apparet iuramẽtum non firmare contractus, quibus lex resistit, ut in.l.si quis inquilinos, in fin.ff.de lega.primo. in.l.adigere, de iure patrona. in.l.nõ dubium.*C.*de legib. & soluit glo.tripliciter.*

¶ Primò, *quòd aliud est de iure ciuili, aliud de iure cano-*
59 *nico.* Quod † *canonicum est seruandum propter periculum animæ.* Quæ *solutio secundum* Abb.*est in se uera: sed non omnino euacuat cõtrarium.* Sed *tu aduerte: quia si lex ciuilis reprobat iuramentum ex rationabili caussa, uidetur quòd non obseruando illud non peccet : ex quo*
60 *lex quò ad † remißionẽ iuramenti, habet uim apostolici, ut dicit glo.in.d.l.adigere, cum concordan. per* Moder. *in.l.fina.ff.qui satisda.cogan.sed de hoc infra dicetur.*

¶ Secunda *solutio gloß. quòd iste text.debeat intelligi, quando mulier nõ potest aliunde sibi cõsulere.* Nam *tunc iuramentum non teneret.* Quæ *solutio secundum* Doct.

diuinat

diuinat ad istum tex. & confunditur per. d. cap. licet mulieres, & dictum cap. quamuis, ubi dicitur, quòd omnino iuramentum debeat obseruari sustinendo hanc solutionem, posset dici quòd imò non diuinat, ex quo textus excipit casum, quando † alteri oriretur praeiudicium. Sed 61
quando mulier aliunde non habet dotem, oritur praeiudicium iuri publico. l. prima. ff. soluto matrimo. Et licet *istud sit in consequentiam, tamen ubicunq; fauor publicus ueniens in consequentiam non potest separari à priuato: iudicamus de eo tanquam principaliter de eo publico. l. penulti. C. de pact. ubi* Barto. *ita declarat per legem de die, & l. attilicinus, de pact. dotali.* Et *facit: quia lex iulia est fundata super praesumptione quam habet in fragilitate muliebri: unde licet text. conscientiae non curet praesumptionem legum, ut dicit* Ioan. Andr. *in capi. qui fidem, de sponsalibus. & dixi in cap. nouit, supra de iudicijs, tamen debet † curare ueritatē, quando apparet,* 62
ut quia constat mulierem alibi non habere, unde nubat. Nec *obstat cap. licet, quia remittit se ad istum tex.* Et *lex quae procedit relatiuè ad aliam, recipit omnes modificationes, quas alia habet: ut per* Barto. *in lege nihil. ff. de coniungen. cum emanci. lib. in. l. praetor. §. erit. ff. ui bon. rap.* Et *quamuis in. c. quāuis, sit dictio praecisa: tamen refertur ad terminos iuris. l. penulti. ubi* Moder. *C. de pact.* Areti. *in cap. qualiter, secundo, in. vij. colum. infra de accusatio.* Et *sic ista solutio teneri potest, quae est ualde rationabilis: licet communiter docto. hic eam non teneant.*

¶ Tertia *solutio est, quòd lex ciuilis in casibus contrarijs est prohibitiua ex caussa perpetua: sed in casu nostri*

63 stri tex. non quia † donatio propter nuptias consentiēte muliere iterum post biennium potest simpliciter alienari.d.auten.siue à me. Ideo non est irrationabile, quòd iuramentum operetur effectum secundi consensus, & moræ tēporis. Sed ista solutio ab omnibus reprobatur: quia non potest procedere quò ad exemplum de dote. In ea enim est perpetua causa prohibitionis, ut nota.in.d. auten.siue à me, & probatur in.l.etiam.ff.de fundo dota.

¶ Item confutatur per tex.in dicto capi.significante, de pignoribus. ubi quamuis subsit perpetua caussa prohibitionis, iuramentum tamen seruandum est. Ex ista tamen solutione infertur, quòd iuramentum † operatur uim geminati consensus. unde sicut iuramentum geminatum parit actionem.l.prima.§.debitum.ff.de consti. pecu. ita pactum iuratum, ut dicit Mathesi.not.suo.xxxvi. De quo meminit Roma.in lege prima, in princip.ff. de uerbo.obligatio.& Bart.in.l. si quis pro eo, in sexto casu.ff. de fideiussori. & uidebimus positum infra in ultima columna.

64

¶ Quarta solutio ponitur hic per Abb. considerantem quatuor casus principales, & imitantem doctrinam Barto.in lege si quis pro eo.ff. de fideiusso. qui posuit istos quatuor casus: déinde sex alios, quos etiā Abb.infra prosequitur, licet confuse: & eosdem casus sequuntur Ioan. de ligna. Anto. de Butri.& Imo.hic. & ideo nos etiam eum sequemur ampliando dicta Abb.per ordinem: & in locis suis.

1.° quādo pp̄ter bonos mores

¶ Primus casus est, quando prohibet aliquid propter bonos mores conseruandos: & tunc iuramentum in contrarium

trarium non † confirmat actum: imò etiam iuramentum 65
corruit, & est ipso iure nullum. c. non est obligatorium. de regu. iur. in sexto. Et ideo iuramentum tollens liberam uoluntatem testandi, non ualet. l. stipulatio hoc modo. de uerbo. obliga.

¶ Item, † pactum de hæreditate uiuētis propter uotum 66
captande mortis. l. fina. C. de pact.

¶ Item, † pactum per quod libertas matrimonij tollere= 67
tur. l. titia. ff. de uerbo. obliga. in princip. capi. gemma. de sponsalibus.

¶ Item, † pactum de re turpi uel inhonesta. l. generali= 68
ter. & l. si plagij ff. de uerbo. obligatio. Addit glos. & Barto. in addi. §. eleganter. ff. soluto matrimo. quo maritus renunciaret beneficio legis, ut poßit insolidum ab uxore conueniri. Est enim contra bonos mores, ut dicitur in illo text. cuius argumento infertur idem esse in pacto † quo debitor se obligat ad carceres, & renunciat ceßioni bonorum, ut tenet ibi Barto. & uidetur ma= 69
gis communis opinio: tanquam istud sit contra natura= lem libertatem hominū: ex quo obligare se ad carceres, est quędam species seruitutis. l. prima, & secunda. ff. de homi. libe. exhiben. l. titio centum. ff. de conditio. & de= monstratio. Sed hoc ultimum exemplum ego non puto uerū, nec text. in. d. §. eleganter probat hoc: quia loqui= tur inter illas personas, quę iure naturali debent sibi mutuum amorem & reuerentiam. Et in hoc etiam contra= rium tenent hic Imol. & Alexand. in. d. §. eleganter. Sed dubium est, quomodo intelligamus pactū esse contra bo= nos mores, & Abb. hic dicit intelligi de bonis moribus

natura

70 † *naturalibus, qui sunt immutabiles.* Potes *exemplifica-*
re secundùm Bald. *in lege pactum. quæst. xviij.* C. *de col-*
71 *latio. quãdo quis pacisceretur nõ alere † parentes uel li-*
beros, ut in capi. cùm quidam. supra eod. in fine. Idem *in*
72 *pacto inducente delictum, uel per quod aliquis † inuita-*
retur ad delinquendum. l. conuenire. ff. de pact. dotal. Et
73 *ex hoc consequens est, quòd † si iuramentũ sit cõtra bo-*
nos mores iuris artificio, quòd tunc erit seruandum per
iura canonica. Ita *procedit cap. quamuis, de pactis. in se-*
xto. & melius tex. in capi. significante. de testi. & tradit
Alexan. *consil. clvij. incipien. uiso instrumento, in ultima*
colum. in secũdo: nisi aliter per canones sit reprobatum,
ut per Ioan. Andr. Hostien. *&* Imol. *in capi. quemadmo-*
dum. in glos. in uerbo, uel oculos, supra eod. Ioan. *tamen*
de Imo. *hic uidetur uelle, quòd quando lex dicit aliquid*
etiam contra bonos mores: tamen nisi reperiatur idem
esse dispositum iure canonico, quod iuramentum contra-
ctum confirmat: & præcisè infert ad legem stipulatio,
74 *hoc modo. sed mihi uidetur satis, † quòd lex canonica ap*
probet ciuilem, quando eã non reprobat, iuxta notata in
capitu. primo, infra de noui oper. nunciatione. Non *est*
ergo distinguendum inter legem ciuilem & canonicam:
sed an boni mores sint fundati super æquitate naturali
per uiã caussæ proximæ & immediatæ, qa secus esset, si
per caussam remotam: ut apparet ex dicto capitu. signi-
ficante. & tradit Abb. *consilio. xcv. incip. quædam. in. ij.*
colum. in. ij. lib.

¶ Et *in hoc primo casu, cõcludunt* Doct. *quòd iuramẽ-*
75 *tum † est ipso iure nullũ: ita quòd non est opus absolu-*
tione.

tione.dicto cap.non est obligatorium. & ita tradunt hic omnes.

¶ *Sed aduerte: quia in contrarium urget text.in.d.cap. cum quidam.in fine, supra eod.ubi, qui iurauit nō colloqui cum patre, nec illi subsidiū ferre: debet petere † ab-* 76
solutionem, & intelligere ad cautelam, uel de absolutione facti: prout faciunt ibi Docto. Non uidetur realis intellectus, prout in simili dicit Abb.in cap.ij. uersic.xiiij. uersicu.item aduerte.supra de ordi.cogni.

¶ *Secundò in contrarium facit: quia quando quis iurat non reuocare iuramentum, tale iuramentum est contra bonos mores: secundùm quos ambulatoria est hominis uoluntas usq; ad mortem.d.l.stipulatio hoc modo: & tamen contrauenients dicitur periurus, & debet † petere* 77
absolutionem: licet actus contrarius teneat, secundùm Ioan.Andre.in regu.iur.quod semel.de regu.iuris.in.vi. & hæc opinio est uerior & communior: ut per Imo.hic, & per Alexand.in.d.l.stipulatio.in.iij.col.quicquid dixerit Bartol.in.l.si quis in principio testamenti, in ulti. col.supra de lega.iij.

¶ *Tertiò facit: quia est contra bonos mores, quòd matrimonia non sint libera.d.l. Titia. & tamen iuramentum de contrahendo matrimonio cum aliqua, nisi seruetur, reddit † contrauenientem periurum, & opus est absolu-* 78
toria.d.cap.sicut.& cap.ex literis Syluani, infra de spōsali.unde ego putarem distinguendum: quia aut illi boni mores, contra quos interponitur iuramentum, sunt fundati ea ratione naturali, quòd aliter agens est in manifesto peccato, ut, si quis iuraret hominē occidere uel aliter

delinquere, & procedat ommunis conclusio, & iuramentum sit ipso iure nullum. dicto capi. non est. & .xxij. quæstio .iiij. capitu. inter cætera. & capit. si aliquid. primo, in fine.

¶ *Aut & secundò sunt fundati ea ratione: non quòd tūc contrafaciens peccet, sed quia dubitatur de futuro peccato: & tunc uidetur quòd iuramentum teneat: licet absolutio præstanda sit. Cum enim prohibitio sit propter præsumptum peccatū, quod de facili posset euenire: ista præsumptio in foro animæ quam seruamus in iuramento, non est attendenda: quia in foro † conscientiæ, nō curamus præsumptiones: secundùm Ioan. Andream in cap. is qui fidem. de sponsali. & ponunt Moder. in cap. nouit. supra de iudicijs. & ideo iuramentum ipso iure tenet. Sed quia etiā lex canonica approbat eas prohibitiones, per quas peccata quæ fieri possent, euitentur: concedenda est absolutio: & ita intelligo exemplū. d. l. finali. C. de pactis, & . l. conuenire. ff. de pact. dotali.*

79

80 ¶ *Aut & tertiò. Iuramentum non inducit † peccatum manifestum, sed peccatū aliquo casu excusabile: & tunc absolutio petenda est. dict. capit. cum quidam. in fine. Ille enim qui iurat non loqui cum patre, nec subsidium illi exhibere, non iurat rem omnino iure naturali enormem. Quid enim si non indigeret? nec peccat mortaliter: ex quo potest esse aliquis casus seu caussa in qua ita iurans excusaretur: ut declarat Bal. post Archidiaco. in capitu. fina. supra de pactis.*

¶ *Nec obstat text. in capitu. inter cætera: quia ibi erant uerba apertiora in malam partem.*

Aut

¶ Aut & quartò. Boni mores non sunt fundati propter euitandum peccatum, sed propter † aliam utilitatem: & 81
putarem requiri absolutionem: per nota.in.l.stipulatio hoc modo concepta. & ita intelligo etiam tex.in.d.capi. sicut. & in.d.cap.ex literis Syluani. Sed Imola dicit hic, quòd quamuis contra bonos mores sit, ut matrimonia non sint libera: istud intelligitur respectu pœnæ additæ promissioni.d.l.Titia, & .d.cap. gemma, non autem simpliciter. Sed quicquid dicat Imola, opinio Bart. quam sequitur Butri.hic, est uerior, per cap.requisiuit, de sponsali.declarando ut ibi.

¶ Et ex supra dictis infertur, quòd † licet pactum Musi 82
corum de eundo de nocte ad cantandũ sub fenestra Amasiarum sit contra bonos mores, secundum Moder.in.l.pacta.§.meminisse, per illum tex.ff.de iureiur.tamẽ quia directè non sonat in delictum, si iuramentum accesserit, debet peti absolutio.quod not. in aliquibus tamen partibus ex consuetudine, non est contra bonos mores.

¶ Secundus casus est, quando lex prohibet aliquid propter fauorem publicum principaliter: & † tunc actus 83
non firmatur iuramento.capi.si diligenti, circa finem, supra de foro competen.l.secunda. & .l.quemadmodum.C. de agrico. & censitis.lib.xi. Et ratio est, quia ius canonicum remitti non potest.l.ius publicum.ff. de pactis. Et iuri quod pro se introductum est, quis renunciare nõ potest.capitulo ad apostolicam, infra de regularibus.secundùm Abbatem hic. Et cum ista conclusione transeunt omnes in.d.l.si quis pro eo, & Ioã.de Ligna.Butrius & Abb.hic.Calderi.consil.ix.sub titu.de iureiur. & uidetur

2° quãdo pp̃ter fauorẽ publicũ

indubitata conclusio. Solus Ioan. *de* Imola *hic dicit, quòd cum in iuramento attẽdatur ius canonicum, seu forum: licet lex ciuilis prohibeat aliquid principaliter fauore publico: non sequitur, quod lex canonica idem faciat: argumen. nota. per* Ioan. And. *&* Hostien. *in cap. quemadmo*
84 *dum, in glos. supra eod. unde concludit, quòd* † *imò iuramentum erit seruandum, etiam hoc casu: dummodo non uergat in dispendium salutis æternæ.*

85 ¶ *Et hinc infert, quòd iuramentum* † *per quod prorogatur instantia, ualebit: licet fauore publico sit prohibitum. l. properandum. C. de iudic. Item iuramentum quod quis interponit in alienatione serui adscriptitij, licet talis contractus sit fauore publico prohibitus. d. l. ij. C. de agrico. & censi. Item, in exemplo* Bart. *quando statutum fauore publico introduxit, quòd debens frumentum liberetur certam pecuniæ summam soluendo pro corbe, & sic de similibus.*

¶ *Sed ego non censeo recedendum à communi opinione: quia ratio* Docto. *uidetur concludens. Cum enim aliquid*
86 *sit interdictum fauore publico, non est in potestate* † *priuatorum illi derogare, etiã cum iuramento: nec lex canoni. dispositioni ciuili in hoc aduersatur imò consentit, ut patet in hoc tex. dum negat iuramentũ tenere in præiudicium tertij: unde sequitur ut non teneat in præiudicium iuris publici, quando illud est principaliter in consideratione, & in tali casu non requiri absolutionem, firmat* Abb. *hic in penulti. charta.*

¶ *Sed dubium est, quando dicatur lex principaliter prohibere in fauorem publicum. In quo dic, quod quãdo agi*

tur

tur † de commoditate pecuniaria seu patrimoniali, in du 87 *bio uidetur respicere fauorem priuatum, & in cõsequen tiam publicum. l. ij. in fine, & ibi* Barto. *ff. ad municipa. & idem sentit* Barto. *in. l. 1. penulti. col. ff. solu. matri.* Et *facit lex. iij. § . fina. ff. de liber. lega. & ibi* Bart. *quam ad hoc ponderat* Areti. *consil. ij. in ulti. colum.*

¶ Fallit, *quando coniectura aliqua esset quòd potius pu blicam utilitatem consideraret, ut in statutis concedenti bus immunitatem forensibus, qui uenirent in ciuitatem ad habitandum.* Non *enim est uerisimile, uoluisse statuentes consulere † forensibus, tanquam forensibus & priuatis,* 88 *sed potius propter utilitatem ciuitatis.* Et *ita procedit quod not.* Alexan. *in. l. 1. in. ij. col. ff. solu. matri.*

¶ Fallit *secundò, quando statutum expresse diceret se fa cere propter utilitatem publicam, ut in casu statuti cuius meminit* Barto. *in. d. l. si quis pro eo: in quo erat præfa tio, ut ciuitas abundaret ciuibus seu agricolis &c.* Puta *rem tamen, quòd si iste fauor publicus in ueritate † non* 89 *subesset, licet statuentes ita dicerent, quòd esset seruandũ iuramẽtum: aliâs esset aperta uia ad reducẽdum iuramen tum ad modicũ effectũ. quod an statuẽtes facere poßint, infra uidebimus: et in isto casu ꝑcederet opi.* Ioã. de Imo.

¶ Fallit *tertiò, quando lex quò ad uniuersum principali ter respicit utilitatem publicã, licet etiam particulariter poßit, ut in casu posito per* Barto. *in. l. ambitiosa, in. iiij. col. ff. de decre. ab ord. fa. ueluti, quando statutum fit ad finẽ, quòd rixæ & iniuriæ cessent.* Nam *licet inimicitiæ tendant principaliter ad damnum priuatorum, inspecto ordine naturæ: inspecto tamen iuris intellectu, uidetur*

etiam principaliter pertinere ad remp. Idẽ in quibusdam alijs exemplis ibi relatis, & in isto casu uidetur etiam quòd iuramentum non cõfirmet: quia militat dicta ratio, ne præiudicetur iuri publico.

90 ¶ *Et ex hoc sequitur,* † *quòd in casibus in quibus de utilitate priuata principaliter tractatur, & in cõsequentiam de publica, potest lex interpretari suam utilitatem principalem esse: & iuramentum in contrarium non teneret.*

¶ *Sed tamen in isto casu, fortè uerior est opinio* Imolæ, *quia in iuramento attendimus forum ueritatis & con-*
91 *scientiæ, non* † *autem interpretationem legis: ut per* Io*an.* Andre.*in.d.cap.is qui fidem.* Nisi *dicas iuramentum tenere, sed absolutionem debere concedi: ex quo lex canonica non uult præiudicare tertio, ut supra dixi dum respondi ad legem penulti.C.de pactis.*

¶ *Tertius casus est principalis, quando lex prohibet contractum fieri principaliter fauore priuato: licet in*
92 *consequentiam resultet fauor publicus: & tunc* † *iuramentum tenebit & firmabit contractum.* Et *ita intelligitur hic tex. & text. in auten. sacramen. publ.*C. *si aduer. uend. & cap. quamuis, de pactis, in. vi.* Et *ita tenent communiter* Docto. Ratio *istius doctrinæ est, secundum* Ab*batem, quia iuramentum quæritur principaliter* Deo: & *lex humana uel canonica non uult neque potest in fauorem priuatum impedire talem obligationem. cap. debitores, supra, eod. cap. ad apostolicam, infra de regulari. c. qui post uotum, eod. titu. lib. vi.*

¶ *Sed ista ratio ita simpliciter intellecta nõ est uera: quia*

ea

ea attenta, idem esset, quando prohibitio fieret principaliter fauore publico. Nam & tunc non potest impediri obligatio quærenda Deo.

¶ Item, non infert aliquid ad cõfirmationem contractus, unde secundùm hãc rationẽ, satis esset seruare iuramentum: iuxta.c.debitores, supra eo.licet cõtractus non cõualidaretur, quod est cõtra cõmunẽ opinio. unde uerior est ratio quod iuramentũ cõfirmat † cõtractũ: dũmodo 93
non sit in præiudiciũ tertij, ut in hoc tex.unde nõ confirmat quando est cõtra publicam utilitatem principaliter: quia illi tanquam tertio præiudicaret. Sed quando est solùm fauor publicus in consequentiam, tunc lex canonica de eo non curat, cum is cuius principaliter interest, renũciauerit, & in consequentiam nõ oriatur magnum præiudicium iuri publico. Et ita est de mente glos. & Doct. in.d.cap.quãuis.& quod dixi supra in quinto notabili: & quod tradit Abb.consi.xcv.in secundo.

¶ Limitatur hæc cõclusio, ut procedat quãdo cõtractus est prohibitus, & lex uerba ꝓhibitionis cõcedit in rem: secus si præcise resistat persone, ne contrahat. Nam tunc si † contraherent, peccarent: quia nõ obedirent legi. & 94
omnis anima quæ non paruerit Principi suo, morte morietur.capi.secundo, supra de maioritate & obedientia. unde iuramentum in actu inducente peccatum nõ debet ualere, prout in simili per glos.in dicto capi.licet mulieres.de quo supra dixi, in penul.notabi. Ita dicit elegãter Barto.in.d.l.si quis pro eo.& in.d.autenti.sacramenta, & autenti.decernimus.C.de arbi.quem sequitur Ioãnes Calderi.hic, & in cõsil.ix.sub hoc titu. & Ancharanus

hic: & idem tenuit Butrius *hic : licet mutauerit opinio. secundùm* Imo. Idem *tenuit* Aret. *in.d.l.si quis pro eo.dico* Ange. & *in consil.clx.incipien.domina Caterina: & uidetur sequi* Butri. *in capit.ij.de maiori. & obedien. & ibi* Felin. *in.l. cum aliqua declaratio est : & idem etiam* Andre. Sicul. *consi.xi.in.vi.col.in primo uolumi.* Decius *in capit.nam concupiscentiam.de constitu. & dicit* Imo. *hic, &* Butri. & Alexan. *in.d. auten.sacramenta puberum: quòd ista opinio communiter approbatur per Legistas, per prædictam opinionem siue rationem.*

¶ *Contrarium disputãt latè* Abb. & Ioannes de Imola *post antiquos hic, & est communis opinio cõcludens, secundùm quam consuluit diffusè* Alexand. *ubi adducit decem fundamenta pro ista parte in consil.xxvij.in primo: & in alijs locis relatis per* Iaso. *in.d.autenti.sacramenta. & ad rationem* Barto. *respõdent* Docto. *uarijs modis.*

¶ *Primò respõdet* Butri. *quòd quamuis uerba sint prohibitiua personæ, tamen ex quo principaliter actus tendit in eius fauorem: lex* † *uidetur potius præcipere, consulendo ipsi. unde contraueniens peccat.l.cum pater.§.ij. ff. de lega.ij. cum similibus.* Et *hanc responsionem sequuntur omnes hic, &* Pau. de Cast. & Moder. *in dicta autentica sacramenta. & in.d.l.si quis pro eo. & etiam* Alexan. *in dicto consilio : & est responsio canonizata à* Doctoribus.

95

¶ *Sed mihi uidetur ualde abusiua : quia si esset lex cõsilij etiam absq; iuramẽto posset illi renunciari, unde cum uideamus legem præcisè resistere, ridiculum est dicere, quòd fecerit hoc consulendo.* Et *facit quod notat* Bar. *in lege*

lege legis metus.ff.de legibus.

¶ Secundò respondet Abb.quòd nõ est uerum,quod con trauenies,tali casu peccet:quia cum lex illud introduxerit ad eius commodum,non uidetur fuisse suæ intentionis eum illaqueare peccato.l.quod fauore.ff. de legib. quæ solutio eadẽ ratione confunditur:quia nõ simpliciter lex hoc introduxit in commodum iurantis,sed etiam in commodum iuris publici: licet in consequentiam: nec reliquit actum in arbitrio ipsius,quod satis ostendit,ei præcipiendo.Nec ipsa lex † prohibitiua, quæ cum illaqueet 96
peccato,sed lex diuina quæ mandauit unicuiq; subdito,ut pareret principi etiam seculari: ut dicunt Cardina. Butri.& cæteri in.d.capit.ij.& sic tolluntur multa uerba, quæ hic effundit Ioan.de Imola.

¶ Tertiò respondet Abb.quòd dato,quòd cõtraueniens peccaret:non debet permitti ut contraueniat, quia iterũ peccaret contraueniendo sacramento.cap.etsi Christus. supra eod.xxij.q.1.cap.monet.Quæ responsio confunditur per doctrinam glos.in.d.cap.licet.allegatam,& per Barto.Nec obstat dictus tex.quia ibi iuramentũ non con tinebat rem illicitam,licet facta esset modo illicito:uidelicet per dæmones.

¶ Sed in casu nostro, contimet rem illicitam: unde non debet obseruari,quia eius obseruatio est prohibita à lege,& ultra prohibitionem legis,adest † peccatum, per 97
quod effectus iuramenti offuscatur: prout dixi supra in penultimo notabili.

¶ Quartò respõdet Ioan.de Imo.quòd cõtraueniens legi,ita demum peccat mortaliter,si sit lex diuina uel pon-

98 tificis,non autem ciuilis: quia † illa non potest alligare animam alicuius.cap.decernimus.supra de iudi.& etiam requiritur,quòd sit tale præceptũ,quòd sui natura obliget ad peccatum,uel quia quis in contemptum non obediat,ut idem tenet Imo.in dicto.c.ij.ubi Felin.refert. Sed hæc responsio & ipsa non est bona,quia cõmunis opinio
99 est,quòd contraueniens prohibitioni † legis etiã ciuilis, mortaliter peccat.d.c.ij.& probatur in.c.solitæ.eo.tit. &.xi.q.iij.c.qui resistit.& capit.Iulianus.& ita dicunt Cardina.Abb.& cæteri in.d.cap.ij.& cap. nam concupiscentiã.de constitutio.& non potest negari,quin contraueniens dicatur contemnere, quando lex præcisè eius personam prohibet.l.non dubium.C.de legib.l.quemadmodum.C.de agrico.& censi.lib.xi.

¶ Quintò respondet Alexand. in dicto consilio.xxvij. quòd licet lex prohibeat personam,tamen talis prohibi-
100 tio non trahitur † ad casum iuratum: quia non uidetur de mente legis esse, ut comprehenderet talem casum: argumen.glos.in capitu.cum non deceat.in glos.final.de electioni.in.vi. & quia lex ciuilis non potest disponere super actu iurato: ut per Bartol.in.l. omnes populi. in quarta quæstio.principa.ff.de iusti. & iure.cum multis concordan.

¶ Sed etiam hoc non placet, quia statutum generaliter prohibet personam ratione certi effectus, unde uidetur prohibita quælibet uia,quia militat ut uerba & ratio legis:iuxta legẽ adigere.ff.de iure patronatus.& hoc est, quod notat Paulus de Leaza.& Domini.in dicto capit. cum non deceat, ubi Papa reuocando statuta, censetur etiam

etiam iurata reuocare: quia non exigitur mentio modorum, per quos statuta conualidentur: sed satis est, ex generalitate sermonis ea quoq; posse contineri: & satis fateor, quòd statuta non debent intelligi in casu licito: argumen. capi. ad nostram, secundo, supra eod. sed in casu nostro non est statutum quod annullet iuramētum: † sed 101
lex canonica, imò potius diuina: quæ uult, quòd subditi obediant legi: aliâs peccent. dicto capitulo secundo. & quòd iuramentum introducens peccatum non seruetur, est communis opinio secundùm textum in ca. intellecto. infra eod. & glos. in dicto capi. licet, & supra uidimus: quicquid tenuerit Abbas hic.

¶ Sextò respōdet Corn. in repetitio. d. auten. sacramēta, quòd quāuis lex prohibeat, & uerbis utatur imperatiuis in personā: non tamen per † hoc, dicitur uim habere præ- 102
cepti: ita quòd contraueniēs peccaret: nisi subiecta materia hoc suaderet, per text. in clementi. exiui de paradiso, uersicu. item quia præter, de uerb. signifi. Sed responde, quòd subiecta materia satis hoc importat: ex quo lex præcise prohibet, non autem simpliciter consulit. unde contraueniens satis dicitur contemnere, ut supra ostendi: Et sic apparet, rationem Barto. ueram esse, & eius fundamentum inconcussum.

¶ Non obstant multa, quæ in contrarium adducuntur, tanquam in effectu ista uideatur uerbalis differētia: quia statutum annullando uel prohibendo, cōtractum satis dicitur prohibere contrahentis. cap. qui contra, de reg. iur. in. vi. nec uidetur referre, an uerba ad personam sint directa: sed satis est, ad quē dispositionis dirigatur effectus. l. cum

cum pater. §.donatiõis.ff.de leg.ij.facit lex prima.C.de cupreßis.lib.xi. Nam ad hoc reſpõdetur ex mente Butri.
103 & Imo.hic,quòd licet † lex prohibens alienationem uideatur prohibere etiam perſonas contrahere quò ad finẽ nullitatis,ſecundum dictam legem nõ dubium: non tamen intelligitur prohibere quò ad finem perſonam ipſam præciſe iuſſui alligando, ut contraueniens dicatur peccare, niſi uerba ad eam expreßè dirigat: argumen.notato.in cap.nam concupiſcentiam, de conſtitu.ubi an lex alliget peccato, conſideramus uerba,ſi dicatur præcipimus,uel ſancimus, & ſimilia: ſanè plus delinquit in ſpecie, & perſonaliter prohibitus eſt:arg.in auten. ſi quãdo,uerſi. ſinautem dixerit.C.de cõſtitu.pecunia,& l.1.ff.de liber. & poſthu. & quia contumax aduerſus citationem generalem,non dicitur ita cõtemnere,ſicut qui ſpecialiter, & in perſonam citatus eſt: ut per Innocẽ.in capi.humilis,de maiori.& obed. Bal.in auten.ſi omnes.C.ſi ut ab hæredi. in.l.fi.in.iiij.q.C.de edic.diui Adria.tol. & quod in ſimili dicitur in.l.his uerbis.§.1.ff.de hæredi.inſtituen.

¶ Sed tu hanc reſponſionem clarius ex mente Bart.in.l. cum lex.ff.de fideiuſſo.declara: nã ibi apparet,quòd imò
104 talis differentia non eſt uerbalis: quia quando † lex prohibet,dirigẽdo uerba in perſonam,expreſſe eam alligat, ut faciat: ſed quando loquitur in rem, tunc reſiſtit tantummodo obligationi,uel actioni exequutionis cõtractus: nõ autem reſiſtit perſonæ,unde meritò in primo caſu,perſona delinquit,non in ſecundo.Et licet in conſequẽtiam uideatur prohibita perſona contrahere: tamen iſtud nõ arguit,quòd lex ideo uelit inobediẽtiæ crimine notare: quæ inobedientia

inobedientia † personam respicit, non rem: & ideo argu 105
menta Imo. & Docto. non stringunt contra Barto. dum adducunt, quòd minor alienans facit praeceptum legis. l. non solum. C. de praed. mino. Item, mulier fideiubēs. l. 1. ff. ad uelleia. Item, maritus uendēs rem dotalem. l. lex Iulia. ff. de fundo dota. & tamen non dicitur quòd tales cōtractus iuramento firmentur. Nam in istis casibus non resistit personae, sed exequutioni contractus, sicut in uelleiano, petitioni tantum, ut apparet ex uerbis Senatus posítis in. l. ij. C. ad uelleia. & declarat Bart. in. d. l. cum lex. cuius doctrina ibi est communiter approbata. Et licet aliquādo legatur tales personas prohiberi à cōtractu, prout in dictis iuribus: tamen intelligitur † illa prohibitio re- 106
spectu exequutionis, uel actionis: quia lex ita deinde se declarat non simpliciter seu principaliter respectu personae. Et hoc modo tolluntur omnia, quae possent adduci in contrarium: & apparet opinio Bart. defensata: quae iudicio meo, est uera.

¶ Non recedendo tamen à communibus, possunt considerari aliqui casus: in quibus saltem procederet etiam de mente Doctorum.

¶ Primus est, quando lex dirigit uerba in personas: & constat, quòd prohibitus in contemptum legis contraxit: nam tunc † non potest negari, quin peccet mortaliter. Et 107
ideo, iuramentum non tenet: & est de mente Imo. hic.

¶ Sed ego teneo, quòd in dubio praesumatur contemnere: quia cum cōtrahat aduersus legem praecisae contractui resistentem, dicitur in mala fide. l. quemadmodum. C. de agrico. lib. xi. Quae praesumptio etiam in materia iura-

menti

menti attenditur.xxij.q.iiij.§.illicitum.

¶ Secundus casus est, quando lex ultra prohibitionem mandaret, quòd contractus retractaretur. Clarum enim est, quòd tunc non retractando ex cōtumacia peccarent. Et ita tenent Raph.Fulgo.Paul. & Corneus in dicta autenti.sacramenta puberum.Ex quorum uerbis, satis ap=
108 paret de mente Doctorum esse, quòd ubicunq; † pecca= tum induceretur, iuramentum non teneret: licet do.Abb. allegando cap.etsi Christus, hic uelit contrarium: sed illi textui responde, ut supra dixi.

¶ Tertius casus est, quando tale statutum esset cōfirma=
109 tum à Pontifice: nam tunc perinde est † ac si summus Pontifex fecisset.l.1.§.omnia.C. de ueteri iure enucle.ca. apostolicæ, in fine, de donatio. per Alexand. consil.lix.in primo.Et aliquid tangit Bal.hic. Et ideo nō est dubium, quòd contrauenieus dispositioni pontificali, peccat. & ita ex mente Imo.hic inferunt aliqui Moderni.

¶ Quartus casus est, quando statutum dirigit uerba prohibentia ad contrahentem cum minore uel muliere: ut quia dicit, nullus audeat contrahere cum minore &c.
110 Nam cum tale † præceptum non fiat fauore minoris uel mulieris: non potest dici, quòd censeatur quoddam con= silium, unde cessat ratio Butrij, & consequenter in tali casu procedet opinio Bartoli, & ita tenet Imola hic.

¶ Contrarium tenet Paulus de Castro in dicta autentica sacramēta puberum, per textum in cap.debitores, suprà eodem, & capitu.significante, de pignoribus. & not.per eundem Bart.in dicta.l.si quis pro eo, in quarto membro principali,

principali,ubi, quando contractus prohibetur in odium creditoris, † iuramentum seruandum est. Sed responde, 111
quòd ille casus est ualde differẽs à nostro. Nam hic,prohibitio est mutua:licet uerba dirigãtur in personam creditoris: in illo solus creditor prohibetur, non debitor. Item,in nostro casu,probibitio est in personam: quia lex resistit personæ,ne contrahat:non enim in illo casu,uerba prohibitionis erant, mutuũ date, nihil inde sperantes: in quo casu,quis peccat non simpliciter,quia contraueniat legi:sed ex natura actus:quæ est,ut sit prohibitus ex parte mutuantis tantum.

¶ Quintus casus est,quando ultra prohibitionem statutum mouetur ex aliqua æquitate naturali & rationabili caussa. Tunc † enim sine dubio contraueniens peccaret: 112
unde iuramentum non esset seruandum: ita dicit se saluare Barto. Andre.Sicul.consilio.xxi.in.ij.colum.in primo uolu. Quæ saluatio in effectu generaliter sustinet Bar. quia est caussa ualde rationabilis, quòd mulieres & minores non illaqueentur iuramentis:& multi sunt damnati propter illam autenti.sacramenta, ut dicunt ibi Cynus & Baldus.

¶ Successiuè dubitat Abbas, an in isto casu principali, iuramentum firmet contractum: & refert opinionem, & tandem concludit cum Barto.in dicta.l.si quis pro eo, quòd sic.

¶ Primò,per textũ in cap.quamuis, de pactis,in.vi.ubi probatur,quòd pactum seruandum est:& † sic,nõ sim- 113
pliciter de iuramento dicitur.

¶ Secundò, per autenti.sacramenta, in uerbo inuiolabiliter.

biliter. Et quia iuramentum extraiudiciale de iure ciuili non producit actionem.d.l.si quis pro eo, unde cum ibi oriatur actio, sequitur quòd oriatur ex contractu: ergo contractus tenet.

¶ Tertiò, quia iura dicunt iuramentum esse seruandum: ut in isto tex. sed nisi contractus teneret, posset solutum repeti. cap. debitores, supra eod. & sic in effectu nō seruaretur: alioqui uana esset dispositio istius tex. & uideretur lex imposita uerbis magis, quàm rebus, contra legem ij. C. commu. de lega. Et cum ista opinio. transeūt Cardina. Abbas, Imo. Anchara. hic: & Federi. cōsil. cclxxij. & est communis conclusio etiam apud legistas, in. d. autenti. sacramenta puberum.

¶ Contrariam opinionem tenent Rapha. Comen. in. d. l. si quis pro eo. Ioan. Fab. institu. quib. aliena. non licet. in princip. Porcus in. §. extranei, institu. de hæredi. quæ ab intesta. deferun. Ioan. de Ligna. & Butrius hic, Iason in d. auten. sacramenta. & pro eis uidetur hoc fundamentum urgere.

114 Nam clarum est: quòd si iuramentum † non interueniat, contractus est ipso iure nullus: sed quando interuenit simpliciter, iura dicunt iuramentum esse seruandum: & sic solū disponunt de iuramento, non autem de contractu, ut apparet in isto textu, & in dicta auten. sacramenta.

115 ¶ Secundò, cū non reperiatur præcisè † cōfirmare contractus, debemus stare iuri antiquo: & hoc tenendo, facile esset respondere contrarijs rationibus.

¶ Non obstat dictū capi. quamuis: quia dum dicitur esse
116 seruandum, debemus facere † relationem ad iuramentū, non

non autem ad pactum, ut relatio fiat ad proximiora: secundùm nota. in.l.si idem.ff.de iurisdi.omnium iudi.in fine: tamen, quia sequens ratio textus dicti subdit, cum non uergat in dispendium. hoc suadet argumen.cap. & text. subsequen. declarãt praecedentia.l.si seruus plurium. de lega. primo.

¶ *Nec obstat dicta auten. sacramenta. in uerbo, inuiolabiliter: quia solùm loquitur de seruando iuramento.* Et *ratio* Abba.*non concludit dum dicit iure ciuili non oriri actionem ex iuramento: quia istud non uidetur procedere de iure ciuili nouißime facto ab ipso* Federico, *de quo in dicta auten. &* Areti.*in quarto notab.*

¶ *Item, cùm contractus licet nullus inducat consensum l.fina.ff.de reb.eorum. & iuramentum illi accedens inducat alium consensum, non est inconueniens,* † *ex tali gemin ito consensu oriri actionem: prout supra diximus in glos.* Et *dum* Docto.*dicunt ex iuramento extraiudiciali non oriri actionem, loquuntur quando quis diceret, iuro, me tibi daturum centum: ut per* Barto.*in.d.l.si quis pro eo: secus si quis promitteret, & promißioni adderet iuramentum.* 117

¶ *Non ob. quòd hoc modo iuramentũ nõ seruaretur, & lex imposita uerbis esset: quia ista obiectio tollitur per textum in.d.cap.debitores, & .d.cap. significãte. & satis est, si iuramentum seruetur rationibus sic stantibus: secus si superueniat absolutio.* Non *enim trahitur ad casum superuenientem. capit. quemadmodum. supra eod.l. fina.ff. qui satisda. cogantur.* Et *sic disputando, haec opinio posset optimè deffendi.* Et *si dicas, quae utilitas est*

istius quæstionis? respondeo, quòd ex hac resultant plures effectus.

¶ Primus est, quia ubi mulier obseruauerit contractum,
118 & sic adimpleuerit iuramentum: poterit repetere † fundum ab emptore, apud quē fundus esset sine ualida caussa, quod facere non posset, si contractus firmaretur. Sed iste effectus, licet Docto. non aduertant, est impoßibilis in terminis istorum iurium: in quibus, quis iurat non contrauenire. Quod quidem iuramentum cùm respiciat futurum, nūquam habet implementum, unde si ageret, semper posset sibi opponi de periurio. quod non est in casu
119 dicti capitu. debitores: in quo † iuramentum per solutionem statim adimpletur, ut declarat Barto. in dicta. l. si quis pro eo.

¶ Secundus effectus est probabilior: nam si contractus non confirmetur, poterit hæres mulieris contrauenire: cū iuramentum sit personale. capitu. ueritatis, supra eodem. & idem in ceßionario, qui fit ex caussa onerosa. l. apud celsum. §. si cùm legitima. ff. de exceptio. doli. Sed Anto. & Abb. in utroq; tenent oppositum in hæredem: quia
120 † tenetur hæres ad exonerationem conscientiæ defuncti, capitulo fina. de sepultu. capi. in literis. de raptor. in ceßionario: quia ex iuramento surgit obligatio, licet nō respectu periurij, tamen respectu obseruantiæ, quæ debet tenere quēcunq; habentem caussam ab ipso iurante. arg. l. quod ipsis. ff. de regulis iuris.

¶ Sed tu aduerte: quia istæ rationes Anto. non uidentur ueræ: quia licet hæres teneatur releuare cōscientiam defuncti: tamen istud non potest intelligi ratione iuramenti quod

quod est personale: sed solũ tenebitur ad restitutionẽ pretij accepti ab emptore: iuxta tex. in. l. si prædiũ, & quod ibi no. Bald. C. de prædi. mino. ne locupletetur cum aliena iactura. & sic releuabit animam defuncti: aliâs attenta ista ratione semper iuramentũ obligaret hæredem, quod est contra not. in dicto cap. ueritatis: quò uerò ad cessionarium, dictum Butri. etiam non uidetur uerum: & confunditur secundum Imo. per regulã dictæ. l. 1. §. si hæres, ad Trebellia. Obligationes enim personales † nõ sequuntur successorem particularem, & probatur in. d. l. apud celsum §. de autoris: ubi, exceptio cõpetens contra principalem, regulariter non cõpetit contrà cessionarium ex caussa onerosa, nisi sit cohæres actioni. Sed ista si ex iuramento ponamus non firmari contractum, cohæret personæ: ergo debet posse opponi. facit lex emptorẽ. C. locati. 121

¶ Tertius effectus est, quia poterit ipsamet mulier quæ consensit petere absolutionem à iuramento. argu. capi. 1. supra eodem. & ita firmauerunt multi Doct. quos infra referã. Sed in hoc contrarium tenent do. Anto. & Abb. quia tunc conceditur absolutio, quãdo † in odium creditoris contractus non tenet, ut quia creditor peccauit paciscendo de recipiendis usuris. Sed in casu nostro non uidetur quòd emptor peccauerit. Sed contra hoc obstat quod no. Bar. in. d. l. si quis, & in dicta. l. seius: ubi potest filiusfamil. qui mutuum accepit cum iuramẽto absolutionem petere: & tamen † creditor non dicitur peccare: ex quo, in illo casu lex non resistit personæ, sed petitioni tantùm. l. prima. ff. ad Macedo. per Barto. in. l. cùm lex. ff. de fideiusso. Aliquid forsan dicemus in sequenti membro. 122 123

u 2 Sed

¶ Sed dubium est: dato quòd iuramentum in casu nostro firmaret contractum, an si mulier ex caussa legitima impetraret absolutionem, contractus remaneat ualidus: & Ang. in dicto cõsi. clx. quē refert hic Abb. dicit quòd sic. ¶ Pro quo facit ratio: quia cùm contractus habuerit suã firmitatem, licet cesset ex postfacto eam confirmans: non tamē debet corruere regula legis factum legitimè, in. vi. & quod no. Bar. in. l. ex facto. ff. de uulga. & pupilla. Et per istam rationem idem etiam tenet Abb. in cap. 1. in penul. col. supra eodem. Contrarium tenet Calde. & Butri. in cap. debitores, supra eodem. & Pau. de Leaza. in quo dam consilio allegato hic per Abbatem, ubi dicunt, requi
124 ri citationem partis, quando petitur † huiũsmodi absolutio: ex quo, per eam læditur pars: quia contractus remanet rescissus. Et idem etiam tenet Fely. in dicto cap. 1. & in effectu uidetur residere Abb. hic: quia inutilis esset huiusmodi absolutio, si contractus remaneret ualidus & irreuocabilis: quod est contra capi. si uerò, supra eodem. ¶ Potes distinguere: aut enim loquimur de absolutione, quæ inducit solam habilitatem agendi, & per eam contractus non rescinditur: & ideo pars non esset citanda: secundum Oldr. consi. cxx. incipien. ad duplicem. Ancha. consil. xviij. in quæstione quæ uertitur: & est communis opinio in dicto cap. primo. & ita intelligitur prima opinio: aut loquimur de plenaria absolutione: & tunc procedit alia opinio, quæ uidetur magis communis. Non enim
125 debet Iudex hanc † absolutionem concedere, nisi sibi cõstet contractum non esse seruandũ: aliâs esset in potestate iudicis ecclesiastici tollere obligationem temporalem semel

semel alicui acquisitam. Quod est inconueniens: ut etiam dicit Corne. *in dicta auten. sacramenta, in antepenultima charta.*

¶ *Nec obstat quod not.* Pau. *consi. cclix. circa primum, in secundo uolumi. ubi illa prior relaxatio iuramenti ad effectum & finem agendi, intelligitur etiam † ad finem* 126
perficiendi: ita, quòd ubi probatum erit, non esse necessariam aliam absolutionem. argumen. capitu. per tuas, infra de sententia excõmunica. & l. ij. §. si sub conditione. ff. de bonorum possessione secundum tabu. & sic in effectu habilitatio operatur resolutionem cõtractus. Sed respon de, quòd illud nõ in uim absolutiõis simpliciter, sed propter uim caussæ rescindentis, quæ coram Iudice *probata † fuerit, ubi enim contractus firmatur iuramento, non* 127
est opus absolutione, prout declarat Paul. *in dicto loco: quamuis etiam dici posit, quòd imò requiritur alia absolutio: ut uoluit* Bal. *in. l. hæc scriptura. ff. de condi. & demonstratio. & alij relati per* Fely. *in dicto capit. debitores, in penultima columna.*

¶ *Quartus et ultimus effectus refertur hic per* Imo. *col. ix. nam si fundus dotalis peruenisset ad extraneum nõ habentem caussam ab emptore, si contractus non esset iuramento firmatus, posset mulier † ab eo uendicare: nec obs* 128
stat sibi exceptio iuramenti: ex quo respectu tertij nihil iurauit. & ita tenuit Ioan. *faber institu. quib. aliena. licet uel non, in principio. argumen. l. si quis emptionis.* C. *de præscrip. xxx. anno. & legis loci corpus. §. cõpetit. ff. si serui. uendice. & quod habetur in. l. ait prætor. §. fina. cum lege sequen. ff. eodem. & per* Bar. *in. l. ij. ff. de exceptio.*

ptio.rei iudica.

¶ His sic declaratis, ne de istis effectibus frustra disputatum esse uideatur, sciẽdum est, quòd fortè quicquid dixerit Abb. illa opinio quòd contractus confirmetur in practica ita de facili non obtineret: quia ultra autoritates supra relatas in contrarium: reperio quòd idem tenet Vincen. antiq. Doct. cum quo uidetur transire Ioan. Andreæ hic, & per Anchara. in repeti. capitu. Canonum statuta, in undecima charta: ubi firmat, quòd imò à tali iuramento omnino erit cõcedenda plena absolutio. Quod nõ procederet, si iuramentum firmaret contractum. Et istud est magis de mente Federici, de senis in dicto consil. cclxxij. & eandem sententiam firmauit Paul. de eleaza. in dicto capitulo licet, eodem titu. in sexto: quem referunt Archidiaco. & domini. qui licet ambiguè loquantur, uidentur tamen in effectu sentire pro hac parte. Nec autoritates Docto. in dicto capitu. quamuis, obstant: quia ibi quòd actus non erat prohibitus, neq; in consequentiam fauore
129 publico, prout in casu nostro, quòd enim † mulier sit indotata in consequẽtiam, est damnum publicum: dicta. l. prima. ff. soluto matrimo. Sed cùm pro re modica renuncietur magnæ hæreditati, nihil interest rei publicæ, cùm omnino illa hæreditas remaneat in subditis. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitione hæredita. per quem textum declaratur tex. in. §. fina. ubi glo. in uerbo utatur, institu. de his qui sunt sui uel alie. iur. Sed dato, quòd dicta opinio esset communis: aduertendæ sunt aliquæ limitationes, in quibus clarum est in terminis nostris, quòd iuramentum non firmat contractum.

Primò

¶ *Primò, non procedit quando ultra probationem legis subesset etiam aliud impedimentum: ut quia mulier consentiens alienationi fundi dotalis, esset minor. Nam tunc uidetur quòd contractus non † teneret propter* 130
uriusque concursum impedimenti: per id quod uoluit Barto. *in dicta autentica sacramenta. columna secunda. & in.l.ij. columna secunda.* C. *de rescinden. uendi. & quod in simili notat* Bald. *in capitulo primo.§. item sacramenta, uersicu. sed pone adultis. de pace iura. firman. & quædam supra tetigi, & in.l.1.§. siquis ita. de uerborum obligatio.* Et *facit una dispositio confirmando alteram, non debet intelligi, quando interueniret duplex defectus, ut per* Bald. *in.l. prima, columna penultima.* C. *de furtis. ubi clausula non obstante, non iuuat, quando obstant plures defectus.*

¶ *Item iste textus uenit ad correctionem iuris communis, etiam cõsequenter debet intelligi in terminis, in quibus ius ciuile loquebatur: ut per* Barto. *in lege nihil. ff. de coniungen. cum emancipa. liber.* Ius *autem ciuile prohibebat maiores: quia alia ratione minores erant prohibiti. l. prima. ff. de rebus eorum. possent tamẽ uerba iuramenti esse tam generalia, ut fortè aliud esset dicendum, per id quod no.* Ioan. Andre. *in dicto capitulo quamuis. & pau. de* Cast. *in repeti. dictæ auten. sacramenta.* Dicemus *aliquid infra, post Abbatem.*

¶ *Secundò limitatur per* Butri. *hic, quãdò ex parte emptoris uersaretur turpitudo: quia sciret uendentem uerisimiliter dißipaturum pretium. argumen. dicti capituli debitores. sequitur* Imo. *hic: & est etiam de mente* Abb.

hic, uersic. nonus casus. Et ideo, si quis emeret ab adolescente luxurioso uel prodigo, quamuis interueniret iura-
131 mentũ, non tamen † firmaretur contractus: quia lex odio prosequitur eos, qui à talibus emunt. l. si quis cùm sciret. ff. pro empto. l. si uerò non remunerandi. §. adolescens. ff. mãda. l. ij. ff. quarum rerum actio non da. & hoc etiã sequitur Corneus, in dicta auten. sacramenta, in. xij. quæstio. Et idem inferunt Docto. in eo, qui dat pecuniã præparato uel corrupto in ludo notoriè. Et licet Imol. hic pangat in contrarium: ut non procedant, nisi in casibus in quibus contrahens cum similibus personis, ipso iure nulliter contrahat. de quibus in dict. l. si quis cum. tamen Anto. & Abb. generaliter loquuntur: et ut puto, melius: quia satis est, quòd lex contrahentem odio prosequatur:
132 &, quæ † singula non prosunt, multa iuuant. l. spadonem. §. qui iura. ff. de excusatio. tuto.

¶ Tertiò limitatur, quando prius factus esset cõtractus, & deinde ex interuallo iuramentum interuenisset. Nam cùm contractus sit ipso iure nullus, si deinde iuramen-
133 tum interueniat, non confirmat: quia † quod nullum est, confirmari nõ potest. l. quod innoxio. ff. de regulis iuris. & in terminis tenuit Pau. de castro in dict. auten. sacramenta. Contrarium uoluit ibi Corn. in penul. char. & est de mente Abba. consil. lxxij. in secunda colum. in primo. Et mouetur Corn. quia illa auten. procedit, etiam quãdo iuramentum interuenit ante uel post contractum: ut dicit ibi glos. & hoc in uerbo super. Et tamen communis conclusio est ibi: quòd confirmetur contractus: nec uidetur isto modo distinguendum, ne idem uerbum diuersimode

mode determinetur.l. iam hoc iure.ff. de uulga. & pupillari.
¶ Confirmo hanc opinionem: quia † ubi caussa confirmans superuenit: etiam actus qui aliâs erat nullus, confir 134
matur.l. qui fundum.ff.de seruitu.rustic. prædio. & ibi Barto.Bald. & Ange.facit lex si rem alienam.§.fi.ff.de pignorati.actio.l.fi.C.si maior fact. & quod not. Dyn. in regula non firmatur.de regulis iuris.in.VI. Et facit: quia iuramentũ uidetur inducere nouum cõsensum: unde debet esse efficacior ista geminatio: dato quòd ex interuallo interueniat, ut in simili in.l.ad peremptorium.ff.de iudic. & quæ notant Areti. & Alexand. in lege prima, in principio.ff.de uerborum oblig. Et ita resideo: licet opinio Pauli poßit disputatiuè sustineri.
¶ Quartò limitatur, quando staret statutum, quòd annullaret contractum & iuramentum interpositum: nam licet dubium sit an statuentes potuerint hoc facere, ut infrà uidebimus: tamen non est dubium, quin poßint facere, ut contractus non confirmetur: ex quo ualiditas † contractus nõ est à iure diuino, sed gentium uel ci- 135
uili.l.iurisgentium.ff. de pact. super quo statuentes habent plenam potestatem. Et ita intelligo quod not. Federic.de Senis dicto consilio ducentesimoseptuagesimosecundo, quem refert & sequitur Anchara.in repetitio. capituli canonum, in.XI. charta. de constitu. Et licet opinionem eius ante uariauerit, tandem approbat Imol.hic, columna.xlviij.uersi.sed illud potißimè: & etiam illud uidetur uoluisse Iacob. de Belui.in disputatio. incipien. lege perusina, allegata hic per omnes scribentes. Et si
u 5 intelligatur

intelligatur hæc opinio in istis terminis est uerißima per istud dictum fundamentum.

¶ Nec obstat quod Butri. & Abb. non approbant hic dictum Fede. quia loquuntur quo ad hunc tex. & de autenti. sacramenta. quæ nimis difficilè euacuarētur, si posset concedi absolutio, & consequenter non confirmaretur. Sed stante statuto annullante etiam iuramentum, sa-

136 tis † apparet de mente statuentis esse, ut contractus per illud non confirmetur: & statuentes potuerunt hoc facere, quicquid tenuerit Alexand. consil. lix. in primo uolu. ubi uidetur consulere contra Fede. Ex quo, in casu suo recipiens iuramentum, nesciebat se recipere contra dispositionem statuti: ut quia contrahens nesciebat eum cum quo contrahebat esse minorem. Nam etiam in isto casu, non puto opinionem Alexandri esse ueram: ergo sibi imputet, qui diligenter non perquisiuit de conditione eius, cum quo contrahebat. l. qui cum odio. ff. de reg.

137 iuris. Et dato quòd tempore † contractus nesciret: tamen lex est semper certa, & ipsa est quæ annullat. l. cùm quidam. §. secundo. & §. finali. ff. de acquirend. hæredita. & habetur per Socin. & Moder. in rubri. ff. de reb. dub.

¶ Et istam limitationem approbat Paul de Cast. in repetitio. dict. autenti. sacramenta. & dicit ibi Corn. in penulti. charta, uersicu. fallit tertio: quòd secundùm hanc declarationem possunt saluari opiniones tenentiũ, quòd statutum habeat uim apostolici: & licet ipse arguat in contrarium, magis tamen inclinat in hanc partem, quæ est securior pro iudice in syndicatu: prout ipse dicit.

dicit. Et satis hoc uult Ioan. Imol. dum dicit in isto casu non esse aliquo modo prouisum in foro ciuili: nec textus in dicto capitu. licet, aliquid obstat: quia in illo casu iuramentum firmabat contractum. undè ratione contractus firmati, poterat in foro ciuili agi: quod non est in casu nostro. Et facit quod dicam in sequenti articulo. Consequenter ergo infertur quòd statutum † poßit irritare iuramentum: uerbi gratia, statutum 138
requirit in aliquo contractu certam solennitatem, & sine ea uult quòd actus sit nullus, etiam si iuratus esset.

¶ Tertio infertur, an contractus prodigi firmetur iuramento, & uidetur quòd sic: quia prohibitio censetur facta in eius fauorem: per istum tex. Nam prodigus æquiparatur adulto habenti curatorem. l. si curatorem. C. de in integ. restituti. mino. sed adultus obligatur iuramento. d. auten. sacramenta, & ita tenent. d. Ant. & Imo. hic: Roma. & Areti. in. l. is cui bonis. ff. de uerbo. obli. In contrarium est communis conclusio, quam tenent Bar. Bald. Angel. Anchara. Paul. Alexan. & Moder. in. d. l. is cui. Nam tale iuramentum caret iudicio & ratione. unde non tenet, capi. etsi Christus, supra eod. & contrahens cum eo satis est in præsumpta fraude: secundum domi. Abb. hic, quem supra retuli. Nec obstat ratio contraria: quia ultra dicta per Iaso. in dicta. l. is cui. potest responderi quòd imò prodigus † non ita indistinctè æquipatur adulto: imò quò ad alienationem bonorum, æquipa- 139
ratur furioso. dicta. l. is cui, & l. fulcinius. §. adeo. ff. ex quibus cau. in poßeßio. eat. quo uerò ad acquisitionem,

æquiparatur

æquiparatur pupillo.l.obligari.ubi no.de autorita.tuto. Quando uerò cum autoritate curatoris contrahit,æquiparatur adulto.dicta.l.si curatorem.Ex qua distinctione
130 apparet, † quòd quò ad alienandum, cùm æquiparatur furioso, deficit iuramentũ tanquam indiscretum, & cui legitimus consensus non accesserit.Et istud maximè procederet in eo qui non solùm esset prodigus bonorum,sed etiam morũ,ut in luxurioso.arg.l.si quis cùm sciret.ff.de usucapio.pro empto.& in tali puto,quòd neq; do. Ant. neque Imo.contradixissent, ut apparet ex nota. per eos, dum allegant dictam legem si quis cùm sciret, & per Abb.hic in nono casu.Cætera dicenda sunt, ut latius per Moder.in.d.l.is cui.

¶ Quartò infertur ad impuberem seu pupillum capacem doli:an si contrahat contra prohibitionem legis,cõtractus firmetur: & uidetur quòd sic. Cùm enim talis sit decem annorum cum dimidio, & proximus pubertati:secundùm glo.in.l.pupillum.ubi Moder.ff.de reg.iur. obligetur naturaliter:ut est tex. in.l.1.ubi Barto.& do-
141 cto.ff. de nouatio. sequitur ut † iuramentum confirmet contractum:prout in alijs supradictis casibus.

¶ Et pro hoc uidetur text.in cap.ex literis,secundo,infra de sponsali.ubi talis impubes potest censura ecclesiastica compelli ad contrahendas nuptias, quas se contracturum iurauerat.Et facit: quia licet pueri non obligentur periurijs.xxij.q.v.cap.paruuli: tamen si sint proximi pubertati,obligantur.cap.1.de delict. puero.l.fina.ff. de libera.cau.l.qui iurasse: ubi nota.ff.eodem.sicut per glo.& Doct.in.l.si quis in tantam.C. unde ui. & sic li-

mitat

mitat ratio euitandi peccati: per quam rationem, fundantur iste tex. & similia iura. Et hanc partem tenent Hostien. & Ioan. And. & Imo. hic: Archidia. in capi. quamuis, de pact. in sexto. Abb. in consi. xxxix. Duo sunt, in primo. consilio. cviij. incipien. illud in secundo. Bart. Salice. Paul. de cast. Alex. in. d. l. qui iurasse. Roma. in. d. l. is cui. Iacob. de Belui. & And. de isernia, in cap. 1. §. item sacramenta. de pa. iura. firman. Salice. Pau. de cast. Areti. & Corn. in. d. auten. sacramenta, & est de mēte Calderi. in consi. viij. sub eo. titulo. Et secundùm hanc opinionem latè consuluit Corne. consilio. ccxl. in primo uolu. & dicit Decius in dicta. l. pupillum, quòd hæc opinio est communiter approbata. Et istud procedit, saltem apud canonistas: secundum Corneum, unde cùm simus in materia peccati in iudicando, eorum sententia debet attendi iuxta ea quæ dixi supra in ultimo notab. & quod notat Anchara. in disputatio. sua incipien. antiquis & Modernis temporibus.

¶ Contrariam partem tenuerunt alij scribentes in dicta auten. sacramēta. gl. Accur. Guil. de cun. Pet. Cin. Odofred. Iacob. Butri. Bal. Ang. Alberi. Fulgo. Anto. de Alexand. & Iason idem tenuit glo. eorum ibi. Bal. Iacob. Alberi. & do. Præposi. in dicto. §. item sacramenta. Paul. de cast. consi. ccxv. incipien. si non interesset. Rapha. Fulgo. consi. ccxxxvij. incipien. Din. inquisse de re, de feud. consi. xxxi. & Moder. in. d. l. is cui. Et sine dubio ista est magis communis conclusio, pro qua adde.

¶ Primò est tex. in dicta auten. sacramenta: quæ cùm de pubere loquitur, non uidetur ad impuberes extendenda: ex quo

ex quo, in eis nõ est tanta ratio. l. fi. ubi Bal. C. *de interdi. matrimo. præsertim cùm. d. autenti. sit correctoria iuris communis: ut est magis communis opinio.* Et *dato quòd sit fauorabilis fauore animæ, non tamen est extendenda ad casum nostrum, in quo non uidetur agi de periculo animæ.* Ex quo, *propter ætatem pupilli, deest iudicium, & sic consensus. unde concedenda esset semper absolutio, ut infra dicam.* Et *quòd non sit tanta ratio appa-*
142 *ret: quia* † *licet in quibusdam impuberes doli capaces, & puberes æquiparentur: uidemus tamen in actibus grauioris ponderis, esse constitutam differentiam. l. qua ætate. ff. de testamen. instit. quib. mod. tutel. finia. §. 1. cum similibus.*

¶ *Secundò, pro hac parte stringit: quia iuramentum de-*
143 *bet* † *habere comitem, iudicium & discretionem. capitulo etsi Christus, supra eodem. aliâs non tenet: sed in pupillo non adest iudicium. l. pupillus. ff. de acquiren. hæredi. & est casus in. l. uideamus. ff. de in litem iuran. & in cap. pueri. xxij. q. v.*

¶ T*ertiò facit: quia talis impubes non obligatur uoto. c. primo, de regula. in sexto. c. significatum. eo. tit. & quod not.* Innocen., *in capi. scripturæ. infra de uoto. ubi dicit, quòd in uotis impuberum faciliter dispensatur:* Non *obstat quòd obligetur naturaliter: quia ista naturalis obligatio est modici præiudicij: sed in iuramẽto, ex quo inde magnum oriatur præiudicium: maximè, propter restitu-*
144 *tio. in integrum sublatam. l. non habet* † *iuris consensum pro uero consensu, nisi sit pubes. dicta auten. sacramenta.* Et *cum ista lex sit fundata in bona & naturali ratione, debet*

debet attendi etiam in materia iuramenti: ut supra post domi. Anto. & Abb. conclusum fuit.

¶ *Non obstat tex. in capi. ex literis: quia potest tolli eadem responsione: quamuis enim teneatur seruare iuramentum sub pœna excommunicationis, tamen si ea non obstante nolit obseruare: debet iudex,* † *etiam ex seipso* 145 *absolutionem cōcedere: ut ibi notant* Ioan. Andr. & Moder. *& habetur in capit. si iudicauit. infra de eo qui dux. in matrimo. quam poll. per adulter. unde cum tale iuramentum in illo casu non sit æquè præiudiciale: satis potest pupillus ligari, sicut uidemus etiam de iure ciuili: quo iure, in sui damnum pupilli iuramentum eum non obligat. d. l. qui iurasse.* Et ita *propter fauorem libertatis quam inde consequitur, procedit dict. lex fina. ff. de libera. cau. Nec aliquid probatur in. d. capit. ex literis, quòd contractus per tale iuramētum firmetur, imò potius oppositum, tenendo opinionem Ioan. Andr. quod ibi remittenda esset censura, potes etiam respondere ad illum tex. ut infra dicam.*

¶ *Non obstat quòd ex periurio peccent: quia non sequitur, quod per hoc contractus sit obseruandus, sicut etiam prodigus ex periurio obligatur, sicut ex cæteris delictis, ut habetur in dicta. l. si quis in tantam: & tamen* † *alie-* 146 *natio cum iuramento per eum facta non ualet: ut est cōmunis opinio, & supra dixi. Ex qualicunque enim iuramento si quis contraueniat, peccat: uel saltem quia nomen Dei in uanū assumit: ut nota. in capit. tua nos, supra eo. & .xxij. q. iiij. c. qui sacramēto. Et tamen ut per illud quis contrauenire non possit, requiritur* † *quod habeat* 147

tres

tres comites, ueritatem, iudicium, & iustitiam. dict. cap. etsi Christus. qui comites nō interuenerūt in nostro casu. Et facit: quia licet talis impubes ex delicto obligetur, si tamen delinquat negligendo, excusatur. auten. si captiui. C. de episco. & cler. & per Bar. in. d. l. si quis in tantam. ¶ Non obstant autoritates in contrarium allegatæ Hostien. Ioan. Andr. Archid. Bart. & cæterorum antiquorum: quia licet dicant iuramentum debere obseruari, non tamen uolunt quòd contractus confirmetur: imò quidam dicunt contractum non confirmari: ut Iacob. Butri. &
148 Salice. si bene intelligantur. † Et ideo, petita absolutione, debet impubes posse cōtrauenire. argumen. nota. per Innocen. in dicto cap. scripturæ: ubi dicit, quòd in uotis & iuramentis ab impulsibus præstitis facilius dispensatur. Et fit commutatio propter qualitatem talis. cap. 1. & .ij. de delict. puero. Istud dicit Imo. hic etiam sibi placere, saltem quando daretur enormis læsio: quod etiam tenet Aret. in dicta. l. qui iurasse. & ante eum Calderi. in dicto consil. viij. & uolunt do. Anto. & Abb. hic, in. ix. casu. argumen. d. l. si quis cùm sciret. ff. de usucap. pro empto. & supra dixi in casu fortiori esse communem opinionem. Et ideo, si impubes faceret donationem omnium bo-
149 norum, ualde sibi præiudicialem: putarem † iuramētum hoc casu non obligare: & ita nuper in facto cōsulius respondi: licet Corne. in dicto cōsilio aliud loquatur in impubere cum tutoris consensu iurante. Nam cùm talis naturaliter obligetur & ciuiliter, ut per Barto. in. l. prima. ff. de nouatio. uidetur quòd etiam iuramentum teneat, tanquam consensus & discretio sibi per tutorem suppleatur

pleatur. Et iſtud etiam tenet Paul. de caſt. in. d. cõſi. cclv. qui tamen hoc intelligit procedere in his in quibus tutor poteſt authorari. unde in alienatione rerum immobilium non ſuppleret: cùm in eis authorari non poßit, niſi ex cauſſa neceſſaria, ut habetur in. l. prima. ff. de reb. eorum. quod mihi placet. Et ideo ſi pupillus ſit in patris poteſtate, cùm in his quæ poſſunt ſibi eſſe ad utilitatem uel damnũ cum conſenſu patris obligetur. l. ſi infanti. C. de iure deliberand. per Bartol. in lege fina. §. primo. ff. de uerb. obligationi. eodem modo uideretur, quòd iuramento obligaretur.

¶ Et ita intelligo text. in. d. c. ex literis: in quo, ſecũdum hunc intellectum, quòd pater interuenerit in ſponſalibus filij, eſt † de neceßitate iuris: & dicta ſponſalia poſſunt 150 *eſſe utilia uel inutilia pupillis: licet alij ibi dicant ex contingentia facti ita accidiſſe: quæ reſpõſio non eſt realis.* Non *obſtat quòd canoniſtæ ita teneant: quorum ſententia eſſet ſeruãda in materia iuramenti: quia iſtud proce‍deret, ſi tenentes oppoſitum nõ fuiſſent doctores utriuſque iuris. Et etiam in ueritate, dicta canoniſtarum non ſunt contraria legi ciuili, ſi bene intelligantur, ut ſupra deduxi.*

¶ Quid autem ſi talis pupillus aſſereret ſe adultum, & iuraret? tunc dic ut per Alexand. *in. d. l. qui iuraſſet, &* Moder. *in. d. auten. ſacramenta.*

¶ Sextus caſus principalis eſt, quando lex improbat cõtractum ratione ſolẽnitatis probatoriæ quæ deficiat: & tunc concludunt Barto. & Abb. *quòd iuramentum non ſupplet illum defectum: quia talis ſolennitas reſpicit fa-*

 uorem

uorem publicũ, cui non potest renunciari. dicta. l. ius publicum. ff. de pactis. & l. conuenire. ff. de pact. dotalibus. Et ideo, cùm testamentum debeat habere septem testes: si is numerus non interuenerit, quamuis testator iurauerit,
151 nõ † tamen ualebit ut testamentum. Et cum ista opinione transeunt Docto. communiter.

¶ Limitat eam domi. Anto. ut non procedat quando talis solennitas non omnino respiceret fauorem publicũ, sed principaliter priuatum fauorem: sicut in simili dicimus de statuto requirente aliam solennitatem in fauorem priuatum. De quo uidimus in præcedẽti membro. Et ex hoc
152 dicto infertur, quòd si statutum diceret, quòd † instrumentum continens obligationem mulieris non faciat aliquam fidem, nec credatur Notario: nisi in eo consensus agnati interuenerit, nõ ualeret quò ad hunc effectum, ut contractus iuratus non posset probari.

¶ Secundò limitatur, quãdo posset lædi anima, nisi dispositio impleretur, ut in legatis ad pias caussas, iuncto tex. in capitu. cùm esses, & capitu. relatum. de testamen.

¶ Confirmatur hæc limitatio per Imol. quia cùm de iure diuino sit statutus certus modus probationibus, de quo
153 in dictis iuribus: non debet esse † in facultate statuentiũ, restringere dictum modũ, & requirere plures testes, uel maiorem solennitatem quò ad iuramentum, quod non est de foro ipsorum. argumen. capit. tuam. de ordi. cogn. Et hanc rationem approbat Imo. & etiam Corne. in repetitio. dictæ autenti. sacramenta. quæstione decimaquarta. quando statutum reprobaret probationem, quæ de iure gentium simpliciter esset approbata, uel etiam ex iure

Pontificio: ut quia instrumentum esset factum à Notario apostolico: secus si imperiali. Sed tu pro opinione Imo. adducas, quòd notat Salice. in auten. cassa, columna quarta. uersicu. quæro secundò, de statutis concernentibus modum probandi. C. de sacrosanc. eccle.

¶ Sed tamen istæ limitationes non uidentur communiter approbatæ: imò Docto. indistinctè transeunt cum Bart. & domi. Abba. quem etiam sequitur Bal. in repetitio. legis secundæ, columna quinquagesimaprima. ff. eodem, Paulus de castro, cõsilio sexagesimoprimo. incipiente, notandum est. Alex. consilio nonagesimoquinto, in fine, in primo libro. Soci. consilio nonagesimoseptimo. incipien. abundè, in ultimo dubio.

¶ Nec obstat, quòd quando solennitas est introducta in fauorem priuatum, quòd iuramentum confirmet, ut supra uidimus.

¶ Nam istud nõ procedit in solennitate probatoria: quia iuramentum non confirmat probationes contractus, sed ipsum cõtractum. Quòd enim aliquid posit probari, uel non posit probari, est quid differens ab eo, quod in iuramẽto deductum est argu. l. fi. ff. de rebus eo. Et ideo dicit Bal. hic, quòd Bar. malè concepit uerba: quia contractus ipse nõ prohibetur, prout firmauit uerba Bar. q. ij. incip. ius non deficit, sed solùm † probatio: & iuramentum est 154
inefficax, non ex se, sed propter defectum probationis.

¶ Non obstat, quòd non deberet procedere prædicta conclusio, quando quis peccaret: quia respondetur, quòd semper non seruando iuramentum licitum, quis peccat: ut in hoc textu apparet. Sed dicimus stante tali prohibitione,

tione, non probari quod iuratum fuerit. Et ideo in casu capitu. cùm esses, & cap. relatū, aliud esset: quia ibi probatur iuramentum. Ex quo lex ciuilis non potest arctare probationem testamentariam, quando praeiudicaretur his causis: ut ibi Docto. declarant: secus ergo esset, ubi lex posset coarctare. Et ita praecisè loquitur domi. Abb.

¶ Non obstat ratio Imo. quae uidetur fortior: quia licet
155 *lex † ciuilis non poßit disponere circa actum spiritualem, sicut est iuramentum: istud tamen procedit, si principaliter capitu. istud disponeret, non si per indirectum, ut per Bart. in dicta. l. omnes populi, & suprà latius uidimus, unde cùm in casu nostro non disponatur de ipso actu, sed de modo probandi, debet statutum obseruari: ut declarat Paul. de castro in dicto consi. lxi. Et licet secundum communem opinio. non poßint statuentes etiam in foro suo arctare modum probationis, respectu clerici agētis, quia esset contra libertatem ecclesiasticam: tamen quo ad laicos, deberēt posse arctare: ex quo non tollitur remedium quo consulatur animae, deinde in foro ecclesiastico uel per uiam denunciationis euangelicae in di. cap. nouit, de iudi.*
156 *potest enim statutum † limitare fidem probationum quò ad subditos suos, ut declarat Salice. in dicta auten. cassa.*

¶ Nec obstat, quòd ubi uerteretur peccatum, nō habent se intromittere laici: quia hoc attento, nunquam ualerent statuta arctantia modum probationum ex quo, si nō posset secundum modum à statuto inductum probari, remaneret semper debitor in peccato, iuxta capitu. peccatum, de regulis iuris. in sexto. Debet igitur illud intelligi, quādo constat de peccato: non autem quando adhuc nō constat:

ſtat: ſed agimus quemadmodum debeat probari.

¶ *Poſſent tamen opiniones* Butri. *&* Imo. *ſaluari tribus caſibus.*

¶ *Primò in clerico qui recepiſſet iuramentum à laico:* Nam *ſi agat contra laicum in foro ciuili, iuxta nota. in capitu. ſi clericus laicum, ſupra de foro competen. non* †*eſſet ſeruandum tale ſtatutum arctans ſibi probationes: cùm enim reſpiciat deciſoria, non ligat clericum, ut habetur in capitu. quod clericis, de foro competen. & in capitu. eccleſia, de conſtitutio. per Salice. in loco ſupra allegato.* 157

¶ *Secundò, quando conueniſſent partes, quòd contractus*†*poſſet probari etiam ſine ſolennitate ſtatuti, & ita iuraſſent, ualet enim talis conuentio, & eſt mittenda exequutioni, ut habetur in lege* Theopompus. *ff. de dote prælega. in lege prima. §. fina. ubi dixi, de uerborum obligationibus.* 158

¶ *Tertiò, quando aliter per legitimum modum probaretur de iuramento præſtito: poteſt enim ueritas rei, quæ ex inſtrumento non probatur, quia deficit in ſolennitate, per teſtes*†*inſtrumentarios, uel etiam alios examinatos in iudicio, probari, ut per domi.* Abba. *hic, & quod habetur in lege teſtium.* C. *de teſti.* Et *hoc intellige procedere, quando actus eſt nullus ex defectu ſolennitatis probatoriæ: ſed ſi eſſet nullus ex defectu intrinſecæ, aliud eſſet: ut uidebimus in ſequenti caſu.* Et *ita poſſunt ſuſtineri duæ priores limitationes.* 159

¶ *Tertia limitatio ad prædictam concluſionem eſt, ut tali caſu, ſaltem iuramentum operetur quòd actus ualeat*

omni meliori modo: per text. in lege cùm patre. §. filius matrem. ff. de lega. ij. Et ideo, si testamentum deficiat in numero testium: ut quia quinq; solùm adsint, iuramentum illud sustinebit in uim codicillorum. Et istud tenet etiam Barto. in lege prima. §. si quis ita, ubi dixi. ff. de uerbo. obliga. cum multis concordan.

¶ Sed contra hanc limitationem indifferenter ab omnibus approbatam, potest sic argui.

¶ Primò non uidetur quòd iuramentum habeat maiorem efficaciam, quàm iudicium, imò illi æquiparatur. l. qui iurasse. §. si. ff. eodem, sed actus in iudicio factus non censetur habere uim huius clausulæ, ut ualeat omni me-
160 liori modo &c. l. iij. C. de repudi. hæredi. ubi † transactio facta in iudicio, nullo dato termino, non sustinetur neque in uim pacti.

¶ Secundò, promißio facti alieni non ualet. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obligatio. Pone quòd accedat iuramentum, nunquid ualebit? certè sic: sed non ut iurans teneatur præcise, sed sic omni meliori modo: ualebit
161 enim † solùm ut iurans teneatur iurare. capitu. ex rescripto, supra eodem, cum simili. & capitu. gemma, de sponsalibus.

¶ Tertiò, promittens sub iuramento seruare statuta ecclesiæ, si nulla sint condita, nō tenebitur: nunquid ut actus ualeat omni meliori modo, intelligetur de statutis condendis? casus † est quòd non. capitu. penultimo. infra eodem.
162

¶ Quartò minor alienans cum iuramento, & promittēs non cōtrauenire, intelligitur tantum modo ratione minoris ætatis,

ris ætatis, non ex alio capite, ut per Bart. in. l. ij. C. de rescinden. uendi. & in dicta autenti. sacramenta. Et est cōmunis cōclusio: & quasdam similes decisiones adduxi in dicto. §. si quis ita. Et hoc tenendo, posset responderi ad §. filius matrem, quòd ibi ipse testator non iurauerat, sed exegerat iuramentum ab ipso hærede, quod potuit facere. l. finali. C. de fideicom. per Barto. in. l. nemo potest. de lega. primo. quem intellectū etiam sentit ibi glos. & sic, ibi † non curamus testamentum non solenne, sed promissionem ipsius hæredis. 163

¶ Sed aduertendum est: quia text. ibi non potest intelligi, quando ipse testator recepisset iuramentum ab hærede: quia uerba hoc non important. Bene potest intelligi, quando testator mandasset hæredi, quòd iuraret, ut etiā declarat ibi Bart. undè si solùm mandatum testatoris factum hæredi de iurando, habet hanc efficaciā, quāto magis iuramentū ipsius testatoris debet eam habere? Et sic ille tex. secundum quemcunq; intellectum probat intentionem Barto. & cōmunem: undè sequendo eam, firmanda est conclusio, quòd † iuramētum habet uim clausulæ, 164 ut actus ualeat, quemadmodum ualere potest: & regula habet aliquas declarationes.

¶ Prima, ut non ualeat in meliorem modū: sed sufficiat, si aliquo modo sustineatur, licet non melius, per nota. in dicta. l. ij. C. de rescind. uendi. De qua declaratione: quia Barto. & Docto. sentiunt oppositum, dic ut habetur in dicto. §. si quis ita. ubi dixi.

¶ Secūda declaratio, ut procedat dummodo uerba prolata ad illam formam posint quoquo modo adaptari: se-

cundùm Bal.in repeti.l.secundæ. colum.l.ff. eodem.aliâs secundum eum non procedit dicta conclusio: quia non uidetur ex mente actum, quod ex uerbis colligi nō potest.l. labeo.ff.de supellec.lega.l.librorū. §. quod tamen cassius.ff.de lega.iij. Et ita intelligo text.in dicto capitulo penulti.infra eodem. Ibi enim uerba non poterant bene
165 accommodari ad statuta futura. Et facit, quia † per iuramentū nunquam quis censetur aliud promittere, quàm quod ex uerbis eum promisisse apparet, ut in nostro casu dicit Cor.consi.cxcij.in ultima col.in primo uolu.de quo dixi in dicto. § .si quis ita.

¶ Tertia declaratio est, ut regula ꝓcedat, quando actus redderetur nullus in ea forma, in qua agitur: sed si ualeret aliquo modo, tunc non esset illa ualiditas ulterius extendenda: secundùm Andre.sicul.consilio.xliij. columna ultima, in secundo uolumine. argumen.dicti capit.ex rescripto, supra eodem.

¶ Quarta declaratio, ut nō procedat, quādo actus esset nullus ratione deficientis consensus. Nam iuramentū nun-
166 quam † operatur, eo deficiente, argumen.dictæ.l. fina. C.de non numera.pecu. & est casus in dicto capitu. penulti.infra eodem, ubi Abb.in prima opposi. & tangunt Bart. & Abb.in sequen.casu: & per Areti.consi.xxiiij. incipien.quatuor dubia, in secunda columna. Ias.in.l.eam quam.in.xi.colum.C.de fideicommis. & in.l.sed & si.§. quæsitum.in ultima columna.ff.si quis cau. & melius in l.sancimus.in secunda colum.C.de testamen. & declarabo infra in.viij.casu.

¶ Quinta declaratio est, quādo actus est nullus ex defectu

ctu substantiæ in persona agentis:de quo,per Roma.cõsilio.cccccxvij.colũ.x.in fine:uel etiam defectu materiæ, de quo infra dicemus in octauo casu.

¶ *Sexta declaratio,ut nõ procedat in casibus, in quibus clausula omni meliori modo & c.nihil operatur. posui in dicto.§.si quis ita:uidẽtur enim aliqualiter istæ clausulæ operari.*

¶ *Septima & ultima declaratio est,ut text.in dicto.§. filius matrem.ꝑcedat in iuramẽto testatoris: secus in iuramento delato hæredi per testatorem:quia illud nõ habebit hanc efficaciam:per tex.in.l.secunda.ubi* Barto.C. *commu.de lega.refert* Ias.*in dicta.l.eam quam.* Sed *hoc non uidetur uerum:quia si hæres iuret,puto quòd teneatur etiam ex minus solenni uoluntate.l.finali.*C. *de fideicommis.*

¶ Non *obstat dicta.l.secunda:quia nõ negat subesse differentiam,an legata cum iuramento sint præstita,uel nõ: sed dicit non* † *differre,quibus uerbis præstetur iuramen tum uel legatum,dummodo de intentione constet,ut declarat ibi Corneus.* 167

¶ *Septimus casus principalis est,quando aliquid prohibetur ratione defectus solennitatis formalis: & tunc iuramentum nõ facit quòd actus teneat in ea forma in qua agitur.* Cùm *enim forma desit, actus* † *non habet suam substantiam: quia forma dat esse rei.l.iulianus.§.quantum.ff.ad exhiben.ualebit tamẽ eo modo,quo ualere potest.argumen.dict.§.filius matrem.*Et *propter hoc concluditur, quòd stipulatio peccans in forma,licet non ualeat ut stipulatio.dict.§.si quis ita:ualebit tamen in uim* 168

pacti, si iuramentum accesserit, & fideiussor obligans se in plus, uel in alio quàm principalis: licet non obligetur ut fideiussor. l. græcè. §. illud. & §. fi. ff. de fideius.
169 Si tamen † iuret: tenebitur tanquam principalis: & hoc procedit, nisi deficiat consensus, uel limitatè accedat. argumen. dict. l. fina. C. de non nume. pecu. cum similibus. Et ita tenent Bartol. & Abb. cum quibus cæteri transeunt. Confirmo istam opinio. quia quamuis forma censeatur introducta de iure publico, & consequenter illi non poßit renunciari: ut est glos. in. l. à diuo pio. ff. de rit. nupt. cum multis concordan. per Iason. in. l. penultima. ff. de libe. & posthu. tamen actus qui fit, uidetur quòd saltem poßit ualere in uim pacti. sicut dicimus in sententia nulla ex defectu formali. De quo in. l. prolatam. C. de senten. quæ tamen in uim pacti per consensum partium approbari potest. l. ij. C. commu. prædio. Barto. in. l. prima. C. qui pro sua iurisdictio. Fely. in cap. significasti. de foro competen.

¶ Et facit quod not. Maria. Soc. quem ibi sequitur Fely. in. c. fraternitatis. in. iij. colum. infra de hæreti. ubi si partes scientes adeunt notarium damnatum falsi, & ideo prohibitum conficere instrumenta: licet actus ualere nõ poßit in uim instrumenti. capi. cùm P. de fide instrumen.
170 l. nemo potest. de lega. primo: tamen ualebit † in uim confeßionis. argumen. dictæ. l. ij. & quod not. Bald. in. l. satis aperte. C. de fal. & quod dicitur de reproducente instrumentum falsum uel nullum, in. c. cum uenerabilis. infra de exceptio.

¶ Contra hanc conclusionem communiter approbatam, arguunt

arguunt Moder.*aliquibus medijs*:

¶ *Primò, quia insinuatio est de forma denunciationis ultra quinquaginta aureos.l.sancimus*, C.*de dona.* & *tamē iuramentum cōfirmat donationē nullam ex defectu illius formæ: ut est communis conclusio.* & *supra dixi.* De quo *etiam per* Curtium *consi.lxvi.* & *sequen.*

¶ *Secundò, quia consensus agnatorū (stante statuto) est de forma cōtractuū mulieris, ut habetur in.l.uniuersa.*C. *de precib.impe.offe.*Et *tamen si iuramentum accedat.*

¶ *Tertiò uidemus illam formam non esse necessariam.*

¶ *Quartò de forma transactionis super testamento est, ut fiat cognitis uerbis testamēti.l. de his.ff. de trāsactio.* & *tamen iuramētum supplet illam formam, ut per* Imo. *hic in.x.membro: ubi uidebimus* Alex.*consil.xi.in.ij.lib.* Moder.*in.d.l.de his.*

¶ *Quintò adducitur: quia directum est de forma in contractu minorū in rei immobilis alienatione.l.i.ff. de reb. eo.* & *tamen iuramentum supplet talem formam.d. autē. sacramenta pube.secundùm communem intellectum.*

¶ *Sed tu sustinendo opinionem* Bartol. & *communem, dic quòd imò in istis casibus non est forma, sed solennitas, quæ simul differunt: ut declarat* Bald. *in lege ad pactionem.* C. *de dotis promißio.* & *in lege etiam.*C. *de exequutio. rei iudicate.* Alexand. *in lege de pupillo.§. qui nunciat, in ultima colum.ff.de no. oper. nunciatione.* & *per* Baldum *in capitu. primo: ubi definit quid sit forma, de noua forma fidelita.* Solennitas *enim*
† *est quid extrinsecum: per quod actus fit solennis.* 171
Forma *est quid intrinsecum, à quo actus sumit essentiā, ut latius*

ut latius declaraui in rubri.ff.de uerbo.oblig.in.vij.col. & in.l.1.in prin.in primo not.eo.titu.dic ut ibi.

¶ Et ex hac conclusione intulit primò Barto.quòd sti-
171 pulatio † peccans in forma, si accesserit iuramentum, ualebit ut pactum. Sed difficultas est.pone quòd ego dixi: promitto tibi per stipulationem, & ita iuro me daturum centum : & tu acceptas : nunquid haec stipulatio nulla ex defectu formae ualebit in uim pacti nudi, an pacti uestiti: & sic dabitur actio creditori. Barto.in d.l. si quis pro eo, non explicat : sed Abb.hic quòd pactum erit uestitum. Contrarium tenuit Alexan. consilio. xij. in ultima col.in.1.libro. ubi allegando haec dicta appellat tale pactum nudum. Et istam opinionem ego fui sequutus in.d.§.si quis ita: quia satis est si iuramentum operatur, ut stipulatio nulla teneat in uim pacti: absque eo quòd etiam illud uestiat.argumen.nota.per Barto.in d.l. ij.C.de rescinden.uendi.cum aliquibus similibus. Et puto, quòd illa opinio sit uerior de iure ciuili : secundum
172 quod ius, ex † iuramento promissorio in futurum non oritur aliqua actio, ut per Bar.in d.l.si quis pro eo, per illũ tex.& habetur per Alexã.in l.iusiurandum. ff.eodem. Sed de iure canonico, puto ueriorem esse opinionem Abba.ex quo, ex hoc iure oritur actio ex tali iuramento : ut est magis communis opinio, ut per docto.in cap.cùm uenissent, infra de institu. Abb.in cap.per tuas, in v.colum.. de arbit.Abb.& do.Anto.in cap.quintaualllis, in viij.columm.supra eod.& late per Anto.Corset.in repetitio.rubri.in ultima quaest.supra eod. Et facit quod habetur in cap.1.supra de pact.

Secundò

¶ Secundò ex prædictis infertur, an fideiussor in duriorem causam iurans obligetur tanquam principalis. Et Bart. Abb. & cæteri tenent quòd sic, argumen. d. §. filius matrem. sequitur Ange. in. l. hi qui acceßiones. ff. de fideiusso. Roma. in dicto. §. si quis ita. Alexan. in consil. xxxi. in quarto. Contrarium firmat Bal. hic in vi. col. quia licet iuramentum faciat sustineri actum: tamen debet intelligi, consensu non mutato, ut suprà diximus. Et est satis de mente Barto. in hoc membro. argumen. dictæ. l. fina. C. de non numera. pecu. sed hic mutaretur consensus: quia uoluit fideiubere, non autem principaliter contrahere, nec uoluit de acceßorio fieri principalis. quia ista ualde differunt. l. eleganter. §. seruus pactionis. ff. de dolo. aliàs sequeretur quòd fideiubens citra stipulationem cum iuramento non haberet beneficium epistolæ nec excußionis. Et ideo concludit, quòd ex † instrumento oriatur 174
obligatio fideiussoria propter iuramentum: sed ea quæ habet omnes qualitates & beneficia quæ habent aliæ obligationes fideiußoriæ. Et sic apparet, quòd Bald. tenet beneficium excußionis non auferri fideiussori propter iuramentum. Cuius contrarium tenuit idem Bald. in capi. ex rescripto, supra eodem. per illum text. ubi non fit aliqua mentio de excußione. Et idem etiam consulendo sequutus est domi. Alexan. in. d. consil. xxxi. in ultima colum. Sed in hoc mihi magis placet opinio Baldi hic: quia cùm lex concedat fideiussori istud beneficium, de quo in auten. præsente. C. de fideiussori. Iuramentum debet intelligi secundùm naturam istius obligationis. argumen. dictæ. l. fina. & cap. ex parte tua. infra de

clericis

clericis non residen. Et istud etiam est de mente Bartol. Butri. & Abba. dum limitant dictum suum non procedere, quando consensus est certo modo limitatus: fideiussor enim uidetur consentire limitatè, uidelicet quatenus principalis soluendo non sit. d. auten. præsente. Et ita intelligit Felin. in dicto cap. ex rescripto, colum. fina. ubi etiam allegat pro ipsa parte Angelum in dicta. l. hi qui accessionis, qui hoc non dicit. unde, tu allega Andre. Sicul. in. d. cap. ex rescripto, & diffusius in consilio. xliij. in penulti. & ulti. colum. in secundo uolu. Et hoc bene nota: quia quotidianum. Et sic, quantum sit ad excussionem, resideo cum Bald. hic: sed quò ad principalem decisionem, uerior est communis opi. Cùm enim principalis in minus teneatur, non potest fideiussor respectu pluris quod promisit, dicere se accessorium, unde tollitur eius ratio.

¶ Tertio infertur ad contractus simulatos, an sustineantur in uim apparentem propter iuramẽtum. Et latè hoc attingunt Anto. & Imo. hic. Tu dic ut supra dixi, sequẽdo ordinem Abba. ubi tenui non

175 † sustineri, quia deficit consensus: sed nunc est limitatus in tali casu, unde militat ratio Barto. & Abb. hic: argumen. d. l. fina. C. de non nume. pecu. & eadem ratione infertur etiam ad renunciationem non nume. pecu. iuratam: nunquid ualeat. In quo sciendum est, quòd nisi iuramentum interuenisset, casus nõ haberet dubium, quod non ualeret: imò ea nõ obstante, posset adhuc opponi, ut dicit Barto. in. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. quia qua facilitate quis simpliciter confitetur se recepisse quod non recepit, eadem

ratione & facilitate exceptioni renũciat: ut est cõmunis opinio secundùm Ange. de Aret. institu. de litera, obligatio. in princip. Alexan. consi. clxxxiiij. incipien. uisa scriptura, in secundo. Fely. in capit. si cautio. in. xv. col. supra de fide instrumen.

¶ Sed difficultas est, quid si huic exceptioni renunciatum est cum iuramento? Et Barto. in. d. l. fina. tenet quòd iuramentum sit seruandum: sed ubi soluerit, poterit repetere, argumen. cap. debitores. supra eod. Imo. hic tenet contrarium, quòd imo non competat neque repetitio neque absolutio. Ad rationem præallegatam respõde, quòd non militat in isto casu, quamuis enim eadem facilitate quis renunciet huic exceptioni cui confitetur, non tamen propter hoc tollitur uirtus iuramẽti, sicut uidemus in isto textu: quia qua facilitate mulier inducitur ad alienandum, eadem inducitur & ad iurandum Et idem probatur in. d. auten. sacramenta. Corne. in repeti. d. autenti. sacramẽta. q. xv. distinguit. & quò ad absolutionem approbat opi. Imo. sed quò ad repetitionẽ, approbat opin. Barto. Qui enim repetit non contrauenit iuramento: ex quo, iuramentũ erat de nõ opponendo exceptionẽ quam nõ opposuit, sed soluit. Fely. in. d. c. si cautio. tenet de directo oppositum: quia quando iurauit nõ opponere dictam exceptionem, & confessus est se habuisse: standum est tali confeßioni iuratæ: quia lex præsumit propter iuramentum, quòd consensus purus non autem confeßionalis accesserit. Et ideo, si repeteret, obstaret sibi exceptio, quòd imò uerè recepit. Et in hoc concordat cum Imo. Bene subdit, quòd posset petere absolutionem, sicut in simi 176

177 in simili ille † qui confessus est iuramento se uerè recepisse: nihilominus potest petere absolutionem, ut dicunt Bal.& Salic.in.d.l.fina.Butrius in capi. finali.in.iij.col. de solutio.& quod not. Dyn.in regu.iur.locupletari.in vi.Quid tenendũ? In pũcto iuris uidetur uerior opinio, quòd imò non obstante tali renunciatione & iuramento, poßit excipi de non numerata pecunia, per.d.l.fina. quæ licet loquatur in eo, qui simpliciter confessus est se recepisse: tamen uidetur procedere etiam in eo qui renunciauit tali exceptioni: nec potest aßignari bona ratio differẽtiæ inter istos casus. Nã sicut qui confitetur se recepisse cum iuramento, quia subest eadẽ præsumptio: item sicut qui cõfitetur se recepisse: nihilominus lex ei permittit, ut poßit excipere, ex quo remaneret deceptus à creditore:
178 & iuramentũ † hanc habet naturam, ut non seruanti fidem non sit seruãda, ut dicit ibi Bal. argumen.l. quæro.§. inter locatorem.ff.loca.& probatur in cap.sequen.in fine, infra eod. Ita, quando promittit non opponere talem exceptionem: nec est bona ratio differentiæ, quam refert Fely.in dicto cap.si cautio: dum dicit, quòd qui confitetur se recepisse, iurat de eo quod non est in potestate sua. Sed qui iurat nõ opponere exceptionẽ, de eo iurat, quod est in sua facultate. Nam.d.lex fin.nõ est fundata in hoc, sed quia debitor indigẽs pecunijs, ut eas habeat, iurat de facili sub spe habendi: ut dicit Barto.in dicta.l.si ex cautione. Quæ ratio militat in utroq; casu.

¶ Non obstat fundamentum Imo. quia quando constat de ueritate cõtractus, iuramentum bene facit præsumi, quod cum maiori deliberatione celebratus fuerit. Et ita proce-

dunt

dunt tex.noster, & .d. autenti. sacramenta. & quod habetur in cap.ex rescripto. supra eodē. Sed in casu nostro non constat quòd uerè fuerit celebratus, seu quòd pecunia fuerit numerata. Ex quo in tali cōfeßione, lex subaudit conditionem. In practica tamen non esset recedendum ab opinio. Bartol. ut facta solutione competat repetitio, per ea quæ supra dixi in quarto casu principali. putarem etiam posse ante solutionem impetrari habilitationem, & ostendi quòd imò pecunia non fuit uerè numerata. Et ita procedit opinio Felyn. perfectam uerò absolutionem non puto concedendam. & de hac intelligendus est Corneus.

¶ Octauus casus principalis est quādo contractus prohibetur ratione rei seu materiæ: ut quia ea non sit in cōmercio: & tunc iuramentum non † conualidat contractum: quia concernit impoßibile. ut si quis rem sacram uendit. l. apud iulianum. §. finali. ff. de lega. 1. c. semel. ubi Dyn. de regu. iur. in sexto. cum concordan. Et cum hac opinio. transeunt omnes. 179

¶ Ex hoc infertur primo, an si de aliqua re non alienanda sit præstitum iuramentum, & deinde alienetur cum secundo iuramento, ualeat cōtractus: & uideretur, quòd non ualeret, tanquam res propter primum iuramentum facta esset nō alienabilis: & sic, obstaret defectus in materia. Sed tamen ueritas est in contrarium: quia imò talis defectus non obstat, & contractus tenet: sicut uidemus regulariter, quòd actus † contra iuramentum tenet, licet cōtraueniens sit periurus. c. sicut ex literis. infra de spōsali. glos. in cap. fin. de procurato. in sexto. Ioan. Andr. in 180

regula quod semel, de regu. iur. in. vi.

¶ Fallit, quando primum iuramentum haberet concursum iuris cōmunis. cap. intellecto. infra eodē. glos. in cap. licet. eo. ti. in. vi. & declaraui supra in sexto notabili.

¶ Fallit Secundò, in actibus merè spiritualibus: quia tūc actus sequens aduersus iuramentum non tenet. cap. dilecto, uersi. nisi fortè, infra de præbē. quē ita intelligit Innocen. ibi, & sequitur Hostien. & idem tenet Archidia. in cap. si à sede. de præben. in. vi. & Oldra. consi. cxxvij. Rota decisio. viij. de procura. in antiq. Butri. in cap. cùm M. in. ij. col. de consti. & latè disputat Fulgo. consi. ccx. incipien. pro euidentia: Ioan de Imo. hic, & in dicto cap. dilecto. Alexā. cōsil. cxvi. col. iij. in. iij. Et dicunt Moder. in cap. cùm accessissent. supra de cōstitutio. quod nō potest realiter responderi ad tex. in dicto capitu. dilecto.

¶ In cōtrarium uidetur esse cōmunis opinio, prout dicit Abb. in. d. cap. dilecto. Alexād. in. l. stipulatio hoc modo, col. iij. ff. de uerb. oblig. per Fely. & Decium in. d. c. cùm accessissent. Non enim est recedendū à regula, nisi fallentia expressè probetur: gl. in. l. omnis definitio. de reg. iur. in. vi. Non obstat tex. in. d. c. dilecto. quia ultra respōsiones ibi traditas per Abba. & alios: dico quòd tex. nō loquitur quando Canonici simpliciter contraueniant actui iurato: sed quādo faciunt id, quod de iure facere nō possunt: quia amplius non habent potestatem à lege cōdendi statuta. l. fi. C. de iurisdi. om. iudi. & per Bart. in. l. oēs populi. in. ij. col. ff. de iusti. & iur. cui nō possunt renunciare, nisi in manibus superioris: ad cuius utilitatē renun-

161 ciatio ptinet: quia † aliâs indistinctè nō teneret, tanquā

parte

parte absente facta.argu.l.centum.§.si quis absente.ff. de confeßis. Si tamen iuramentum accesserit, tenere debet renunciatio: quia supplet absentiam partis. glos.in capit.quoties cordis. prima.q.vij.Et istud fortius procederet, si teneremus, quòd huic potestati esset renunciandum in manibus superioris.argumen.l.penulti.ff.de officio præsidis.& quod habetur in capitu. quod in dubijs, de renunciatio.ibi ergo † actus non est nullus, quia contra iuramentum factus, sed quia factus est à non habentibus potestatem: ex quo eam à se per statutũ iuratum abdicauerant.Et ideo in dicto capitu.dilecto, æquiparatur uel iuramentum, uel confirmatio sedis apostolicæ, quæ in effectu operatur acceptationem renunciationis: cogita tamen. 182

¶Secundò infertur, an ualeat alienatio rei fiscalis quæ non est in usu publico, si sit iurata. & Barto. & Abbas præsupponunt quòd non, dum allegant dictam.l. apud Iulianum.

¶Et ita etiam firmat domi. Anto. hic in.viij.membro. Contrarium tenet Imo. hic: quia si uendo rem fiscalem quam ego poßiderem: teneor ad contractus obseruationem, etiam sine iuramento: quia res aliena uendi non potest.l. rem alienam.ff. de actio. empti. quantò magis, si iuramentum accesserit. Non enim uidetur huiusmodi res omnino esse exempta de commercio hominum: licet præscriptio non ita faciliter in ea locum habeat.l. sicut, & l.omnes.C.de præscriptionibus triginta annorum. Breuiter concordando opiniones: dic, Aut ego promitto, uel uendo tibi rem fiscalem, quam tu scis esse fiscalem: &

183 procedet prima opi. quia cum † de facto reputetur impoßibile, quòd eius rei dominiũ in te transferam, promißio non tenet. l. penulti. §. fi. ff. de contrahen. emptio. Aut realiter tibi trado rem fiscalem penes me existentem, & procedit opinio Imo. Ex quo enim possessio est apud me, non uidetur contractus esse impoßibilis, saltem in uim pacti. Et istud etiam uidetur sentire Corne. in d. auten. sacramenta. quæst. xvi.

¶ Tertiò infertur, an transactio facta post rem iudicatam, accedente iuramento in uim pacti, ualeat. & uidetur quòd non: quia transactio peccat in materia. Debet
184 enim † materia super qua fit transactio, esse dubia. l. prima. ff. de transactio. Sed post rẽ iudicatã amplius non est dubium. l. si causa cognita. C. de transactio. l. elegãter. ff. de condictio. indebi. Et ideo uideretur iuramentum non operari, per nota. in isto casu. In contrarium est communis opinio per tex. in dicto. §. filius matrem, quam tenuit Barto. in. l. si quis maior. C. de transactio. Moder. in dicta. l. si causa, & dicta. l. eleganter: & sic habes unam declarationem ad hunc casum: ut procedat, quando defectus est in materia, ut quia res non sit commercij nostri, uel resultet impoßibilitas iuris uel facti: secus si defectu materiæ aliud esset. Nam tunc sustinetur saltem in eum modum, in quem ualere potest, dummodo consensus accedat. Sed dubium est, quomodo cognoscemus consensum accedere? Et fac duas conclusiones. Prima est, quòd si generalitas uerbi poßit etiam comprehendere talem actum, dicemus de eo quoq; esse consensum, uidetur enim saltem in genere fuisse de eo cogitatũ. l. qui iure. ff. de testamen. milita.

milita. & habetur in dicta auten. sacramenta, per Bar. & alios: & istud est in casu nostro.

¶ Transactio enim † generaliter accepta potest compre hendere quodcunque pactum, per quod à lite receda-tur: dato quòd non simus in causa dubia. l. ij. ff. eod. glos. in. l. prima. §. 1. in uerbo transigendi. ff. de pact. Decla-rat Anto. de Alexandri. in dicta. l. si causa cognita. & ante eum Ludoui. Roma. consil. cccccxvij. in antepenul-ti. colum. suprà per me allegato. Et ita etiam tenet Areti. consil. xxxiij. incipien. consultatio, in ultimo dubio. Et ita procedit quod not. Baldus in. l. sancimus. C. de te-stamen. ubi iuramentum operatur uim expreßi consen-sus, ad reuocationem præcedentis testamenti, de quo ibi per Iasonem. 185

¶ Fallit quartò, quando iuramentum accederet alicui re nunciationi generali: Nam tunc non intelligitur, nisi qua-tenus illa rènunciatio (circunscripto iuramento) intelli-geretur. l. sed & si quis. §. quæsitum. ubi Bart. in fine. & Docto. ff. si quis cautio. Et sicut † generalitas renuncia- 186 tionis restringitur, ita etiam generalitas iuramenti quod illi accedit. Et ita intelliguntur multi casus allegati per glo. in capit. quintauallis, in uerbo conditum, supra eod. In quibus iuramentum recipit aliquam tacitam conditio-nem ex natura rei, super qua interponitur. Et facit regu-la, quòd iuramentum regulatur secundùm naturam actus cui accedit, dicta. l. fina. Ad quam regulam uide sex de-clarationes, quas posui in capitu. primo. in. xv. col. suprà de iudicijs.

¶ Fallit quintò, quando actus satis posset comprehendi

187 *ex generalitate† iuramenti: sed tamen est uerisimile, quòd partes de eo non intellexerint. Istud ex uarijs coniecturis accipitur: ueluti, quando resultaret enormis læsio: ut habetur per omnes in dicto capitulo quintauallis, & suprà uidimus post Abbatem.*

¶ *Item, quando aliàs sequeretur aliquod incõueniens, ut quia pater extraneos sanguini suo præponeret, contra legem cùm acutißimi.C.de fideicommiss.* Et ita intelligitur *quod notat* Ange.*in auten.ex caussa, in prima colum.*C.
188 *de liber.præteri.ubi no.Ias.in illa quæst.an clausula† codicillaris quæ æquiparatur iuramento, sustineat testamentum nullum, præteritione posthumi. & latè* Soci.*consil. xciij.in quarto uolumi.*

¶ *Item, quando casus superueniret, qui esset ualde insolitus.l.fistulas.§.frumenta.ff.de cõtrahen.emptio.* Alex. *consi.xxxi.penul.colum.in secundo.*

¶ *Item, quando non est uerisimile, quòd cogitatum esset de tali casu qui superuenit: ut de eo qui iurat nunquã accipere feudum, uel nunquam exercere talem artem.* Nam *si eueniat casus, quòd sine eo uiuere cõmodè non poßit: poterit (non obstante iuramento) accipere uel exercere: quia non uidetur de hoc fuisse cogitatum: secundùm* Archidia.*xxij.quæstione secunda, animaduertẽdũ: &* Abb. *supra in penul.char.uersicu.sextus casus: &* Henri.Boic *in capit.si uerò, supra eodem, unde infert* do. Guid. pap.
189 *quæstione.xcvi.in.iij.col.quòd ille qui iurauit non† alienare certos fundos, poterit tamen alienare in caussam dotis, si non habeat, unde eam aliunde præstet: per supra dicta, & argumen.auten.res quæ.C.ad legem falcidiam.*

Secunda

¶ Secunda regula est, quòd ubi generalitas uerborum in iuramento positorum non patitur, non censetur consensus accessisse, & iuramentum non operatur, capi. penul. infra eodem. secundùm Bald. in repetitio. dictæ. l. ij. colū. l. ff. eodem. Vndè inferunt Bald. Salice. & Modern. in dicta. l. si caussa cognita, quòd ubi uerba non inferunt, cōtractus factus in unam formam si sit nullus, tamen per iuramentum non sustinetur in formam alterius. argumē. l. si ego. ff. si certum peta. & idem Corne. in dicto consi. cxcij. in primo: & suprà tetigi in sexto casu, in fine. Et probatur ista regula ex nota. per Doct. hic, quando natura contractus est nullus ratione materiæ: ut, quia non sit in commercio, dato quòd † accesserit iuramentum: 190
non tamen sustinetur, ut saltem debeatur æstimatio. Ita sentiunt Docto. allegando dictam. l. apud Iulianum. §. fina. Et licet iuris censura æstimatio subrogetur ipsi rei. l. propemodum. ff. de uerborū significatio. l. non amplius. §. fina. ubi Aret. & domi. Ias. ff. de lega. primo: tamen iuramentum de re non obligat simpliciter ad æstimationem.

¶ Fallit hæc conclusio, quando constat de consensu, uel lex non præsumit: quia actus in cuius formam iuramentū sustineri potest, nō multum obstaret ab eo, quod agebatur. Et ita procedunt notata per Bar. & Abba. in septimo casu principali. Non enim † pactum multùm distat à 191
stipulatione, sicut nec promissor à fideiussore. Et ita etiā potest intelligi quod not. Bart. & Docto. in lege uerbis ciuilibus. ff. de uulga. & pupil. ubi substitutio uerbis directis puberi facta ualet in uim fideicommissi.

¶ *Nonus casus est secundùm Abba. quando contractus prohibetur propter uarias subditorũ utilitates. Et tunc*
192 *concludit, quòd* † *iuramentum confirmat contractum. cap. quamuis. de pact. in. vi. Et cum hac opinio. transeunt cæteri.* Ex *hoc casu infertur primò, an transactio super alimentis de futuro debitis ex testamento ualeat, si iuramentum accesserit : & Barto. in. l. cùm hi. in principio: & Fulgo. ibi tenent quòd non: quia prohibita est per legem, undè iuramentum non tenet. l. nõ dubiũ. C. de legib. Et idem Fulgo. in. l. qui fidem. ff. eodem titulo. Quæ opinio de iure ciuili potest procedere : sed de iure canonicò dicendum est contrarium: prout tenuit idem Bart. in dicta. l. si quis pro eo, & cæteri hic : quia solùm est prohibita propter utilitatem subditorum, qui pro modico de præsenti, renunciarent spei magnæ de futuro: iuxta glos. in dicta. l. cùm hi. & ita etiam tenet ibi do. Ias. & tangitur per Docto. in. l. de alimentis. C. de transactio. Sed in hoc etiam contrarium tenet Bald. in. l. pactum. in ultima quæstio. C. de collatio. quia iuramentum, per quod quis incidit in periculum famæ, tanquam cõtra bonos mores, non debet ualere, deficit enim isto casu discretio. capitul. etsi Christus. supra eodem: alleg. etiam Specu. tit. qui fil. sint legi. uersicu. sed pone, quidam. facit lex necare. ff. de liber. agnoscen.*

¶ *Puto distinguendum. Aut quærimus, an trãsactio iurata teneat: & dico quòd sic: ut est cõmunis opinio. Aut deinde apparet, quòd iste renũciauit: quia indiget alimẽtis & fame perit: & tanquam iste casus superueniens nõ*
193 *fuerit in consideratione, uidetur* † *concedendã esse absolutionem*

lutionē, per no. per Archidia. xxij. quæstione. ij. incipien. animaduertendum, & supra dixi. Et in hanc opinionem uidetur etiam inclinare Ioan. de Imo. hic, dum dicit, quòd si notoriè apparet paupertas uel uerisimilis fames, transactio etiam à principio non firmaretur iuramento. argumen. capit. pasce. lxxxvi. distinctio. & quod not. Federi. de Senis, consilio. lx. incipien. quod pactum. in fin. ubi dicit, quòd in tali casu, iuramentum uidetur esse contra ius naturale. undè non ualet pactum, quòd filius non petat alimenta à patre. allegat Speculatorem in præallegato loco.

¶ Secundò infertur, an transactio super testamento non cognitis uerbis testamenti, iuramento accedente, ualeat: & uidetur dicendum quòd non: quia † lex de his. ff. de transactio prohibens huiusmodi transactionem, est facta principaliter in odium occultantium testamēta, ut declarant ibi Bart. & Docto. & est tex. in. l. 1. ff. quemadmo. testa. aperian. undè iuramentum saltem in effectu non debet obligare: ex quo potest peti absolu. capit. debitores. supra eodem. & ita tenet do. Alex. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. lviij. in. v. q. Bar. ff. de uerb. obli. fortius dicit Ange. consi. lxxxiiij. incipien. cùm lis & quæstio. in ultima col. quòd imò iuramentum ipso iure nō tenet: tanquā contra legem. iuxta tex. in. l. non dubium. C. de legib. In cōtrarium, quòd imò trāsactio teneat, nec cōcedenda sit absolutio, uidetur cōmunis opinio, quam tenēt do. Anto. Abb. & Imo. hic in ultimæ charta, & Comen. in dicta. l. si quis pro eo. Corne. in di. auten. sacramēta. q. xvij. uersicu. quarto, & Alexan. in consi. xi. in secundo: quia ista 194

eſt ſolennitas poſitiua, quæ per iuramentum tollitur. ſe-quitur Iaſ. *in. d. l. de his.*

¶ *Non obſtat quòd prohibitio ſit in odiũ occultantium teſtamenta: & ideo dèberet concedi abſolutio. d. c. debi-tores: quia ad hoc aliqui reſpõdent, quòd nõ eſt illa ſim-plex ratio, ſed etiam alia: uidelicet fauor teſtamentorum. l. uel negare. ff. quẽadmo. teſtamen. aperian.* Alioquin *ſi eſſet illa ſimplex ratio, diſpoſitio dictæ legis de his, non procederet, quando teſtamentum nõ occultaretur, ut di-cit* Fulgo. *ibi: ſed hoc non tollit difficultatem, imò potius auget. unde reſpõde ſecundò & melius quòd argumẽtũ procederet quãdo prohibitio eſſet præcisè facta in odiũ delinquentis: ſed in caſu noſtro non eſt ita: uidetur enim potius facta non ob odium, ſed ut prouideretur, ne teſta-menta occultarentur: unde cùm hic non ſemper & dire-ctè reſultet: uideretur iuramentum eſſe ſeruandum, per ea quæ ſupra uidimus in tertio caſu poſt* Abb. Puto *ta-men pro concordia poſſe diſtingui, quòd aut ſimpliciter eſt facta tranſactio non uiſis uerbis teſtamẽti, & iura-mentum acceßit: & conſtat quòd tranſigens non habe-bat notitiam teſtamenti, & uerior ſit opinio* Angeli, *quia ultra prohibitionem legis, accedit etiam ignoran-*
195 *tia eius, ſuper quo tranſigitur. unde iuramentum* † *non debet tenere: deeſt enim æquitas. d. l. non dubium, aut partes præcisè renunciant. d. l. de his, cum iuramento.* Et *iſto caſu, ſi is cum quo facta eſt trãſactio occultabat te-ſtamentum, ſeruabitur opinio* Alexand. *dicto.* § *duo fra-tres: quia contractus non confirmabitur iuramento, ſed concedenda erit abſolutio. dicto capi. debitores. aut ipſe*

non

non occultabat testamentum, & tunc confirmabitur secundùm communem opinionem.

¶ Tertiò infertur, an donatio inter uir. & uxo. confirmetur iuramento: in quo puncto Barto. in l. seius & augerius. ff. ad legem Falcid. & in dicta. l. si quis pro eo. in fi. ubi & Rapha. Comen. tenuit quòd sic: quia est tantummodo prohibita iure positiuo, propter utilitatem coniugum. unde † iuramentum debet confirmare talem cōtractum. argumen. d. c. quamuis. Et idem etiam tenent Guliel. de Cun. & Alberi. de rosa. in. l. sed & si possessori. §. item si iurauero. ff. eod. quia talis donatio si fiat propter religionem, ualet. l. si sponsus. §. si cōcessa. ff. de donatio. inter uir. & uxo. Igitur debet ualere, etiam propter iuramentum. Et idem consuluit Federi. de sen. consilio. cxl. incipien. punctus quæstionis. Ex quo ista prohibitio non est perpetua. argu. glo. hic: sequuntur Anchara. Abb. & Ioan. de Imo. & in effectu do. Ant. hic, dum uult iuramentum esse seruandum: quia sine interitu salutis æternæ seruari potest, per istum text. Et licet secundùm eum non firmetur contractus, tamen † quilibet successor tenebitur ad obseruationem eius, quod author suus fecerit. Prædictam opinionem etiam consulendo sequutus est do. Abb. consil. xcv. incipien. factum, in secundo: & in capi. fina. ubi etiam domi. Præposi. infra de donatio. inter uirum & uxo. Bald. in repetitio. d. l. ij. colum. xix. ff. eod. Ioan. de ligna. Imo. & Andr. Sicul. in clemen. Romani, de iureiuran. Imo. & Moder. in. l. si quis inquilinos, in. §. fina. ff. de legatis primo. Paulus de cast. & Iason in lege pacta quæ contra. C. de pact. Paul. consilio. xcviij. in fine.

Roma.

Roma.consi.xliiij.& consi.ccxcv.do.Barthololo.Veronē. caute.cxij. ubi adducit quosdam, qui pro hac opinio.con suluerunt.Corne.in dicta auten.sacramenta.q.xix.domi. Felin.cap.cùm M.col.xxvi.de constitu.do.Anto.Corse. in repetitio. huius rubri. Corne. consil.cxviij.in primo. ubi dicit esse indubitatam conclusionem: & idem tenet consil.xli.in.iij. & consil.ccxxiiij. in quarto.do. Deci. consi.ccij. ubi latè attingit. Et uidetur magis communis conclusio.unde propter authoritatem tot illustrium doctorum, difficile esset in practica obtinere cōtrarium.Et omnis difficultas huius quæstionis dependet ab hoc fundamento: quia licet uideatur esse hæc donatio contra bo-
198 nos mores ciuiles, qui sunt fundati † ea ratione, ne mutuò se coniuges spolient, & matrimonia fiant uenalia. Et quia magis conuenit, ut educandis liberis operam dent, quàm ut blanditijs inuicem se captent: unde etiam tandem oriūtur inimicitiæ. Quæ omnia probantur in.l.i. & ij.& .l.iij.§.interdum.ff. de dona.inter uir.& uxo. Istæ tamen sunt remotæ rationes: & mala præallegata non directè, sed occasionaliter proueniunt. Et ideo, eis non obstantibus, contractus firmatur iuramento.argumen.istius text.& dictæ auten.sacramenta, & quæ supra uidimus in tertio casu.

¶ Contrariam opinionem tenuit Barto.in.d.l.prima.ff. de donatio.inter uir.& uxo.quod etiam sequuntur Bal. Salic. & Fulgo.Idem etiam sentit Barto.in.l. cùm quis decedens.§.titia.ubi etiam Ang.ff.de lega.iij. Cin.in.l.i. in fi.C.de sacrosanc.eccle.& tenuit Anto.& Ioan.And. in addit.Specu.in rubri. de dote post diuortium restitu. in fine.

in fine. Ange. in dicta. l. si quis pro eo. Bal. in consi. xxix. incipien. casus, uir donauit &c. in primo uolum. ubi latè disputat, & idem tenet in dicta. l. si quis inquilinos. §. fina. & in. l. cùm multa: ubi etiam Salice. C. de dona. ante nup. in. l. ij. in. v. q. C. de rescinden. uendi. Et idem etiam hic in. xv. col. Guliel. de monte Laudu. & Cardina. in. d. clemen. 1. de iureiuran. Paul. de cast. consil. lxj[illegible] incipien. super isto, & consil. ccclxxxliij. incipien. circa primum in secundo uolu. in nouissimis. Henri. Boic in capitu. fina. de donatio inter uir. & uxo. Ludo. Roma. in repetitione rubri. ff. de iureiuran. consuluit Soci. consil. lxv. in antepenul. colum. in primo: & in consil. sequen. Francisc. de Curt. consi. [illegible]. incipien. sapienter. Corne. consi. ciiij. circa primum, in fine. & dicit Cæpo. in dicta caute. cxij. quòd do. Io. de ferra. & domi. Ray. de Perusio, & Raynu. de monte idem consuluerunt. Et idem etiam tenuit domi. Anto. de Canar. in disputatio. incipien. maritus debitis inuolutus. Et sic apparet pro hac parte, esse quãplures authoritates. Et licet uariæ rationes adducantur: tamen ad utranq; respondent Imo. Francis. de Cur. Roma. & Soci. in prædllegatis locis. Ista secunda opinio magis mihi placet, quia dato quòd rationes prohibitiuæ istius donationis sint, ut remoueatur delictum quod occasionaliter imminere poterat, non autem directè imminebat. Nihilominus nõ potest negari, quin lex ciuilis sit fundata optima ratione, ut naturali. unde debet seruari non obstante iuramento: prout in simili dicit Abb. supra in illa quæstio. an iuramentum suppleat defectum insinuationis: cuius opinio est uerissima, quando illa ratio non est 199

multum

multum remota: per ea quæ no. Bart. in. l. uxori. ff. de au. & argen. lega.

¶ *Secundò, quia lex interpretatur donationem blāditijs & nimia importunitate extortam donatarij. Et ideo, in eius odiū uidetur cōcedēda absolutio. iuxta. c. debitores, supra eo. & quæ supra diffusius uidimus in quarto casu.*

200 ¶ *Lex † enim odio prosequitur accipientem, non autem fauet danti, ut probatur in. l. si sponsus, in ultimis uerbis. ff. de donatio. inter uir. & uxo. Et istud fundamentum quod ego facio, uidetur incōcussum: & sic potest limitari cōmunis conclusio, ut non procedat, quando iuramenti absolutio esset concessa. Et ita intelligit Bal. hic allegando Archidiaco. in dicto capi. quamuis. Et sic loquitur Cardina. in dicta clemen. prima. Paul. de cast. & Francis. de Cur. in prædictis consil. Et sic habes primam limitationem, quæ tamen difficulter in practica obtineretur: licet (ut arbitror) sit de iure uera.*

¶ *Secundò limitatur, ut procedat communis conclusio in donatiōe simpliciter facta: secus in cōfeßione: ut, quia maritus in testamēto confiteretur se aliquid recepisse ab uxore: & apponeret iuramentum assertorium. Nam ta-*
201 *lis † confeßio tanquam facta in fraudem legis prohibentis donationem, non sustineretur per iuramētum. Ita præcisè loquuntur Bart. & Ange. in. d. l. cùm quis decedens. §. titia. Cin. in dicta. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & Ioan. And. in præallegato loco: & ita etiam tenent & declarant Ludouic. Roma. in dicto consilio. xliiij. & consilio ccxciij. Aretin. consil. lxxiiij. Deci. consi. ccij. Andr. Sicu. consil. lix. in ulti. col. in. ij. In quibus locis prædicti Doct.*

per

per hāc limitationem quærūt euadere authoritates Cin. & Ioan. And. quæ in actu practico sunt maximæ. Sed tu aduerte: quia non uideo stante communi cōclusione, quo modo hæc limitatio sustineri poßit: † nō enim potest ui- 202
deri confeßio facta in fraudem legis: cùm accedente iuramento lex nihil prohibeat: unde debet tali iuramento credi. autenti. quod obtinet. C. de probationibus. nisi respondeas, quòd quando facta est donatio, & iuratū non contrauenire, non debet audiri contraueniens, ne incidat in periurium: sed quando confessus est cum iuramento se recepisse, iam incipit esse dubium sit periurus, uel non. unde contrauentio facilius toleratur: ex quo, potest esse quòd iam fuit periurus. Et sic ipsa contrauentio ueritatem adiuuaret, non periurium. Et ita respondet domi. Signo. de homode. consi. cvi. incipien. in quæstione, in ulti. colum. Imola hic: & Areti. in dicto consi. lxxiiij. & Alexan. in. l. si donatione. in. iiij. col. C. de collatio. Quæ tamē responsio non eneruat omnino argumentum: quia nō est uerum, quòd per talem confeßionem sit dubium, an sit periurus: imò debet credi oppositum, ex quo accedente iuramento actus non est prohibitus: quia præsumimus † magis & sustinemus iuramentum assertorium, quàm 203
promissorium: ut habetur per Imo. & Moder. in. l. nemo potest. in. ij. quæstio. Bart. de leg. primo. Butri. & Imol. hic in septimo casu, & supra uidimus post Abba. in quæstione de contractu simulato. unde Guliel. de Cun. & Alberi. de Rosa. in dicta. l. sed si possessori. non constituunt hanc differentiam: imò præcisè loquuntur in confeßione iurata, ut inter maritum & uxorem teneat: dato quòd

to quòd donatio inducatur.

¶ *Tertiò limitatur, ut non procedat quando donatarius*
204 *prædecederet donanti: quia* † *donatio inter uirũ & uxorem habet tacitam conditionem, si donans prædecesserit. l. à marito. C. de donatio. inter uir. & uxor. l. si inter. ff. de reb. dub. unde si iuramentum illi accedat, recipit eandem conditionem. l. fin. C. de non numera. pecu. Et ita tenuit Bald. in. d. consil. xxix. in primo: ubi dicit, quòd isto casu donatio conuertitur in caussam caduci. Et ita etiam nouißimè consuluit Deci. consi. ccxl.*

¶ *Puto istam limitationem (stante cõmuni limitatione) non esse ueram. Nam in casu dictæ legis à marito subintelligitur illa cõditio ex diui Antonini oratione. De qua in. l. cùm hic status. ff. de donatio. inter uir. & uxo. qui, cùm donatio esset à lege prohibita, & ideo nulla, si donans prædecederet, pura uoluntate induxit, ut confirmaretur. Sed stante communi conclusione, donatio à principio ualet per rationes prohibitiuas, quæ per iuramentum tolluntur, unde tunc non subauditur aliqua con ditio: quia oratio Antonini in tali casu non loquitur. Et ideo Bald. in. d. consi. sciens quòd ista conditio nõ subaudiretur, si iuramentum eam confirmaret donationem, tenuit contra communem. & expreßius in consilio. ccxciiij. in tertio. ubi reprehendit Federi. de sen. in. d. cõsilio. cxl. Et tamen opinio Federi. est magis communiter approbata, ut supra uidimus.*

¶ *Et idem sentit Paul. de cast. consilio. lxxxij. incipien. in ista donatione, in. ij. in nouißimis. ubi ipse ponit casum, quando talis conditio fuerat expressa, & clarius consil. cccxlv.*

cccxlv.incipien. circa bona,in primo, in nouißimis. ubi concludit, quòd † in donatione facta à patre filio, ideo 205 subauditur dicta conditio,quia iuramentum eam nõ confirmat: secundùm eum,de quo infra dicemus: & etiam Socinus in consi.lxvi.in prima col.uersi. secunda cõclusio,cum fecisset prædictum fundamentum: quia propter mortem donatarij præcedentem, non confirmatur donatio, stante cõmuni opinione, habet pro concludenti, quòd imò confirmetur. Et ideo ponit tres responsiones, quæ nõ fuissent necessariæ, si uera esset hæc opinio Decij: unde concludo hanc limitationem † esse ueram, & cõmunem 206 scribentium mentem: quæ dubio procul tunc non procederet: quando in contractu esset dictũ, quòd fieret donatio irreuocabilis: per ea quæ not. Paul. de Castr. consilio cccxxx. incipien. super primo quæsito dicendum, in primo uolumi. in nouißimis.

¶ Quartò limitatur per Paul. de Castr. consil. lxi. incip. notandum est, in secundo uolu. in nouißimis, de quo fuit dictum in præcedentibus: & uide Soci. in d. consi. lxvi.

¶ Quartò infertur, an donatio facta per patrem filio existenti in potestate, & ratio inualida. l. ij. C. de inoffic. donatio. confirmetur iuramẽto, in qua quæstione Abbas tenet † quòd sic. Et idẽ antè tenuit Bald. in d. l. ij. col. lx. 207 uersic. & idem credo. ff. eod. & est cõmunis opinio, cum qua transit Alexã. Soci. in uarijs locis, ut per Decium in consil. ccxxxix. in princip. & idem tenent Ioan. Baptista de sancto Seuerino, Iason & Moder. in l. frater à fratre. in fi. ff. de condi. indebi. & Alexã. in. d. l. si donatione. C. de collatio. Pro qua opinione, adducitur primò: quia ex

tali contractu circunscripto iuramento oritur obligatio saltem naturalis. l. frater à fratre, & ibi Bartol. in ultima col. ff. de condictione indebi. unde iuramentum eam debet corroborare, ut suprà uidimus in sexto casu.

208 ¶ Item, quia dato † quòd patria potestas eam impediat, non debemus eam curare in materia iuramenti quod est spirituale. capit. si annum. de iudicijs in. vi. Item debemus in hoc ius canonicum attendere, secundum quod oritur obligatio ex iuramēto inter patrem & filium: dicto cap. quamuis. de pactis, in. vi. & quod nota. in cap. cum iura=
209 mento. de homici. & facit in simili, quia donatio † facta monacho per Abbatem, confirmatur iuramento, ut dicit Ioan. And. in regula non est obligato. in fine. de regulis iuris, in sexto.

¶ Contrarium consuluit Paul. de Castro in præallegato consilio. cccxlv. incipien. circa donationem. Fulgo. consi. cxcix. incipien. uisis. Corneus consil. ccxxxviij. in primo, & consi. ix. in secundo. consi. cclxxxix. colū. x. in. iiij. & idem sentit in repetitio. d. auten. sacramenta. q. xvij.

210 ¶ Mouentur forti ratione. Iurans † enim facere non potest, quòd incapax propter hoc fieret capax. alioquin sequeretur quòd fratribus sancti Francisci posit donari cum iuramento, quod est absurdum, & contra clementi. exiui de paradiso, de uerbo. signifi. sed filius est incapax. unde profectitia acquirit patri etiam inuito. l. etiam. ff. de acquiren. rerum domi. l. seruus uetante. ff. de uerb. obligatio. Cōfirmatur: quia istud quòd filius acquirat profectitia, uidetur impoßibile saltem de iure, unde iuramētum tali casu non obligat: ut uidimus supra in præcedēti casu.

casu. Et hanc partem tenendo, possset responderi ad contraria: nam licet in iuramento debeamus attendere ius canonicum: non tamen propter hoc sequitur, quòd in his in quibus iuramentum non obstat etiam ius ciuile non attendimus, quod canonibus non aduersatur, unde † dato quòd donatio teneret, quia ex ea trāsferretur dominium, non sequitur quin facta donatione, ius patriæ potestatis retro acquiratur patri. l. placet. ff. de acquirenda hæreditate. 211

¶ Ista enim non sunt inuicem contraria, & istud ius patriæ potestatis est etiam à lege canonica approbatum, ut habetur in cap. quia nos, infra de testamen. & in capit. si uoluntate, in fine, infra de senten. excommu.

¶ Non obstat tex. in cap. quamuis: quia ex tali renunciatione non quæritur aliquod ius filiæ, quod iure patriæ potestatis poßit retro in patrem transferri, imò potius perditur, unde plus facit ille tex. ad sequen. q. filia enim per dictam renunciationem se simpliciter excludit, nō autem ius in alium transfert. l. fuit quæstionis. ff. de acqui. hære. & Bal. in. l. pactum quod dotali, in. viij. q. C. de collationi. per Areti. cōsi. xci. incipien. uiso themate.

¶ Posset igitur opinio communis procedere, quando pater donasset & iurasset se iure patriæ potestatis dicta bona non recepturum, sed libera filio relicturum. Nam tunc obligaretur pater ex uerbis iuramenti, ut iure cuiusdam facultatis sineret filium ea habere: arg. l. quartæ. ff. de manumißis. & per mortem patris donatio sumeret deinde plenum robur. l. donationes quas parentes. C. de donatio. inter uir. & uxo. Et posset iuramētum operari

effectum traditionis, ut donatio cõfirmaretur morte: cum
212 *aliâs confirmatio* † *non habeat locum, nisi re tradita. l. ij. ubi* Bal. C. *si quis alteri uel sibi.* Et *sufficit etiam ficta traditio, ut est glo. in. l. ij. ubi* Bald. C. *de dote cau. non numera. & per* Decium *in. d. consi. ccxxxix.* Et *ideo, cum morte donantis cõfirmetur donatio ista, quamuis iurata esset in legitimam computãda. l. etiam. §. sed si mortis. ff. de bonis liber. per* Bartolum *in. l. in quartam. ff. ad legem falcidiam. & quòd fratribus non esset confereñda. l. ea demum.* C. *de collatio. quorum contrarium esset, si plenum effectum sumeret uiuente patre.* Nam *in legitimam nõ computaretur. l. si quando. §. fin.* C. *de inofficio. testamen. & fratribus esset cõferenda, ut nota. in autenti. ex testamento.* C. *de collatio. & per* Moder. *in. d. l. si frater à fratre. & hanc opinionem, quòd donatio non confirmetur iuramẽto, tenet etiam* Bal. *hic, in ultima col. ubi ampliat etiam*
213 *si pater iurasset* † *se recepisse certam pecuniam à mercatore ei dandã, quem mercator ipse designauerit, & mercator deinde patre mortuo, designet illius filiũ.* Ista *enim declaratio rètro trahitur per fictionem ad tempus contractus: quo tempore non ualuisset donatio propter patriam potestatem, & confeßio fuisset suspecta. l. qui testamentum. ff. de probatio. de quo hic per eum.*

¶ Quartò *infertur ad casum contrarium: nunquid ualuit donatio filijfamilias collata in patrẽ si sit iurata? & casus est, quòd sic in dicto cap. quamuis.* Illa *enim renun-*
214 *ciatio* † *æquiparatur donationi. & idem tenet* Ioannes Andreas *in additio. Specula. titulo de testamen. §. primo. uersicu. pone filius: & dicit* Corne. *in dicta autenti. sacramenta.*

menta.q.xvij. quòd nihil obstat, quin filius circa aduentitia non possit ei donare, sicut posset extraneo cum patris consensu.l.fin.§.filijs autem. C.de bonis quæ liberis.facit lex prima.C.de imponē.lucrati.descriptio.lib.x.Imo fortius tenet, quòd cum talis consensus non requiratur per uiam autoritatis, quòd etiam sine iuramento talis donatio facta patri consentienti, ualeret. Et idem sentiunt Bald.in.l.si quando.§.primo.C.de inoffi.testamen.Ang. Raphaël Comen.Alex.in.l.1.§. quæsitum fuit.ff.ad trebellia.Cyn.Fulg.Paul.de Cast.& Moder.in.l.senium.C. qui testamen.facere pos.Secus esset, si iste consensus esset requisitus ad integrandam domini personam, ut per Barto.in.l.fina.§.necessitate. C. de bon.quæ libe. Nam tunc esset adhibendus in modum autoritatis, & nemo in suam utilitatem † autorari potest.l.fin.ff.de autorita.tuto.ubi 215
Barto.& quod not.Butrius in capit.cum consuetudinis, suprà de consuetudini. Alexan.consil.cvi.in primo, & consil.xxix.colum.penulti.in.iij.& melius per Soci.consilio.xxiij.in quarto.& istud etiam est de mente Ioannis Andreæ in prædicto loco: dum respondet ad legem secundam.ff.de contrahen.emptio.quòd licet illa lex dicat nullum contractum inter patrem & filium tenere, debet intelligi † quò ad ciuilem obligationem. Oritur enim natu- 216
ralis, ut probatur in dicta.l.frater à fratre, & etiam quò ad aduentitia oriretur ciuilis: secundum supradicta.Bal. tamen consil.cxiij.in secundo, sentit quòd imò lex requirens consensum seu parabolam patris, intelligatur de autoritate. Sed puto eum non bene dixisse: quia ut etiam dicit Raphaël in dicto.§.quæsitum, cum filius cuius ætatis &

tis & prudentiæ sit, debeat habere talem consensum patris, non potest dici illum requiri ad integrandam eius personam. Quod *etiam satis uoluerunt* Bart. & Docto. *in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis.* Et *ista sunt utilia in actu practico: quando pater uendit aliquid, & emptor dubitans ne filius uenditoris iure hypothecæ maternæ eum molestet, uult etiam quod filius in contractu*
217 *interueniat cum consensu patris.* Nam † *cum pecunia numeretur patri, & sic in eius utilitatem cōtractus tendat: si requireretur cōsensus in uim autoritatis, nihil ualeret, dicta. l. prima. de autori. tuto. quod nota.*

¶ *Sextò infertur, an possint dari fideiussores pro dote conseruanda uel restituenda, & absq; iuramento. clarum*
218 *est † quod non. l. 1. & . ij. C. ne fideiusso. dot. den. cum iuramento uerò,* Bart. *in dicta. l. si quis pro eo. tenuit idem: quia lex resistit personæ. unde qui contrauenit, dicitur peccare, & iuramentum inducens peccatum non tenet, ut supra uidimus in tertio casu.* Eandem *opinio. tenet* domi. Anto. *quia ex tali fideiussione generatur caussa perfidiæ inter coniuges: dicta. l. secunda.* Et *ideo, iuramētum tanquam contra bonos mores non tenet.* Et *idem est de mente* Bald. *in repetitio. l. ij. colum. xlviij. uersicu. sed contra. ff. eodem.*

¶ Contrarium *tenent* domi. Abbas, & Ioan. de Imo. *hic, &* Corneus *in dicta autenti. sacramenta. q. xvij. uersi. iij. quia ista prohibitio uidetur esse iuris positiui: unde iuramento tollitur.* Non *enim directè propter hoc perfidia inter coniuges inducitur, sed occasionaliter. facit ca. per uestras, de donatio.* Inter *uirum & uxo.*

Nec

¶ Nec obstat ratio Bartoli: quia non est uerum, quòd contraueniens dictæ prohibitioni peccet, ut supra uidimus in tertio casu, secundùm communem opinionem. Item lex non est prohibitiua in personam fideiussoris, sed in personam coniugis. Et ideo dicit Paul. de Cast. in. d. l. si quis pro eo. columna penulti. quòd fideiussor obligatur, licet poßit petere absolutionem † in odium uxoris, 219
quæ contra præceptum legis, fideiußionem recepit: argu. capit. debitores. supra eodem. Puto opinionem Bartoli esse ueriorem: quia ratio cur maritus non poßit compelli ad præstandũ fideiussorem pro dote, uidetur respicere bonos mores: ne caussa perfidiæ in matrimonio generetur: quæ uerba uariè possunt exemplificari, & fortè ut maritus reperiret fideiussorem, & ne ab eo dos auferretur, aliqua dißimularet contra fidem coniugij: iuxta illud, Doctus spectare lacunar &c. Illud notandum est, Docto. illum textum intelligere, ut uxor non poßit fideiussorem à marito accipere, sed bene maritus poßit ab uxore accipere. l. cum dotis. ff. de iure dotium. Sed contra hanc opinionem est generalitas illius rubricæ. Item in capitulo Theodosia, sub illo titu. est lex expresse etiam prohibens marito accipere.

¶ Nec obstat dicta lex cum dotis: quia fideiussor ibi non præstabatur ab uxore, sed ab expromissore. Et hæc opinio mihi placet, propter idẽtitatem rationis, & propter regulam correlatiuorum, de quo in dicta. l. prima. de indicta uiduita. tollen. Cogita tamen: quia in practica non esset recedendum à communi.

¶ Septimò infertur, an ualeat pactum iuramento firmatum de nõ cedendo bonis: & consequenter, ut poßit capi personaliter pro debito: & uerior uidetur † opinio,
220 quòd ualeat: prout tenuit Butrius hic in tertio casu, Imo. in primo, Corne. in dicta auten. sacramenta. q. xvij. uersicu. septimo. & habetur in. l. alia. §. elegãter. ff. sol. matrimo. & tetigi supra in septimo casu. Quod intelligunt Doct. nõ procedere in quarto casu, quo sit notoria paupertas, & impoßibilitas soluẽdi: argumen. cap. cum quidam, supra eodem, & quod scribit Specula. titu. qui filij sint legiti. uersicu. sed pone. quod nota.

¶ Decimus casus & ultimus do. Abb. est, ut quando lex non absistit neq; resistit contractui, iuramentũ illi acce-
221 dens † confirmet cõtractum, & faciat ex eo oriri actionem. & idem tenet Bartol. in. d. l. si quis pro eo. in sexto casu, & est communis opinio scribentium: declarando ut per Bar. in. l. cum lex. ff. de fideiusso. & diffusè per Ioã. de Imo. hic in sexto casu.

¶ Ex hoc infertur primò ad stipulationẽ alteri factam, quæ de iure ciuili nõ tenet. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. huic si iuramentum accesserit, debet ualere, ut est glos. prima. q. vij. cap. quoties cordis. Et ista est cõmunis opinio, quam tenent Butri. Abb. & Imo. hic. Bald. in. l. nam & postea. §. iusiurandum. ff. eodem. Docto. cõmuniter in. d. l. si quis pro eo. & in auten. sacramenta. & in dicto. §. alteri.

¶ Pro qua opinione adducitur per Bartol. prima ratio:
222 quia † stipulatio alteri facta conualidatur per pœnam dicti. §. alteri. ergo etiam debet ualidari per iuramentum. Quod

Quod dictum non est uerum: nõ enim ualidatur ipsa stipulatio. Nam non posset agi ad id quod est deductum in stipulatione, sed solummodo debet agi ad pœnam.
¶ *Secũda ratio adducitur: quia ex tali stipulatione oritur saltem obligatio naturalis: ut ibi nota. & in. d. l. cum lex. ergo illa obligatio debet firmari per iuramẽtum. l. ut iurisiurandi. ff. de oper. lib.* Ex qua rõne infertur, quòd *ubi † obligatio naturalis nõ oriretur, ut quia uerba promißionis nullo modo respicerent præsentem, sed alterum:* 223
ut quia stipulatio est facta nõ cõcipiendo uerba promissionis uersus cõtrahentem: iuxta glos. in. l. stipulatio ista. §. si quis insulam: & quæ ponunt Bart. Ange. & Doct. *in. l. prima. ff. de pactis. tunc iuramentũ nõ confirmaret.*
¶ *Secundò infertur, quòd confirmatur obligatio quò ad ipsum stipulantem: quia respectu ipsius oritur obligatio naturalis: † non autem quò ad tertiũ qui fuit absens, ut* 224
habetur in. d. §. alteri. & ita expresse sentit Abbas *hic.*
¶ Tertia *ratio adducitur: quia iuramentum præstatur* Deo, *cap. debitores. supra eodem, sed* Deus *supplet absentium præsentiam. l. properandũ. §. cũ autem. C. de iudicijs. ergo nihil refert, † quòd quis sit tertius uel absens.* 225
Et *ista ratio uidetur obstare prædictis illationibus, nisi dixeris, quòd poterit ille tertius agere, seu implorare officium* Iudicis, *ut iuramentum obseruetur, tanquam à* Deo *sit receptum, iuxta capit. debitores. supra eodem.* Sed *quia nõ subest obligatio aliquá naturalis, fortè poterit concedi repetitio: ut ibi habetur, & in. l. prima. ff. de condictio. indebi.* Nec *obstat quòd subsit saltem respectu stipulatoris: quia ille posset exceptione repelli: quia sua*

non interest.l.non ignoras.C. qui accusa.non pos.c. cum inter.primo, supra de electioni. In quo cogita: quia isto modo communis opinio per indirectum subuerteretur: & sic saluabitur opinio Baldi hic, & Roma. consilio ccccxli.incipien.præsens instrumentum.in ultima columna, Ioan. Faber in.§.si quis alij.institu.de inutil.stipulatio.in.iij.colum.

226 ¶ Quarta ratio est, quia † in materia iuramenti attendimus ius canonicum, ut est tex.in cap.secundo.eod.titu. in.vi.sed de iure canonico ualet stipulatio absenti facta, & illi quæritur ius, ut est glos.in dicto cap.quoties cordis.cum concordan.per do.Fely.in capi.si cautio.in.viij. colum.uersic.fallit secundo, supra de fide instrumen.& pluries consuluit Corne.ut in consil.cxiij.in primo: consilio.ccxv.in secundo, consil.ccxi.in tertio.

¶ Sed tu aduerte: quia istud dictum sic generaliter non est uerum. Nam regula.d.§.alteri.procedit etiã secũdùm Canones, ut est casus in cap.quanquam.de usur.in.vi.dũ

227 exigitur publica persona, & obligatio † debet sumere initium à persona cum qua contrahit.l.quacunque.ff.de actio.& oblig.Et firmãt do.Anchara.Abb. & Moder. in proœmio Gregoria.unde considera tres casus.

¶ Primus est, quando quis confitetur absente parte, & putarem iure canonico talem confeßionem probare, per glos.in.d.c.quoties cordis. Et ita procedũt allegata per

228 Fely.in.d.c.si cautio. Confeßio enim ius † nullũ tribuit, sed iam inductũ probat.l.publia.ubi Paul.de Cast.ff.depositi. Et ideo talis ꝓbatio debet tenere ex æquitate canonica: licet secus sit de iure ciuili.l.certum.§.si quis absentem.

sentem.ff.de confeßis. & hoc intellige, iuramento accedente.

¶ Secundus casus est, quando uerba non respiciunt confeßionem, sed acquisitionem: & tunc absenti non quaeritur seu extraneo. dicto cap. quanquam. Ex quo, talis acquisitio in eius persona non est fundata. dicta.l. quaecunque. & ratione istius text. casus est: quia quò ad absentem qui tunc non interuenit, non adfuit consensus, unde † uidetur esse simplex pollicitatio: ex qua, nõ oritur obli 229
gatio naturalis: secundùm Abbatem in cap. cum inter uniuersas, de electio. Et est cõmunis opinio, de qua per Moder. in rubrica. ff. de uerbo. obliga. Fallit ad pias caussas, secundum Baldum in.l. illud. in prima colum. C. de sacrosanc. ecclesijs. & per Abba. & Felynum, in praeallegatis locis. quo uerò ad iuramentum, tali casu non obligaret uersus tertium: secundum distinctionem, de qua in tertia ratione.

¶ Tertius casus est, respectu praesentis cui facta fuit promißio, quòd daretur tertio: & tunc quia oritur naturalis obligatio, competet † sibi remedium denunciationis euan 230
gelicae, ut firmant Butrius & Abbas, & Moder. in dicto procemio.

¶ Nec obstat, quòd imò deberet cõpetere actio, per cap. primum, supra de pactis: quia ex quo sua non interest, nulla ratio suadet, quòd competat sibi actio, ut per Angelum & Alexandrũ in dicto. §. alteri: secus est in denũciatione euangelij, quia saltem sua interest, ut frater eximatur à peccato in quod incidit propter naturalem obligationem. capit. nouit, supra de iudicijs. unde in casu quo naturalis

naturalis obligatio nō oriretur, de quo in.d.§.si quis insulam, nullum remedium penitus competeret: quod nota: quia Fely.in.d.c.si cautio, seipsum confundit.

¶ *Secundò ex prædictis infero ad quæstio. quotidianam, an donatio facta absenti, & stipulata per notarium nomine absentis cum iuramento, ualeat: dato quòd nō constet, donatarium eam nunquā ratificasse: ita quòd hæredes donatarij poßint eam ratificare.* Et primò uidebimus, quid quando est simpliciter facta donatio. Secundò, quid si iuramentum accesserit.

¶ *Circa primum, uidetur donationem ualere, & acquiri*
231 *ius absenti, etiam ante acceptationem: primò, † quia seruus acquirit domino absenti & ignoranti. l. qui absenti. ff. de donatio. ergo etiam notarius, qui æquiparatur seruo. l. ij. ff. rem pupilli sal. fore.* Bartol. *in. l. prima. §. huius studij. ff. de iusti. & iure.*

¶ *Secundò, quia acquisitiones quæ fiunt per legem, conferuntur etiam in absentes & ignorantes. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cer. peta. & .l. à* Titio. *ff. de furtis.* Bal. *in. l. 1. col. penul. C. per quas perso. nobis acquiri. sed acquisitio quæ fit mediante notario, qui stipulatur absenti, dicitur per legem fieri. glo.* Bal. Angel. & Alex. *in. l. 1. ff. de his qui sunt sui uel alieni iuris. unde notarius dicitur tanquam pica & organum: ut ibi declarat* Bald. & *in. l. nec enim. ff. de adoptio.*

¶ *Tertiò, facit doctrina* Bar. & Docto. *in. l. qui* Romæ. *§. flauius. ff. de uerb. obliga. ubi concludunt, quòd quan-*
232 *do in contractu est stipulatum aliquid tertio † per notarium, non est licita pœnitentia, ut declarant* Bal. *in. l. cum à socero.*

à socero.C.de iure dot. Areti.consil.lxxiiij. in tertio dubio.ergo sequitur,quòd illi sit statim quæsitum ius: aliâs liceret pœnitere.l.iij.ff.de seruis exportan.l. si pater filio.ff.de manumis.uindicta.

¶ Quartò facit:quia etiam si nõ quæreretur absenti,nisi constet de ratihabitione: tamen tale ius acceptandi uel ratificandi debet in hæredes transire.l.si fine.§. si procuratori.ff.rem rat.habe.& declarat Bar.in.l.bonorum.eo.titu.Signoro.de Homod.consi.xlviij.

¶ Et facit lex quoties.C. de donatio.quæ sub modo. ubi si donauerim † tibi centum,& post mortem tuam donem 233
Seio: mortuo Seio ante acceptationem, possunt hæredes ipsi acceptare.Et facit quod not.Comen.in.l.ij.§.si pecuniã.ff.de donatio.ubi,si tradatur aliqua res caussa donationis conditionalis,& conditio eueniat post mortẽ donatarij,perficitur donatio in personam hæredum.arg.§.ex conditionali.insti.de uerbo.obliga.& dicit esse singulare dictum:ergo idem dicendum in pura,quia non refert, an contractus fuerit conditionalis,& euenerit conditio,an à principio purus.l.fina.ubi Moder.ff.de uulga. & pupil. Et quòd statim quæratur absenti,est notabilis decisio do. Guido.pap.in.q.sua.xlix.&.q.ccxxij. ubi dicit ita fuisse iudicatum in consilio regio: quamuis nihil alleget quod faciat ad propositum:& ante eum idem uidetur uoluisse Bald.in.l. si quis emancipatum.C. de donatio. & Socy. consil.xc.in.vi.col. uersicu.secundò respondetur, in.iij. uolumi.& in consil.cxxv.in.ij.colum.

¶ Sed tamen contraria opinio est uerior: quia quicquid sit in seruo,notarius † cum sit libera persona,non acqui- 234
rit

rit directas domino, sed tantummodo utiles, ut est magis communis opinio in.l. stipulatio ista.§. si stipuler.ff. de uerbo.obliga.quæ probatur in.l.iiij.ff.rem pupil.sal.fore.ubi per notarium non quæritur ipso iure pupillo. & dato, quòd de consuetudine acquireret directas: non tamen sequitur, quòd acquirat alicui ante illius acceptationem, per regulam legis in omnibus rebus: ubi est casus. ff.de actio.& obliga.& .l.ea quæ ciuiliter, in uerbo uolentibus.ff.de acquirē.rerum domi.& .l.si ego.ff. de nego.gest.& .l.si communis, in fine.ff. de acquiren. possess. per Salice.*in.l.prima.C.eod.sicut uidemus, quòd etiam*
235 *quòd* Princeps *sit* † *publica persona, tamen eius beneficium non quæritur ante acceptationem.l.labeo.ubi* Do*cto.ff.de iureiur. & per* Areti.*in.l.si absenti.ff. de acquir.possess.*Cur.*cōsi.iiij.in fine, consi.lxv. incipiē. seriosa, col.iiij.* Idem *in beneficio collato ab* Episcopo. *capi. si tibi absenti: & ibi* Anchara. *in secundo notabi. de*
236 *præbend.in.*vi. Idem *uidemus in presbytero, qui* † *tanquam publica persona potest stipulari* Episcopo *: sed tamen illi non acquiritur ante acceptationem, ut not.* Hostien.*in capitu. dudum, de conuersione coniugato. & quod notat* Oldra. *consil.xxx.incipien. factum tale est, quædam &c.* Et *hanc opinionem tenent* Andre.*de* Pi*sis*, Guliel. *de* Cuneo, *& alij, quos refert* Alberi. *de*
237 Rosa.*in.l.non enim, in prima col.ff.de adoptioni.ubi dicit, quòd secūdum eos, notarius* † *acquirit absenti: si deinde suppleatur consensus per ratihabitionem.* Et *istud etiam uoluit* Ioan.Andreas *in additio.* Specula.*in titu.de cessio, actio.§.cōsequenter, in secunda columna, in additione*

tione incipien. Petrus de Cerialis, *in fine.ubi propriè figurat quæstionem in notario stipulãte pro absente. & idem sentit* Baldus *consilio.cc.incipien. uerba.in primo, columna secunda,uersicu.uel melius dicendum. & etiam in.l.nec ei.§.satisdatio.in.*VI*.quæstio. ff. de adoptionib. ubi si notarius stipuletur † pacem pro absente,non quæritur ius absenti, nisi ratum habeat intra tempus statutum.* Idem *tenet ange.consilio.lxxiij.incipien. quod dicta.*Paul.*de* Castro *consilio.cxcv.incipien. uisis his quæ narrantur,in.iiij.columna,in secundo,in nouißimis.* Socinus *in.l.prima.§.si iusserim.ff.de acquirend.posses.ubi refert quosdam* Modernos *in fortiori casu consuluisse.* Et *idem tenet etiam consilio.liij. in penultima columna; in quarto,consuluit* Decius *consilio.ccxxvi.incipien.magister* Ioannes*: ubi simpliciter allegat* Paul. *de* Castro*: & idem sequitur in.l. contractus. in quarta columna, ff.de regulis iuris.*Ex *quibus apparet hãc etiam esse cõmunem opinionem: & allegata in contrarium debent intelligi,quando sequuta esset ratihabitio.* 237

¶Non *obstat quòd deberet posse fieri acceptatio per hæredes: quia istud est falsum, ex quo res nõ dicitur amplius integra:argumen.l.bonorũ.ff.rem ratam habe. & probatur in.l.si ego.§.si res alicui.ff.de iure doti.* Et *ita respõdent* Paul.*de* Cast. *&* Decius *in loco supra allegato.*Sed *tu dic,quòd contractus prout sunt in fieri, & sic ante acceptationem,dicuntur † facti legis consilio.ff. de curato.furioso. & notatur in.l. prima. in principio.ff. de uerbo.obligatio. & ea quæ sunt facti, non transeunt* 238

ad hære

ad hæredes.l.prima.§.scæuola.ff.si quis testamēto liber. Cyn.in.l.prima.in.ij.q.Ç.de his qui ante aper.tab.Bald. Salice.& Alexand.in.l.emancipata.C.qui admitti. unde hæres ratum habere nō potest.l.iij.§.acquirere.ff.de bono.possess.per Dyn.in regula ratum,in penulti.q. Et ita intelligitur Barto.in.d.l.bonorum.

¶ Et facit quod notat idem Barto.in.l.si decem cum petiero.in fine.ff.de uerbo.obliga.ubi conditiones potestatiuæ respectu implementi ad hæredes nō trāseunt,quod est in casu nostro.Inest enim tacita cōditio,si acceptauerit,quæ est potestatiua,unde Cicero in Topicis ad Trebatium,nullā (inquit) donationem sine accessione intelligi posse:& in.d.l.quoties.ponitur casus specialis in secundo donatario,cui quæritur per legem statim,quod nō est in casu nostro, licet etiam possit ibi donans pœnitere, & actio non competat nisi contra primum donatarium, ut habetur in dicto.§.flauius.& dicit Guido papæ in.q.
239 cccccxij.quòd quæritur † solum ius personale,nō autem in rem:quod puto uerum & notandū ad materiam legis quoties.C.de rei uendicatio. & ita procederent,etiam si notarius stipulatus esset donatario & eius hæredibus. Intelligitur enim hæredibus stipulatus,quatenus à donatario prius acceptata esset.l.cum qui ita.§.te & Titium. ff.de uerbo.obliga.per Barto.in.l.stipulatio ista habere licere.§.si quis ita.in fin.eod.titu.Et facit quod not.Bal. in.l.iij.C.quibus ad liberta.proclamare.ubi per illū text. dicit,quòd quæ alicui donata sunt, eius contemplatione
240 donata † præsumuntur,non autem alterius,cui ex dispositione legis esset acquirendū.Et ista etiam uidetur fuisse uerisi

uerisimilis mens donantis, qui hæredes non agnoscebat, sed ipsum donatarium, propter cuius benemerita donauit: argumen. l. & ideo. ff. pro socio.

¶ *Circa secundum: quid iuris, quando iuramentum accessit? uidetur quòd debeat tũc quæri absenti: iuxta gl. præalleg. prima. q. vij. cap. quoties cordis. uel saltẽ quòd possit ratificari per hæredes.* Et *facit quod notant* Iacob. Butriga. Salic. & Moder. *in dicta auten. sacramenta, ubi uidentur uelle, quòd quãdo notarius* † *recipit iuramen-* 241
tum uice & nomine illorum quorum interest, tale iuramentum præiudicat, & quæritur ius omnibus. Et *facit ratio: cum enim iuramentum præstetur* Deo, *dicto. c. debitores, uidetur* Deus *recepisse ad utilitatem donatarij: unde debet transmitti ius etiam in hæredes.* In *cõtrarium facit textus in. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. ubi iuramentum parte absente & nemine acceptante pactum nõ præiudicat.* Et *in casu nostro ista opinio est uerior: quia etiam quòd iuramentum præstetur* Deo, *tamẽ sicut donatio tacitam habet cõditionem, si pars acceptauerit, ut supra uidimus: ita etiam eam iuramentum* † *ha-* 242
bere intelligitur. d. l. fin. C. *de non numera. pecu.* Nec *reperitur, quòd recipiatur à* Deo *in utilitatem hæredum, nisi quatenus à principali fuisset acceptatum.*

¶ Tertiò *infertur, nunquid pactum nudum iuramento confirmetur.* Et *domi.* Abbas *hic dicit, quòd non est dubium, per cap. primum, supra de pactis.* Sed *de iure ciuili, uidetur esse contrarium, per textum in dict. l. si quis pro eo. ubi* Bart. & *idem tenet* Bald. *in. l. prima.* C. *de operis liberto.* Ange. *in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis.*

Et uidetur cõmunior opinio: ut per Iasonem in.l. si quis maior. columna penultima. C. de trãsactionibus. licet dominus Antonius hic tenuerit oppositum, per legem iurisiurandi. ff. de operis libertorũ. ubi ponitur casus specialis, & ideo non trahendus ad consequentias: licet eãdem legem ad hoc allegauerit glo. institutio. quibus modis re contrahi. obligat. in glos. prima, in fine. Eandem opinionem tenuerunt Comen. & Roma. in. l. prima. in princip. ff. de uerborum obligationi. Raphaël consi. clxxxij. incipiente uisa copia, ad finem, Mathesila. notabi. xxxvi. not. regulam. Iason in. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. uersiculo undecimo fallit. ff. de pactis. Mouentur omnes per textum in dicta. l. si quis maior. ubi probatur, quòd ue-
243 *niens † cõtra pacta iurata, priuatur actione, & cogitur soluere pœnam: ergo talia pacta tam principalia quàm pœnalia fouebantur iuramento: quia aliâs nõ fuisset orta actio, dicto. §. sed cum nulla. Et per istud fundamentum idem etiam tenẽt Moder. in repetitio. dictæ. l. si quis maior, in. xxi. notabili. Sed ille textus nihil facit: quia quò ad ipsa pacta, nõ inducitur priuatio actionis orientis ex eis, sed eius actionis, super qua trãsactũ pacto est: ut satis innuunt uerba dictæ legis: & declarat ibi do. Alexan. Quò uerò ad pœnam, quicquid dicãt ibi Moder. impos-*
244 *sibile † est intelligere, quòd fomentetur iuramento. Ex quo tex. non loquitur, quando super pœna iuratum est, sed quando super principali, unde necessario intelligendus est, quando aliâs ex pœna agi posset, ut quia interuenisset stipulatio, unde concludo quòd de iure ciuili iuramentum regulariter nõ uestit pactũ: unde iure uerò canonico,*

nonico, licet Abbas dicat esse indubitatum, contraria tamen opinio posset teneri.

¶ *Non obstat quòd si ex simplici pacto hoc iure oritur actio. dicto cap. primo: quanto magis ex iurato: quia respondeo, quòd hæc ratio concludit solùm in foro canonico, unde in eo satis fateor agi posse, sed in foro ciuili non posse: in quo non habet locum regula primi. ut est textus in dicto. §. sed cum nulla. Et istud sentit Corneus in dicta autenti. sacramenta, quæst. xiiij. Iason in. l. iusiurandum quod ex conuen. in fine princip. ff. eodem.*

¶ *Non obstat alia ratio, quòd ex simplici iuramento de iure canonico oriatur actio: ut habetur in capitulo cum uenissent, de institu. & probatur in hoc textu, & in dicto capitulo quamuis, dum mandatur iuramentum seruari, quæ uerba important actionem. l. statuas. ff. de acquiren. rerum domi. quia respõdet Iason in. d. l. iusiurãdum. quòd imò ex quo uerba diriguntur ad Iudicem qui compellat subditos ad obseruationẽ iuramẽti, orietur actio, nisi Iudicis accedat officium: iuxta glos. & Docto. in. l. si soror. C. de collatio. Et ideo, † solum poterit agi in foro* 245 *canonico per denunciationẽ euangelicam: secundum eum, & malè: quia contra tex. in. c. ij. eo. titu. in. vi. undè quicquid dicat Iason, tene cõmunem opinionem: quam etiam sequitur Fely. in ca. i. in. ij. col. de pactis. quæ fundatur ratione concludenti. Nam si iuramentum confirmat cõtractum cui lex resistit, & facit, ut etiam in foro ciuili seruetur, ut in hoc textu, & in. d. c. ij. quanto magis confirmabit contractum, ubi lex non resistit, & ex quo naturalis oritur obligatio, sicut est pactum?*

effectum traditionis, ut donatio cõfirmaretur morte: cum
212 *aliàs confirmatio* † *non habeat locum, nisi re tradita.l.ij. ubi* Bal.C.*si quis alteri uel sibi.* Et *sufficit etiam ficta traditio, ut est glo.in.l.ij.ubi* Bald.C.*de dote cau.non numera.* & *per* Decium *in.d.consi.ccxxxix.* Et *ideo, cum morte donantis cõfirmetur donatio ista, quamuis iurata esset in legitimam computãda.l.etiam.§.sed si mortis.ff.de bonis liber.per* Bartolum *in.l.in quartam.ff.ad legem falcidiam.* & *quòd fratribus non esset conferẽda.l.ea demum.* C.*de collatio. quorum contrarium esset, si plenum effectum sumeret uiuente patre.* Nam *in legitimam nõ computaretur.l.si quando.§.fin.*C. *de inofficio.testamen.* & *fratribus esset cõferenda, ut nota.in autenti. ex testamento.*C.*de collatio.* & *per* Moder.*in.d.l.si frater à fratre.* & *hanc opinionem, quòd donatio non confirmetur iuramẽto, tenet etiam* Bal.*hic, in ultima col.ubi ampliat etiam*
213 *si pater iurasset* † *se recepisse certam pecuniam à mercatore ei dandã, quem mercator ipse designauerit,* & *mercator deinde patre mortuo, designet illius filiũ.* I*sta enim declaratio rètro trahitur per fictionem ad tempus contractus: quo tempore non ualuisset donatio propter patriam potestatem,* & *confeßio fuisset suspecta.l.qui testamentum.ff.de probatio.de quo hic per eum.*

¶ Q*uartò infertur ad casum contrarium: nunquid ualuit donatio filijfamilias collata in patrẽ si sit iurata?* & *casus est, quòd sic in dicto cap.quamuis.*I*lla enim renun-*
214 *ciatio* † *æquiparatur donationi.* & *idem tenet* Ioannes Andreas *in additio.Specula.titulo de testamen.§.primo. uersicu.pone filius:* & *dicit* Corne.*in dicta autenti.sacramenta.*

menta.q.xvij. quòd nihil obſtat, quin filius circa aduentitia non poßit ei donare, ſicut poſſet extraneo cum patris conſenſu.l.fin.§.filijs autem.C.de bonis quæ liberis.facit lex prima.C.de imponē.lucrati.deſcriptio.lib.x.Imo fortius tenet, quòd cum talis conſenſus non requiratur per uiam autoritatis, quòd etiam ſine iuramento talis donatio facta patri conſentienti, ualeret. Et idem *ſentiunt* Bald.*in.l.ſi quando.§.primo.C.de inoffi.teſtamen.*Ang. Raphaël Comen.Alex.*in.l.*1.*§. quæſitum fuit.ff.ad trebellia.*Cyn.Fulg.Paul.*de Caſt.& Moder.in.l.ſenium.*C. *qui teſtamen.facere poſ.Secus eſſet,ſi iſte conſenſus eſſet requiſitus ad integrandam domini perſonam, ut per* Barto.*in.l.fina.§.neceßitate.* C. *de bon.quæ libe.* Nam *tunc eſſet adhibendus in modum autoritatis,& nemo in ſuam utilitatem* † *autorari poteſt.l.fin.ff.de autorita.tuto.ubi* 215
Barto.*& quod not.*Butrius *in capit.cum conſuetudinis, ſuprà de conſuetudini.* Alexa[illegible].*conſil.*cvi.*in primo, & conſil.xxix.colum.penulti.in.iij.& melius per* Soci.*conſilio.xxiij.in quarto.& iſtud etiam eſt de mente* Ioannis Andreæ *in prædicto loco: dum reſpondet ad legem ſecundam.ff.de contrahen.emptio.quòd licet illa lex dicat nullum contractum inter patrem & filium tenere, debet intelligi* † *quò ad ciuilem obligationem.* Oritur *enim natu-* 216
*ralis, ut probatur in dicta.l.frater à fratre, & etiam quò ad aduentitia oriretur ciuilis: ſecundum ſupradicta.*Bal. *tamen conſil.cxiij.in ſecundo, ſentit quòd imò lex requirens conſenſum ſeu parabolam patris, intelligatur de autoritate. Sed puto eum non bene dixiſſe: quia ut etiam dicit* Raphaël *in dicto.§.quæſitum, cum filius cuius ætatis &*

tis & prudentiæ sit, debeat habere talem consensum patris, non potest dici illum requiri ad integrandam eius personam. Quod etiam satis uoluerunt Bart. & Docto. in l. fin. §. necessitate. C. de bonis quæ liberis. Et ista sunt utilia in actu practico: quando pater uendit aliquid, & emptor dubitans ne filius uenditoris iure hypothecæ maternæ eum molestet, uult etiam quod filius in contractu
217 interueniat cum consensu patris. Nam † cum pecunia numeretur patri, & sic in eius utilitatem cōtractus tendat: si requireretur cōsensus in uim autoritatis, nihil ualeret, dicta. l. prima. de autori. tuto. quod nota.

¶ Sextò infertur, an possint dari fideiussores pro dote conseruanda uel restituenda, & absq; iuramento. clarum
218 est † quod non. l. 1. & . ij. C. ne fideiusso. dot. den. cum iuramento uerò, Bart. in dicta. l. si quis pro eo. tenuit idem: quia lex resistit personæ. unde qui contrauenit, dicitur peccare, & iuramentum inducens peccatum non tenet, ut supra uidimus in tertio casu. Eandem opinio. tenet domi. Anto. quia ex tali fideiussione generatur caussa perfidiæ inter coniuges: dicta. l. secunda. Et ideo, iuramētum tanquam contra bonos mores non tenet. Et idem est de mente Bald. in repetitio. l. ij. colum. xlviij. uersicu. sed contra. ff. eodem.

¶ Contrarium tenent domi. Abbas, & Ioan. de Imo. hic, & Corneus in dicta autenti. sacramenta. q. xvij. uersi. iij. quia ista prohibitio uidetur esse iuris positiui: unde iuramento tollitur. Non enim directè propter hoc perfidia inter coniuges inducitur, sed occasionaliter. facit ca. per uestras, de donatio. inter uirum & uxo.

Nec

¶ Nec obstat ratio Bartoli: quia non est uerum, quòd contrauenien̄s dictæ prohibitioni peccet, ut supra uidimus in tertio casu, secundùm communem opinionem. Item lex non est prohibitiua in personam fideiussoris, sed in personam coniugis. Et ideo dicit Paul. de Cast. in. d. l. si quis pro eo. columna penulti. quòd fideiussor obligatur, licet poßit petere absolutionem † in odium uxoris, 219 quæ contra præceptum legis, fideiußionem recepit: argu. capit. debitores. supra eodem. Puto opinionem Bartoli esse ueriorem: quia ratio cur maritus non poßit compelli ad præstandū fideiussorem pro dote, uidetur respicere bonos mores: ne caussa perfidiæ in matrimonio generetur: quæ uerba uariè possunt exemplificari, & fortè ut maritus reperiret fideiussorem, & ne ab eo dos auferretur, aliqua dißimularet contra fidem coniugij: iuxta illud, Doctus spectare lacunar &c. Illud notandum est, Docto. illum textum intelligere, ut uxor non poßit fideiussorem à marito accipere, sed bene maritus poßit ab uxore accipere. l. cum dotis. ff. de iure dotium. Sed contra hanc opinionem est generalitas illius rubricæ. Item in capitulo Theodosia, sub illo titu. est lex expresse etiam prohibens marito accipere.

¶ Nec obstat dicta lex cum dotis: quia fideiussor ibi non præstabatur ab uxore, sed ab expromissore. Et hæc opinio mihi placet, propter idētitatem rationis, & propter regulam correlatiuorum, de quo in dicta. l. prima. de indicta uiduita. tollen. Cogita tamen: quia in practica non esset recedendum à communi.

¶ Septimò infertur, an ualeat pactum iuramento firmatum de nõ cedendo bonis: & consequenter, ut poßit capi personaliter pro debito: & uerior uidetur † opinio,
220 quòd ualeat: prout tenuit Butrius hic in tertio casu, Imo. in primo, Corne. in dicta auten. sacramenta. q. xvij. uersicu. septimo. & habetur in. l. alia. §. elegãter. ff. sol. matrimo. & tetigi supra in septimo casu. Quod intelligunt Doct. nõ procedere in quarto casu, quo sit notoria paupertas, & impoßibilitas soluẽdi: argumen. cap. cum quidam, supra eodem, & quod scribit Specula. titu. qui filij sint legiti. uersicu. sed pone. quod nota.

¶ Decimus casus & ultimus do. Abb. est, ut quando lex non absistit neq; resistit contractui, iuramentũ illi acce-
221 dens † confirmet cõtractum, & faciat ex eo oriri actionem. & idem tenet Bartol. in. d. l. si quis pro eo. in sexto casu, & est communis opinio scribentium: declarando ut per Bar. in. l. cum lex. ff. de fideiusso. & diffusè per Ioã. de Imo. hic in sexto casu.

¶ Ex hoc infertur primò ad stipulationẽ alteri factam, quæ de iure ciuili nõ tenet. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. oblig. huic si iuramentum accesserit, debet ualere, ut est glos. prima. q. vij. cap. quoties cordis. Et ista est cõmunis opinio, quam tenent Butri. Abb. & Imo. hic. Bald. in. l. nam & postea. §. iusiurandum. ff. eodem. Docto. cõmuniter in. d. l. si quis pro eo. & in auten. sacramenta. & in dicto. §. alteri.

¶ Pro qua opinione adducitur per Bartol. prima ratio:
222 quia † stipulatio alteri facta conualidatur per pœnam dicti. §. alteri. ergo etiam debet ualidari per iuramentum. Quod

Quod dictum non est uerum: nō enim ualidatur ipsa stipulatio. Nam non posset agi ad id quod est deductum in stipulatione, sed solummodo debet agi ad pœnam.

¶ Secūda ratio adducitur: quia ex tali stipulatione oritur saltem obligatio naturalis: ut ibi nota. & in.d.l. cum lex. ergo illa obligatio debet firmari per iuramētum.l.ut iurisiurandi.ff.de oper.lib. Ex qua rōne infertur, quòd ubi † obligatio naturalis nō oriretur, ut quia uerba pro- 223
missionis nullo modo respicerent præsentem, sed alterum: ut quia stipulatio est facta nō cōcipiendo uerba promissionis uersus cōtrahentem: iuxta glos. in.l. stipulatio ista. §. si quis insulam: & quæ ponunt Bart. Ange. & Doct. in.l. prima. ff. de pactis. tunc iuramentū nō confirmaret.

¶ Secundò infertur, quòd confirmatur obligatio quò ad ipsum stipulantem: quia respectu ipsius oritur obligatio naturalis: † non autem quò ad tertiū qui fuit absens, ut 224
habetur in.d.§.alteri. & ita expresse sentit Abbas hic.

¶ Tertia ratio adducitur: quia iuramentum præstatur Deo, cap. debitores. supra eodem, sed Deus supplet absentium præsentiam.l. properandū.§.cū autem. C. de iudicijs. ergo nihil refert, † quòd quis sit tertius uel absens. 225
Et ista ratio uidetur obstare prædictis illationibus, nisi dixeris, quòd poterit ille tertius agere, seu implorare officium Iudicis, ut iuramentum obseruetur, tanquam à Deo sit receptum, iuxta capit. debitores. supra eodem. Sed quia nō subest obligatio aliqua naturalis, fortè poterit concedi repetitio: ut ibi habetur, & in.l. prima. ff. de condictio. indebi. Nec obstat quòd subsit saltem respectu stipulatoris: quia ille posset exceptione repelli: quia sua

non intereſt.l.non ignoras.C. qui accuſa.non poſ.c. cum inter.primo,ſupra de electioni. In quo cogita: quia iſto modo communis opinio per indirectum ſubuerteretur: & ſic ſaluabitur opinio Baldi hic, & Roma. conſilio ccccxli.incipien.præſens inſtrumentum.in ultima colum na,Ioan. Faber in.§.ſi quis alij.inſtitu.de inutil.ſtipulatio.in.iij.colum.

226 ¶ Quarta ratio eſt,quia † in materia iuramenti attendimus ius canonicum,ut eſt tex.in cap.ſecundo.eod.titu. in.vi.ſed de iure canonico ualet ſtipulatio abſenti facta, & illi quæritur ius,ut eſt gloſ.in dicto cap.quoties cordis.cum concordan.per do.Fely.in capi.ſi cautio.in.viij. colum.uerſic.fallit ſecundo,ſupra de fide inſtrumen.& pluries conſuluit Corne.ut in conſil.cxiij.in primo:conſilio.ccxv.in ſecundo,conſil.ccxi.in tertio.

¶ Sed tu aduerte: quia iſtud dictum ſic generaliter non eſt uerum.Nam regula.d.§.alteri.procedit etiã ſecũdùm Canones,ut eſt caſus in cap.quanquam.de uſur.in.vi.dũ
227 exigitur publica perſona, & obligatio † debet ſumere initium à perſona cum qua contrahit.l.quacunque.ff.de actio.& oblig.Et firmãt do.Anchara.Abb. & Moder. in proœmio Gregoria.unde conſidera tres caſus.

¶ Primus eſt,quando quis confitetur abſente parte, & putarem iure canonico talem confeßionem probare, per gloſ.in.d.c.quoties cordis. Et ita procedũt allegata per
228 Fely.in.d.c.ſi cautio.Confeßio enim ius † nullũ tribuit, ſed iam inductũ probat.l.publia.ubi Paul.de Caſt.ff.depoſiti.Et ideo talis ꝓbatio debet tenere ex æquitate canonica: licet ſecus ſit de iure ciuili.l.certum.§.ſi quis abſentem.

sentem. ff. de confeßis. & hoc intellige, iuramento accedente.

¶ Secundus casus est, quando uerba non respiciunt confeßionem, sed acquisitionem: & tunc absenti non quæritur seu extraneo. dicto cap. quanquam. Ex quo, talis acquisitio in eius persona non est fundata. dicta. l. quæcunque. & ratione istius text. casus est: quia quò ad absentem qui tunc non interuenit, non adfuit consensus, unde † uidetur esse simplex pollicitatio: ex qua, nō oritur obligatio naturalis: secundùm Abbatem in cap. cum inter uniuersas, de electio. Et est cōmunis opinio, de qua per Moder. in rubrica. ff. de uerbo. obliga. Fallit ad pias caussas, secundum Baldum in. l. illud. in prima colum. C. de sacrosanc. ecclesijs. & per Abba. & Felynum, in præallegatis locis. quo uerò ad iuramentum, tali casu non obligaret uersus tertium: secundum distinctionem, de qua in tertia ratione. 229

¶ Tertius casus est, respectu præsentis cui facta fuit promißio, quòd daretur tertio: & tunc quia oritur naturalis obligatio, competet † sibi remedium denunciationis euangelicæ, ut firmant Butrius & Abbas, & Moder. in dicto procemio. 230

¶ Nec obstat, quòd imò deberet cōpetere actio, per cap. primum, supra de pactis: quia ex quo sua non interest, nulla ratio suadet, quòd competat sibi actio, ut per Angelum & Alexandrū in dicto. §. alteri: secus est in denūciatione euangelij, quia saltem sua interest, ut frater eximatur à peccato in quod incidit propter naturalem obligationem. capit. nouit, supra de iudicijs. unde in casu quo

naturalis

à socero.C.de iure dot. Areti.consil.lxxiiij. in tertio dubio.ergo sequitur, quòd illi sit statim quæsitum ius: aliâs liceret pœnitere.l.iij.ff.de seruis exportan.l. si pater filio.ff.de manumis.uindicta.

¶ Quartò facit: quia etiam si nō quæreretur absenti, nisi constet de ratihabitione: tamen tale ius acceptandi uel ratificandi debet in hæredes transire.l.si fine.§. si procuratori.ff.rem rat.habe.& declarat Bar.in.l.bonorum.eo. titu.Signoro.de Homod.consi.xlviij.

¶ Et facit lex quoties.C. de donatio.quæ sub modo. ubi si donauerim† tibi centum, & post mortem tuam donem 233
Seio: mortuo Seio ante acceptationem, poßunt hæredes ipsi acceptare.Et facit quod not.Comen.in.l.ij.§.si pecuniā.ff.de donatio.ubi, si tradatur aliqua res caussa donationis conditionalis, & conditio eueniat post mortē donatarij, perficitur donatio in personam hæredum.arg.§.ex conditionali.insti.de uerbo.obliga.& dicit esse singulare dictum: ergo idem dicendum in pura, quia non refert, an contractus fuerit conditionalis, & euenerit conditio, an à principio purus.l.fina.ubi Moder.ff.de uulga. & pupil. Et quòd statim quæratur absenti, est notabilis decisio do. Guido.pap.in.q.sua.xlix.&.q.ccxxij. ubi dicit ita fuisse iudicatum in consilio regio: quamuis nihil alleget quod faciat ad propositum: & ante eum idem uidetur uoluisse Bald.in.l. si quis emancipatum.C.de donatio. & Socy. consil.xc.in.vi.col. uersicu.secundò respondetur, in.iij. uolumi.& in consil.cxxv.in.ij.colum.

¶ Sed tamen contraria opinio est uerior: quia quicquid sit in seruo, notarius† cum sit libera persona, non acqui- 234

rit

rit directas domino, sed tantummodo utiles, ut est magis communis opinio in.l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de uerbo. obliga. quæ probatur in.l. iiij. ff. rem pupil. sal. fore. ubi per notarium non quæritur ipso iure pupillo. & dato, quòd de consuetudine acquireret directas: non tamen sequitur, quòd acquirat alicui ante illius acceptationem, per regulam legis in omnibus rebus: ubi est casus. ff. de actio. & obliga. & .l. ea quæ ciuiliter, in uerbo uolentibus. ff. de acquirẽ. rerum domi. & .l. si ego. ff. de nego. gest. & .l. si communis, in fine. ff. de acquiren. possess. per Salice. in.l. prima. C. eod. sicut uidemus, quòd etiam
235 *quòd Princeps sit† publica persona, tamen eius beneficium non quæritur ante acceptationem.l. labeo. ubi Docto. ff. de iureiur. & per Areti. in.l. si absenti. ff. de acquir. possess. Cur. cõsi. iiij. in fine, consi. lxv. incipiẽ. seriosa, col. iiij. Idem in beneficio collato ab Episcopo. capi. si tibi absenti: & ibi Anchara. in secundo notabi. de*
236 *præbend. in. vi. Idem uidemus in presbytero, qui† tanquam publica persona potest stipulari Episcopo: sed tamen illi non acquiritur ante acceptationem, ut not. Hostien. in capitu. dudum, de conuersione coniugato. & quod notat Oldra. consil. xxx. incipien. factum tale est, quædam &c. Et hanc opinionem tenent Andre. de Pisis, Guliel. de Cuneo, & alij, quos refert Alberi. de*
237 *Rosa. in.l. non enim, in prima col. ff. de adoptioni. ubi dicit, quòd secũdum eos, notarius† acquirit absenti: si deinde suppleatur consensus per ratihabitionem. Et istud etiam uoluit Ioan. Andreas in additio. Specula. in titu. de cessio. actio. §. cõsequenter, in secunda columna, in additione*

tione incipien. Petrus de Cerialis, in fine. ubi propriè figurat quæstionem in notario stipulãte pro absente. & idem sentit Baldus consilio. cc. incipien. uerba. in primo, columna secunda, uersicu. uel melius dicendum. & etiam in. l. nec ei. §. satisdatio. in. vi. quæstio. ff. de adoptionib. ubi si notarius stipuletur † pacem pro absente, non quæritur ius absenti, nisi ratum habeat intra tempus statutum. Idem tenet ange. consilio. lxxiij. incipien. quod dicta. Paul. de Castro consilio. cxcv. incipien. uisis his quæ narrantur, in. iiij. columna, in secundo, in nouissimis. Socinus in. l. prima. §. si iusserim. ff. de acquirend. posses. ubi refert quosdam Modernos in fortiori casu consuluisse. Et idem tenet etiam consilio. liij. in penultima columna, in quarto, consuluit Decius consilio. ccxxvi. incipien. magister Ioannes: ubi simpliciter allegat Paul. de Castro: & idem sequitur in. l. contractus. in quarta columna, ff. de regulis iuris. Ex quibus apparet hãc etiam esse cõmunem opinionem: & allegata in contrarium debent intelligi, quando sequuta esset ratihabitio. 237

¶ Non obstat quòd deberet posse fieri acceptatio per hæredes: quia istud est falsum, ex quo res nõ dicitur amplius integra: argumen. l. bonorũ. ff. rem ratam habe. & probatur in. l. si ego. §. si res alicui. ff. de iure doti. Et ita respõdent Paul. de Cast. & Decius in loco supra allegato. Sed tu dic, quòd contractus prout sunt in fieri, & sic ante acceptationem, dicuntur † facti legis consilio. ff. de curato. furioso. & notatur in. l. prima. in principio. ff. de uerbo. obligatio. & ea quæ sunt facti, non transeunt 238

ad hære

ad hæredes.l.prima.§.scæuola.ff.si quis testamēto liber. Cyn.in.l.prima.in.ij.q.C.de his qui ante aper.tab.Bald. Salice.& Alexand.in.l.emancipata.C. qui admitti. unde hæres ratum habere nō potest.l.iij.§.acquirere.ff.de bono.posses.per Dyn.in regula ratum,in penulti.q. Et ita intelligitur Barto.in.d.l.bonorum.

¶ Et facit quod notat idem Barto.in.l.si decem cum petiero.in fine.ff.de uerbo.obliga.ubi conditiones potestatiuæ respectu implementi ad hæredes nō trāseunt,quod est in casu nostro.Inest enim tacita cōditio,si acceptauerit,quæ est potestatiua,unde Cicero in Topicis ad Trebatium,nullā (inquit) donationem sine accessione intelligi posse:& in.d.l.quoties.ponitur casus specialis in secundo donatario,cui quæritur per legem statim, quod nō est in casu nostro, licet etiam possit ibi donans pœnitere, & actio non competat nisi contra primum donatarium, ut habetur in dicto.§.flauius.& dicit Guido papæ in.q.
239 ccccccxij.quòd quæritur † solum ius personale,nō autem in rem:quod puto uerum & notandū ad materiam legis quoties.C.de rei uendicatio. & ita procederent,etiam si notarius stipulatus esset donatario & eius hæredibus. Intelligitur enim hæredibus stipulatus,quatenus à donatario prius acceptata esset.l.cum qui ita.§.te & Titium. ff.de uerbo.obliga.per Barto.in.l.stipulatio ista habere licere.§.si quis ita.in fin.eod.titu.Et facit quod not.Bal. in.l.iij.C.quibus ad liberta.proclamare.ubi per illū text. dicit,quòd quæ alicui donata sunt, eius contemplatione
240 donata † præsumuntur,non autem alterius,cui ex dispositione legis esset acquirendū.Et ista etiam uidetur fuisse uerisi

uerisimilis mens donantis, qui hæredes non agnoscebat, sed ipsum donatarium, propter cuius benemerita donauit: argumen. l. & ideo. ff. pro socio.

¶ Circa secundum: quid iuris, quando iuramentum accessit? uidetur quòd debeat tūc quæri absenti: iuxta gl. præalleg. prima. q. vij. cap. quoties cordis. uel saltē quòd possit ratificari per hæredes. Et facit quod notant Iacob. Butriga. Salic. & Moder. in dicta auten. sacramenta, ubi uidentur uelle, quòd quādo notarius † recipit iuramentum uice & nomine illorum quorum interest, tale iuramentum præiudicat, & quæritur ius omnibus. Et facit ratio: cum enim iuramentum præstetur Deo, dicto. c. debitores, uidetur Deus recepisse ad utilitatem donatarij: unde debet transmitti ius etiam in hæredes. In cōtrarium facit textus in. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis. ubi iuramentum parte absente & nemine acceptante pactum nō præiudicat. Et in casu nostro ista opinio est uerior: quia etiam quòd iuramentum præstetur Deo, tamē sicut donatio tacitam habet cōditionem, si pars acceptauerit, ut supra uidimus: ita etiam eam iuramentum † habere intelligitur. d. l. fin. C. de non numera. pecu. Nec reperitur, quòd recipiatur à Deo in utilitatem hæredum, nisi quatenus à principali fuisset acceptatum.

241

242

¶ Tertiò infertur, nunquid pactum nudum iuramento confirmetur. Et domi. Abbas hic dicit, quòd non est dubium, per cap. primum, supra de pactis. Sed de iure ciuili, uidetur esse contrarium, per textum in dict. l. si quis pro eo. ubi Bart. & idem tenet Bald. in. l. prima. C. de operis liberto. Ange. in. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pactis.

Et uidetur cõmunior opinio: ut per Iasonem in.l. si quis maior. columna penultima. C. de trãsactionibus. licet dominus Antonius hic tenuerit oppositum, per legem iurisiurandi. ff. de operis libertorũ. ubi ponitur casus specialis, & ideo non trahendus ad consequentias: licet eãdem legem ad hoc allegauerit glo. institutio. quibus modis re contrahi. obligat. in glos. prima, in fine. Eandem opinionem tenuerunt Comen. & Roma. in.l. prima. in princip. ff. de uerborum obligationi. Raphaël consi. clxxxij. incipiente uisa copia, ad finem, Mathesila. notabi. xxxvi. not. regulam. Iason in.l. iurisgentium. §. sed cum nulla. uersiculo undecimo fallit. ff. de pactis. Mouentur omnes per textum in dicta.l. si quis maior. ubi probatur, quòd ue-
243 *niens † cõtra pacta iurata, priuatur actione, & cogitur soluere pœnam: ergo talia pacta tam principalia quàm pœnalia fouebantur iuramento: quia aliâs nõ fuisset orta actio, dicto. §. sed cum nulla. Et per istud fundamentum idem etiam tenẽt Moder. in repetitio. dictæ.l. si quis maior, in. xxi. notabili. Sed ille textus nihil facit: quia quò ad ipsa pacta, nõ inducitur priuatio actionis orientis ex eis, sed eius actionis, super qua trãsactũ pacto est: ut satis innuunt uerba dictæ legis: & declarat ibi do. Alexan. Quò uerò ad pœnam, quicquid dicãt ibi Moder. impos-*
244 *sibile † est intelligere, quòd fomentetur iuramento. Ex quo tex. non loquitur, quando super pœna iuratum est, sed quando super principali, unde necessario intelligendus est, quando aliâs ex pœna agi posset, ut quia interuenisset stipulatio, unde concludo quòd de iure ciuili iuramentum regulariter nõ uestit pactũ: unde iure uerò canonico,*

nonico, licet Abbas dicat esse indubitatum, contraria tamen opinio posset teneri.

¶ Non obstat quòd si ex simplici pacto hoc iure oritur actio. dicto cap. primo: quanto magis ex iurato: quia respondeo, quòd hæc ratio concludit solùm in foro canonico, unde in eo satis fateor agi posse, sed in foro ciuili non posse: in quo non habet locum regula primi. ut est textus in dicto. §. sed cum nulla. Et istud sentit Corneus in dicta autenti. sacramenta, quæst. xiiij. Iason in. l. iusiurandum quod ex conuen. in fine princip. ff. eodem.

¶ Non obstat alia ratio, quòd ex simplici iuramento de iure canonico oriatur actio: ut habetur in capitulo cum uenissent, de institu. & probatur in hoc textu, & in dicto capitulo quamuis, dum mandatur iuramentum seruari, quæ uerba important actionem. l. status. ff. de acquiren. rerum domi. quia respōdet Iason in. d. l. iusiurādum. quòd imò ex quo uerba diriguntur ad Iudicem qui compellat subditos ad obseruationē iuramēti, orietur actio, nisi Iudicis accedat officium: iuxta glos. & Docto. in. l. si soror. C. de collatio. Et ideo, † solum poterit agi in foro 245 canonico per denunciationē euangelicam: secundum eum, & malè: quia contra tex. in. c. ij. eo. titu. in. vi. undè quicquid dicat Iason, tene cōmunem opinionem: quam etiam sequitur Fely. in ca. i. in. ij. col. de pactis. quæ fundatur ratione concludenti. Nam si iuramentum confirmat cōtractum cui lex resistit, & facit, ut etiam in foro ciuili seruetur, ut in hoc textu, & in. d. c. ij. quanto magis confirmabit contractum, ubi lex non resistit, & ex quo naturalis oritur obligatio, sicut est pactum?

¶ Quartò infertur ad contractus innominatos, nunquid accedente iuramento ita confirmentur, ut ex eis statim
246 oriatur actio? Et sciendum est, quòd in eis † non oritur regulariter actio, nisi ei qui ex parte sua prius adimpleuit, nec sufficeret oblatio, ut est tex. ubi glos. in uerbo facio, in. l. iurisgentium, in princi. ff. de pactis. Et ratio est, propter eorum frigiditatem, ex quo lex eis non adsistit. Et ideo, ex solo pacto non agitur, & ei qui impleuit ante implementum alterius, licitum est pœnitere, ut declarat Barto. in. l. si pecuniam, in. ij. colum. ff. de condict. ob cau. uidendum est ergo si iuramentum accesserit, an ante implementum oriatur actio, & quæ, & an licita sit pœnitentia.

¶ Et circa primum, Corneus in dicta auten. sacramenta,
247 quæst. xiiij. in fine, concludit † quòd oriatur actio: quia licet contractus innominati sint magis debiles, quàm pacta nuda: ut est gl. in. l. petens, & habetur in. l. siue apud acta. C. de transactio. tamen illa debilitas fortificatur per iuramentum, cuius natura est, confirmare actus quibus lex non adsistit, ut supra uidimus. Ista opinio uidetur mihi dubia: quia aut ille qui uult agere, nondum impleuit, & iuramentum non debet operari, quòd sibi detur actio: ex quo, talis contractus tacitam habet conditionem si ex parte tua adimpleueris. cap. iij. supra eodem, cap. sequen. §. fina. declarat Baldus in. l. fina. C. de non numerata pecunia. aut iam adimpleuit ex parte sua: & tunc etiam circunscripto iuramento, posset agere: unde uidemus, quòd etiam de iure canonico, in tali contractu non oritur actio ante implementum, ut dicit Baldus in. l. cum quis.

quis.in.x.col.C.de iur.& facti ignoran.& in dicta.l.siue apud acta, ubi Moder. & per Socinum in repetitio. rub.ff.de uerb.oblig.in.iiij.colum.

¶ Circa secundum,glos.in dicta.l.si pecuniam, in uerbo necesse, uidetur uelle quòd accedente iuramento in tali contractu, non † est licitum pœnitere: & transeunt ibi 248
Moder. Pro quo facit: quia quamuis in pacto, per quod prorogatur iurisdictio Iudicis non sui, sit licita pœnitentia.l. si conuenerit.ff. de iurisdictione omnium iudicum. Si tamen accedat iuramentum, secus est: ut notant omnes in cap.primo, supra de iudicijs.unde infertur, quòd licet iuramentum non faciat † quem teneri in plus, facit tamẽ 249
obligari efficacius, ut ibi dicitur, & in simili, per Alex. in.l.prima.ff.de pactis.

¶ Intellige hanc conclusionem, quando ille qui adimpleuit, iurasset & uellet pœnitere: potest enim alius ex parte sua adimplere, & agenti ex capite pœnitẽtiæ excipere de iuramento: aliâs si ille qui recepit iuramentum, nõ adimpleuisset ex parte sua, iuramẽtum non operaretur: ex quo deficeret consensus.d.l.fina.& .d.cap.sequen.§.fin. Idem si alter contrahentium qui adhuc non adimpleuit, solum iurasset. Ille enim qui adimpleuit, nihilominus poterit † pœnitere: & repetendo, censebitur remittere iu- 250
ramentum: prout in sui fauorem est præstitum.cap. primo, supra eo.& cap.ij.de sponsa.per Docto.in.l. labeo. ff.eo. Et ita tolluntur quædam argumenta Ioan.de Imola quæ fecit contra hanc opinio.in.l.ij.§.sed & si quis.in ultima colum.ff.de donatio.

ΤΈΛΟΣ.

INCIPIT CONTI-NVATIO RVBRICAE DO. ANDREAE ALCIATI, DE PRAESCRI-PTIONI-BVS.

De *Præscriptio.* *Rubrica.*

CONTINVATVR *hæc rubrica, ut per Abbatẽ, Cum enim ſupra de exceptione ſit dictum, & quandoq; de iure præſcriptionis excipiatur, meritò de ea uidendum fuit. Quæ continuatio eſt ſatis dubia, quia nimis generalis.* Hoc enim attento, po*tuiſſent de pactis, de confeßis, de reſtitutione ſpoliato. de re iudicata, tituli ſubijci.* Ex quo, pleruq; *de talibus excipitur: ſed tamen ſaluari poteſt hæc cõtinuatio: ſic intelligendo, quòd cum ſuprà de exceptionibus dictum ſit:*
1 *& præſcriptio nihil aliud ſit, quàm † exceptio, quæ actioni in rem uel in perſonam propter poſſeßionem tẽporis à lege definiti obijcitur: de ea uidendum fuit.* Et ideo in. ff. *&.* C. *rubrica ponitur de exceptionibus & præſcriptionibus, quia præſcriptio omnem exceptionem perpetuam ſignificat, ut declaraui in capitu. ultimo incipien. diſpunctio. quæ tamen magis in ſpecie de ea intelligitur, quæ propter tempus obijcitur, ut infrà uidebimus.*

Primò,

¶ Primò, quærit Abbas quid sit præscriptio: & refert esse † quoddam ius ex tempore congruã autoritatem legum, & earum uim capiens, pœnam negligens, & finem litibus imponens. Quæ definitio fuit Ioan. Andr. in regula possessor, in mercuriali. Cum qua transeunt hic cæteri scribentes. 2

¶ Sed aduertendum est: quia ego puto, propriè loquendo, quòd præscriptio nõ dicatur de ipso iure acquisitiuo per possessionem: sed de ipsa exceptione ex eo oriente. Et ideo, iurisconsulti qui eleganter loquuti sunt, ita solent accipere, ut apparet in .l. prima. & .l. creditor. & in rubrica. ff. de diuersis & tẽporalibus præscriptionibus. & in rubrica. C. quibus nõ obijc. longi tempo. præscrip. licet ex Romanis pontificibus aliqui hoc non obseruauerint de possessore, unde cõsequẽs est, ut usucapio † propriè de ipso iure acquisitio dicatur, etiam in rebus immobilibus. l. iij. l. si fur. in fine. & .l. cum qui ædes. ff. de usucapioni. 3

¶ Sed exceptio oriens ex tali usucapione immobilium uel iurium, dicitur præscriptio. nec tex. in .l. ij. C. in quib. causis ces. longi temp. præscrip. quicquam urget in oppositum: quia ibi dubitatio non erat in ui uerborum, sed in tempore: quia aliqui uolebant seruum non præscribi, nisi longo tempore: textus dicit oppositum, quòd imò usucapio biennalis in eo locum habet: & credo quòd secundùm hanc opinionem, etiam senserũt antiqui definientes præscriptionem † esse exceptionem. quæ ex tempore substantiam capit, & actioni obijcitur, ut notat 4

 glos.

glos.xvi.q.iij.in summa.Et sequitur Goffredus in summa huius titu.& licet Ioan.Andre, & Abb.hic eam reprobent,tamen eorum fundamenta non urgent.

¶ Cum enim dicitur esse exceptionem ex tempore substantiam capientem,debet intelligi,quòd licita & à lege approbata sit:& sic,autoritas legis illi adsit:argumen.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudicata.l.nõ putauit.§.non quæuis.ff.de bono.possessio.contra tabu.& dum dicitur non poni in ea caussam finalem,quæ est ut lites finiantur,& dominia non sint in incerto.l.prima.ff.de usucapio.l.fina.ff.pro suo.Respõdetur non esse hoc necessarium ad definitionem,ut probatur in.l.iij.ff.de usucap.in.l.quinta.§.stipulatio.iũcta.l.stipulatio ista.§.alteri.ff. de uerbo.obliga.Et facit quod notat Bar.in.l.prima.ff.de appellatio.Satis enim est, quòd constet ex genere proprio & differentijs.l.prima.ubi nota.ff. de dolo. quod est in prædicta definitione.Et sic teneo hãc definitionem, quæ est uerior.

¶ Nam contra communem etiam obstat: quia est aliqua

5 præscriptio,quæ † pœnam negligentibus non infert: ut, quæ currit aduersus ignorantem.l.fin.ff.de præscriptio. longi tempo.& tamen in ignorante non cadit negligentia.cap.quia diuersitatem.de conceßio.preben.Abbas in cap.proximo,in ultimis uerbis: nisi capias negligentiam pro qualibet cessatione impropriè,ut declarat Paulus de Castro consi.ccxciij.incipien.uisis & ponderatis omnibus,& per do.Fely.hic.Sed tamen uidetur in definitionibus,quòd uerba debeant propriè & strictè intelligi.l.prima.ff.de testamen.de quo tamen per domi. Deciũ in

rubri.

rubri.supra de probatio.colum.iij.

¶ Item, contra hăc definitionē facit: quia exceptio præscriptionis † multis casibus nō impedit litis ingressum.l. emptor.C. de præscriptio.longi tempo. per Barto. in.l. fina.ff.pro suo.quam declarat Areti.consi.xcix.incipiēte.respondissem:ergo illa uerba,litibus finem imponens, non congruunt generaliter,quod est contra naturam definitionis.d.l.prima.ff.de dolo. 6

¶ Secundò, quærit Abbas, an præscriptio sit cōtra ius naturale,seu æquitatem naturalē.Et cōcludit,quòd simpliciter loquendo,non est contra æquitatem naturalem: licet non ex eo capite uideatur iniquum remediū: † quia non debet aliquis cum alterius iniuria locupletari.l.nam hoc natura.ff.de condi. indebi. Considerato tamen bono publico,ne dominia in incerto maneant,& ut pœna negligen.finis litibus imponatur:habet secum † æquitatem naturalem,ut concludit Ioan.Andr.in dicta regula possessor,& sequuntur hic Doct.& glos.ac Doct. in.l.ius generale,prima distinctione. 7 8

¶ Sed contra hanc conclusionem obstat textus in.§. habeat.in auten.ut ecclesia Romana,uersiculo impium remedium: & in uerbo improba tēporis allegatio,per textum dicit Bal.& Ange.in.l.prima.C.de præscrip.xxx. annorū.quòd arbiter † habens iudicare secundùm æquitatem,nō admittet exceptionem præscriptionis. & idem tenent Angel.& Imo.in.l.sequitur.§.si uiā.ff.de usucapionib. Roma.in rubrica.ff.de arbitris. columna prima, Lanfrancus in tractatu,de arbitris,in.xxv.quæstio.Corneus consi.cxlv.in secundo,& consilio.ccli.in.iij.Soci.in 9

A 5 consi,

consilio octogesimosexto, in penultima columna. Nec uidetur bona solutio domi. Felyni, dum post Imolam in capitulo finali, infra eodem, dicit quòd ille textus procedit in possessore malæ fidei: per illa uerba: ne tutus peccandi locus scientibus relinquatur, quia hoc dato, sequeretur quòd si quis fuisset bonæ fidei contra ecclesiam Roman. *quinquaginta annis præscripsisset, quod est contra mentem illius textus.*

¶ *Item illa uerba habēt dictionem implicatiuam seu argumentatiuam ibi, etiam scientibus.* Ex *qua apparet, rationem text. procedere, dato quòd præscribens nesciret, & sic non esset in mala fide.* Et *hoc probatur ex natura illius implificatiuæ, de qua habetur in. l. prima. ff. soluto matrimonio.* Nec *etiam bona uidetur solutio, quam sentit glos. in dicto. §. habeat. dum intelligit dictum remedium esse impium quò ad quid: scilicet habito solū respectu ad regulam, in. d. l. non hoc natura.*

¶ Nam *cum illa lex sit iuris ciuilis, & dicat iniquū esse tale præscriptionis remedium: debet generaliter intelligi, & de iure naturali & ciuili. argumen. l. ius ciuile. ff. de legibus. unde ego putarem quòd prædicta ratio deberet intelligi secundùm terminos dictæ autenti. ut sit im-*
10 *probum remediū aduersus ecclesiam: dato † enim quòd quis sit in bona fide, non tamen est æquum,* Prælatorum *negligentiam ecclesiæ nocere, ut habetur in. l. iubemus.* C. *de sacrosanc. ecclesijs.* Et *sic in eo casu cessat æquitas, quæ in præscriptione regulariter militat: meritò igitur talis exceptio censetur iniqua, unde apparet quòd prædicta decisio* Baldi, Angeli, *& sequaciū potest sustineri*

duobus

duobus casibus.

¶ Primus est, in præscriptione quæ ab eo opponitur, qui mala fide præscripsit: qui casus est indubitabilis: ex quo, etiam ubi ageretur de rigore, talis tamen exceptio non esset attendenda propter peccatum, capitulo finali, infra eodem.

¶ Secundus casus est; de præscriptione quæ obijceretur ecclesiæ uel cuilibet alij, qui propter negligentiam Rectoris, à re sua fuisset exclusus. Et ita loquitur dictus. §. habeat. Et in his casibus potest saluari quod notat Bartolus in l. si is qui pro emptore, in quarta columna. ff. de usucapionibus. Alioquin extra hoc casus, putarē has dictas decisiones non esse ueras: prout etiam tenuit Ludouicus Romanus consil. cxlix. circa primum; Aretinus in cap. dilecti, supra de iudicijs. Et Felyn. hic. Et hic deducitur tribus rationibus.

¶ Prima in † caussa dotis proceditur de bono & æquo. 11
l. iure succursum. ff. de iure dotium, & tamen in ea potest obijci præscriptio. lege in rebus. §. omnis. C. de iure dotium.

¶ Secunda, ius canonicum † innititur æquitati, capit. dilecti, supra de iudicijs, & cap. primo, supra de pactis. Et tamen approbat exceptionem præscriptionis, ut in toto hoc titulo. 12

¶ Tertia, forum conscientiæ est forum æquitatis & bonitatis, cap. nouit, supra de iudicijs. Baldus in capitu. cum caussam, supra de testibus. Et † tamen qui bona fide præscripsit in eo foro est tutus: dato quòd deinde superuenerit mala fides. xxxiiij. q. ij. cap. si uirgo. xiiij. q. vi. capitu. 13
si res.

si res: per Moder. hic, & Fely. in cap. si uigilanti, in fine, infra eodem.

¶ *Et ex his infertur ad id quod not. Soci. in dicto consil. lxxxvi. in penulti. colum. ubi concludit, quòd stante statuto, quòd poßidens rē pro sua per. xxx. annos, præscribat:*
14 *debet † fieri interpretatio, ut nihil addatur iuri cōmuni. Ex quo tale statutum inducens præscriptionem, dicitur esse iniquum, per dictum. §. habeat, & in statutis iniquis*
15 *fit interpretatio, ut nihil † operentur, ne aliquis locupletetur cum aliena iactura, ut per Barto. l. fin. §. in computatione. C. de iure deliberan. & in. l. omnes populi, in. vi. q. ff. de iusti. & iure. Nam dico, quòd imò tale statutum non est iniquum, nisi in prædictis duobus casibus.*

¶ *Tertiò, quærit Abbas, quid sit usucapio, & sequitur definitionem Iurisconsultorum in l. iij. ff. de usucapio. & concludit, quòd ibi definitur usucapio solum in specie sumpta, prout habet locum in rebus mobilibus tantùm, sed ista opinio Abbatis non est uera, & uidetur sibijpsi contradicere. Nam primò dicit, quòd ante Iustinianum, usucapio in rebus etiam immobilibus indifferenter dicebatur: quod probatur in multis legibus eius tituli, & suprà dixi: ergo illa definitio, cum sit ante Iustinianum facta, debet intelligi etiam de præscriptione. & ita etiam tenet domi. Azo, in summa eius tituli.*

¶ *Præterea uidetur quòd etiam Iustinianus non constituerit istam differentiam: quia ut probatur in. l. prima. de usucapio. trans for. & institu. de usucap. in princip. pro-*
16 *miscuè usucapionem † intelligit etiam in rebus immobilibus, & istud uidetur mihi uerius.*

Contra

¶ Contra prædictam definitionem arguunt Moder. dum dicitur, usucapio est acquirē.dominio, quòd nō sit bona: quia acquisitio ipsa est effectus usucapionis: & effectus debet † distare à sua caussa, sicut mater à filia.l.licet.§.ea obligatio.ff.de procurato. Et ista ratione in simili Bart. repræhendit definitionē Azonis in.l.prima.ff.de appellationi. & idem sentit Paulus de castro in dicta.l.iij. sed tu respōde, quòd usucapio, est dictio effectum significās: quia dicitur † usucapio, id est acquisitio per usum, id est possessionem. Meritò ergo fuit definienda. 17 18

¶ Secundò arguit Paulus de Castro, quia dicta definitio uidetur defectiua, ex quo in ea non fit mentio de titulo & bona fide: sine quibus non usucapimus: institutionib. de usucapionibus. in principio.l. quod uulgò.ff.pro emptore. sed responde, quòd titulus & bona fides † nō sunt propriè de substantia, nec eam immediatè inducunt, sed solùm possessio, unde uidemus, quòd defectus possessionis quādocunq; superueniens eam interrumpit.l.naturaliter.ff.de usucapioni. & non defectus bonæ fidei.l.iusto. §.& si possessionis.ff. eodem titulo. unde satis fuit ponere substantiam principalem ipsius usucapionis, non autem adminicula extrinseca, quamuis necessaria. Dum enim dicitur quòd est acquisitio, debet intelligi secundùm legitimum modum factum: ut diximus supra in prima quæstione. 19

¶ Quartò quæritur, an mediante usucapione quæratur dominium directum uel utile: & uidetur non acquiri. Nam dominium directum † oßibus inhæret prioris domini ex ratione naturali, unde ab eo siue eius uoluntate 20

separari

separari non debet.l.iij.ff.pro socio.Facit lex quis ergo, ubi glos.ff.de pecul. Et ista fuit ratio Ioan.Andr.in.d.regula possessor.

¶ In contrarium facit text.in.d.l.iij.dum dicit, quòd est acquisitio dominij:ergo intelligemus de directo.l.prima. §.qui in perpetuum.ff.si ager uectigal.peta.Item textus in.l.traditionibus.C.de pactis. dum dicitur traditiõibus, & usucapio.dominia rerum acquiri:nam sicut traditio-
21 *nibus directum † acquiritur dominium, ita etiam usucapionibus:per regulam legis,nam hoc iure.ff.de uulga.& ita tenet Abbas, & sequuntur cæteri in usucapione rerũ mobilium:& ista sit prima conclusio.*

¶ Secunda est, quòd in præscriptione longi temporis
22 *uel † etiam longißimi,accedente bona fide,quæritur utile dominium.*

¶ Tertia conclusio est, quòd in præscriptione triginta annorum uel etiam quadraginta si quis est in mala fi-
23 *de,non acquirit aliquod dominium,sed † solummodo exceptionem: & iste tres conclusiones sunt communiter approbatæ hic,& in.d.l.traditionibus. & in autenti.nisi.C.de bonis mater.*

¶ Circa primam conclusionem, uideretur quòd imò per usucapionem non transferatur directum dominium: quia cum non accedat consensus ueri domini, sequitur eam translationem fieri per legem,& nos habemus, quòd ubi lex contra regulas iuris,ueluti in casu nostro citra uolun-
24 *tatem domini transfert dominium: intelligitur † semper de utili,non de directo:gl.ubi Petrus,Cynus,Salicetus,in autentica donationẽ.C.de iure dotium. Doctores in.l.finali.*

nali. C. de sacrosanctis ecclesijs. declarat Aretinus in lege prima, in ultima columna. ff. de legatis primo. per Socinum in. l. prima. §. sublata. in ultimis uerbis. ff. ad Trebellianum.

¶ *Nec obstaret quòd lex dicat dominium acquiri: quia potest etiam uerificari in utili, secundùm subiectam materiam: ut in simili dicimus in libello, in quo quis agit ad dominium, de quo per* Bartolum *in. l. si mater. §. eãdem. in ultima columna. ff. de exceptio. rei iudicatæ. unde si ex usucapione non transferatur nisi utile, satis uerificantur dicta uerba: ut etiã apparet, institutionib. de usucapio. in principio, ubi glos. in uerbo dominium.* Et *suadetur hæc opinio ex dicta definitione in dicta. l. tertia. dum dicitur, quòd est acquisitio uel adiectio dominij. Illud enim uerbum adiectionis,* † *non refertur ad translationem* 25 *quæ fit à domino, sed ad acquisitionẽ extraordinariam. sicut uidemus in rubri. institutio. de eo cui liberta. causa bona addicun. unde etiam uidemus, quòd lex* Appinia*, quæ de prohibita usucapione rei furtiuæ lata est, usucapionem simpliciter appellat autoritatem, ut dicit* Aulus Gellius*, libro. xvij. & ita etiam appellat* Marcus Cicero *in* Topicis*, & fundum per autoritatem* † *usucaptum*, 26 *simpliciter antiqui appellabant possessionem, ut dicit* Festus Pompeius. *Et ideo, in. l. quæstio. ff. de uerbo. significatio.* Iurisconsultus *dicit possessionem iuris, proprietate ab agro differre: quia possessio est cuius proprietas ad nos non pertinet, & sic ibi capitur possessio pro fundo usucapto.* Licet Lauren. Valla *non intellexerit, et ideo, in iurisconsultum inuehatur.*

Circa

¶ Circa secundam conclusionem, ex tali præscriptione solummodo oriretur utile dominium: secundùm communem opinio. uidetur probari.

¶ Primò in.l. prima.§. cum prædium. ff. de pignori. Inducendo, ut ibi per Barto.

¶ Secundò in.l. super longi. C. de longi tempo. præscrip. ubi præscribenti competit exceptio. Et sic præsupponit actionem cōpetere priori domino. Ex quo apparet, quòd directum apud eum residet.

¶ Tertiò, per tex. in.l. si duo patroni.§. Iulianus. in uerbo utilem actionem. ff. de iureiurand.

¶ Quartò per tex. in.l. prima, in fine, de aqua pluuia arcenda. in uerbo utilem actionem: & ibi Barto. & est similis text. in.l. si quis diutino. ff. si serui. uendice. & .xvi. q. iij.§. potest. in uerbo utiliter uendicare.

¶ Quintò, quia tempus non est modus tollendi dominij, sicut nec obligationis.l. obligationum fere.§. placet. ff. de
17 actioni. & obligatio. ergo † præscriptio ex tali tempore oriens non debet auferre directum dominium.

¶ Sextò facit autoritas Barto. in.l.1. ff. de acquiren. pos
18 sessio. dum definit possessionem ciuilem esse aptam † producere ciuiles effectus respectu ueri dominij: & sic appellat dominium præscribentis uerum.

¶ Contrariam opinionem, quòd imò acquiratur directum, tenuit Marti. Floria. cum quo transeunt Petrus & Iacob. in dicta autent. nisi per illum textum, Ioan. Fabri, & domi. Christophorus Porcus, institu. de usucapio. in princip. pēr illum textum, ubi refert etiā Rapha. ita tenuisse, & idem etiam sentit Innocen. in cap. cæterum, supra de

pra de iudic. & Ioan. glos. xvi. q. iij. in summa. Archid. in capit. 1. de praescrip. in vi. & nouissimè aliqui Moder. in l. fina. per illum text. C. de edic. diui Adria. tollen. Pro qua opinione faciunt fundamenta quae supra adduxim prima conclusione.

¶ Item facit: quia secundùm domi. Azonem & antiquos in. d. l. iij. definitur usucapio immobiliũ, & tamen ibi dicitur acquiri dominium: nec bona ratio differentiae potest inter istos casus adduci: quamuis enim Docto. dicant usucapionem mobilium esse magis fauorabilem: istud tamen non bene probatur, & nihil concludenter infert ad translationem dominij utilis uel directi.

¶ Item probatur haec conclusio in. d. l. eum qui aedes. in uerbo, dominium, mutat. Et exponere dominium, id est, effectum dominij, est uiolare text. prout facit glos. Item pro hac parte adduco textũ. xvi. quaestione tertia. capit. clerici. ubi uidetur probari, quòd per praescriptionem acquiratur proprietas. unde necessariò intelligitur de directo dominio: ex quò utilis proprietas nõ reperitur: secundùm Alexand. post alios, in. l. si quis ui. §. differentia. in penul. col. ff. de acqui. posses.

¶ Confirmatur haec opinio ratione: nam qui patitur rem suam † possideri & praescribi, censetur illam alienare. 59 l. alienationis. ff. de uerb. signifi. quinimo magis consentit, quàm ille qui simpliciter alienat, secundùm Bar. in. l. filiusfamilias. §. diui. in ultima col. ff. de leg. 1. Sed alienãs expressè, transferret directum: ergo etiam idem in casu nostro. Quid dicendum? Articulus est disputabilis: & facile esset respondere rationibus hinc & inde adductis.

¶ *Sed nos, pro intelligentia, primò uideamus, quæ utilitas inde resultet: deinde uidebimus quid tenẽdũ. Et licet* Docto. *adducant quasdam utilitates: una tamen sola est communiter approbata: uidelicet, quòd si præscribens*
30 *acquirit solum utile dominiũ, sequitur* † *quòd prior dominus retineat directum, unde si res perueniret ad alias manus, quàm præscribentis, uel habentis caussam ab eo: posset eã uẽdicare, nec obtineret possessor de iure tertij, id est præscribẽtis, obijciens, ut declarant* Dy. *in di. regula possessor, do.* Abb. *& cæteri scribentes hic:* Areti. *in* l. *cùm seruum.* C. *de ser. fugiti. Si uerò præscribens acquireret directum, prior dominus non posset aliquo modo agere. Cùm enim duo non poßint esse domini directi eiusdem rei. l. si ut certo. §. si duobus uehiculum. ff. cõmoda.*
31 *sequitur,* † *quòd prior dominus suum directum amisit: & consequenter, funditus actione careret.*

¶ *Sed tu aduerte circa hunc effectũ: quia etiam si teneamus, per præscriptionem acquiri directũ, non tamen uidetur absurdum, quòd duo habeãt in eadem re dominiũ. alter ex autoritate legis, alter ex ratione naturali. arg. l. primæ.* C. *cõmu. de lega. sicut in simili uidemus, quòd dominium ex sola legis autoritate quæsitũ, & hypotheca*
32 *etiam in persona* † *eiusdem cõcurrunt. l. idemq;: ubi* Bar. *in. iij. opposi. ff. de pigno. l. fi.* C. *de sacrosan. eccle.* Alex. *&* Areti. *in. l. prima, in ulti. col. ff. de lega. 1.* Moder. *in. l. neq; pignus. ff. de regu. iur.*

¶ *Et ex hoc sequitur, quòd lex propter dominiũ naturale, quod non est omnino extinctum: quandoque ei qui*
33 † *præscripsit, dicat actionem utilem, quandoq; exce-*

ptionem

ptionem contra dominium dari: ut in praeallegatis iuribus.

¶ Nec obstat, quòd in usucapione rerum mobilium, nulla penitus actio superfit priori domino: quia illud non est propter fauorem usucapionis, ut dicunt Docto. sed alia ratione. In rebus enim mobilibus, necessariò praesupponimus † possessionem, propter quam usucaptum est habuisse initium ex uoluntate domini: quia aliàs inuito domino, res fuisset contrectata, & sic furtum commissum. unde propter uitium reale, usucapio non potuisset perfici. §. furtiue, institu. de usucapio. Cùm ergo res mobiles, domino uolente, fuerint contrectatae: dominium ex usucapione quaesitum, non est quaesitum simplici autoritate legis, sed etiam ex aliqua ratione naturali propter uoluntatem domini. Meritò ergo omne dominium ab eo aufertur: sicut etiam dicunt Docto. in praescriptione, quae currit scienti & patienti, in qua non est controuersia, quia directum dominium transfertur: secundum Bald. in dicta auten. nisi, & quod no. Ioan. Andr. in additio. Specula. in rubri. huius tituli. & probatur in. d. l. alienationis, de uerbo. significatio. & licet Imo. in capi. fina. in antepenulti. charta, infra eodem. pangat in contrarium: per text. in. l. fina. C. de praescrip. long. temp. tamẽ ad illum tex. respondent domi. Fely. & caeteri moderniores hic & in dicta. l. traditionibus. Et ex his apparet, quòd quicquid teneas in praedicto articulo, utilitas praedicta est certa, nec replicãda in dubium. 34

¶ Quò uerò ad determinationẽ: quòd uideatur praescribenti uerũ dominiũ acquiri: quia Bar. & Doct. in. d. l. 1.

C.de acquirẽ.possessio.hoc expressè tenent.Et quia defi- nitioni ueri dominij huic competit, de qua per Bart.in.l. si quis ui.§.differentia.ff.de acquiren.possessio.ubi dicit,
35 *dominium † esse ius perfectè de re corporali disponendi, nisi lege prohibeatur. Potest enim præscriptor perfectè disponere, nec dominus prior habet aliquod ius cõtra ha bentem caussam ab eo.l.si superatus:ubi no.ff.de pigno. probatur in.l.ij.per Bartolum.ff.de exceptio.rei iudi- ca.& per Docto.in capit.si quis in ius,infra de regulis iuris.in.VI.*

¶ *Confirmatur hæc opinio: Dominium enim est ius: &*
36 *nos habemus,quòd in his † quæ sunt iuris,lex disponens agit ex ueritate, non per fictionem,ut per Barto.in.l.si maritus.§.l.iuliæ.ff.de adulte.undè dato quòd dominium transferatur ex sola autoritate legis,est tamen uerum do minium. Et ideo tex.in.d.l.iij.ponens definitionem bene dicit usucapionem esse acquisitionem dominij, seu adie-*
37 *ctionem. Adiectio enim † ad actum ciuilem refertur: & sic,ibi definitur tam usucapio quàm præscriptio.Cùm igi tur uerum dominium inde quæratur, nõ est dubiũ, quòd in qualibet dispositione etiam odiosa appellatione domi- ni,is qui præscripsit,continebitur,per regulam.l.cum le-*
38 *ge,ubi Areti.ff.de testamen.Et sic cõcludo,quòd † domi nium quod à lege transfertur, est uerum & directum do minium:licet cõtra dominum naturalem lex dicat compe- tere utilem actionem.Sed respectu cuiuslibet alterius ni- hil differt à cæteris dominis directis. Et ita ego intelligo hanc materiam.*

¶ *Quid uerò,si statutũ disponeret,quòd ex præscriptio*

ne

ne dominium acquireretur? an tunc cessaret prædictus effectus, ita quòd prior dominus contra tertium agere nõ posset? Bar. in dicta.l.iij. uidetur sentire quòd sic, dum dicit quòd tunc quæritur directum, ut statutum aliquid addat iuri communi: argumen.l. si quando.ff. de leg. primo. Et cum eo ibi transeunt Docto. & etiam hic, & in dicta l. traditionibus.

¶ Sed tu aduerte: quia cùm Bart. non exprimat dictum effectum cessare, sed tantummodo acquiri directum: ego putarem eius opinionem ueram, quòd directum acquiratur, iuxta prædicta: non tamen cessare dictam utilitatem: quia, ut dixi, stat † simul, quòd quis sit dominus autoritate legis, alter uerò ex æquitate naturali: quæ æquitas non 39
impeditur à lege, nisi respectu præscribentis, uel habẽtis caussam ab eo. Nec obstat, quòd secundùm hanc opinionem, illud statutum parum operaretur ultra ius commune: quia respondeo, quòd imò operaretur: quia darentur præscribenti directæ actiones contra dominum.

¶ Item, stante tali statuto, præscriptio longi tẽporis procederet sine titulo: secũdum Bal. in.l.ij.C. de præscriptio. long. tempo. quæ pro libert. sequitur Roma. in.d.l.iij. Roma. Alex. & Moder. in.l. celsus, in primo notabi. eodem titu. unde cùm habeat talem effectum, satis est si ita intelligatur absq; eo, quòd ulterius intelligamus, deuiando à iure communi: secundum doctri. Imo. in.l. si uerò.§. de uiro. in.iiij.col.ff. solu. matr. & quia regula est generalis, quòd statuta † debẽt declarari secundum ius cõmune.l.ij. 40
C. de noxal. capi. cùm dilectus, de consuetudi. In quo puncto, dic ut hic per Fely. & in.c.1.col.ij. de rescrip. docto.

in.l.fina.§.in computatione.C.de iure deliberan. Abb.in cap.cùm caussam,col.fina.infrà de re iudica. Alex.consi.cij.incip.super eo.col.penul.consi.cvij.incip.uiso themate,col.penul.in.iij.consi.lxxxiij.incip.uisa facti,in.ij.col. in secundo.

¶ Quibus adde quod no.Bal.in.l.i.§.sed excipiuntur, in
41 fi.ff.de ferijs,ubi concludit,quòd licet † statuta declarentur secundum ius commune:si tamen statutum facit aliquas exceptiones à regula,non habebit locum ius commune,ut aliæ exceptiones ultra expressas admittantur: quia in casibus à statuto non exceptis,debemus stare statuto, non autem iuri communi.

¶ Ex quo,exceptio in quibusdã uidetur regulam in cæteris confirmare.l. Tribunus.§.ulti.ff.de testamen.milita. quod dictum uidetur esse dubium:per tex.in capi.ad audientiam,infra de cleri.non residen.illud constat illas exceptiones expressas secundum ius commune declarari, ut consuluit Bal.in consi.cclxxiij.incipien. supposito statuto,in.ij.do.Deci.consi.cclxxxiij.Et faciunt nota.in.l.ita nobis.C. de adulte.& per prædicta consului in statuto
42 prouinciali, quod admittit † nepotes in hæreditate aui materni, quò ad legitimam : nisi quando eius hæreditati renunciatum est:quod debet intelligi secundum ius cõmune,ut quando mater decessit,uiuente patre:eius renunciatio illis non obsit,ut habetur per Alex.in.l.pactum quod dotali.C.de collatio.

¶ Circa tertiam cõclusionẽ,quòd præscribenti per.xxx. uel.xl.annos cum mala fide solùm competat exceptio:ista conclusio est uera de iure ciuili:per tex.in dicta.l.si quis

emptio

emptionis.§.primo:& .xvi.q.iij.§.potest.Sed de iure canonico,non procedit. Ex quo,hoc † iure possessor malæ 43
fidei non præscribit.capitu.fina.infra eodem. Et ideo,nõ *potest neq; excipere.*Et tale ius etiam in foro ciuili propter euitandum peccatum,est seruandum: ut ibi nota. & in dict.regula possessor.

¶Et ex hoc infertur,an mediante præscriptione debiti, tollatur naturalis obligatio. In quo pũcto concluditur, quòd si præscriptio cucurrit cum mala fide: tunc dubium non est: non tolli neq; naturalem neq; ciuilem: iuxta prædictam conclusionem. Si † uerò cucurrit cum bona fide, 44
communis est opinio,quòd ciuilis perimitur,& naturalis redditur inefficax. Ita quòd soluenti competeret repetitio. Ex quo enim præscripsit cum bona fide, habet exceptionem fauorabilem. Et ideo,præscribens,† quocũq; 45
errore soluat,repetit.l.qui exceptionem.ff.de condi.inde.Et ita tenent Barto.& Paul.de Cast.in.l.fina.§.fina. ff.rem ratam habe.Bald.in.l.sicut.& in. l.omnes.C. de præscriptio.xxx.uel.xl.anno.& in.l.fina.col.quinta.C. de præscriptio.lon.tempo.Ange.in repeti.l.i.C.de iudi. Imo.in cap.fina.infrà eodem.Abb. & Moder.in capitu. ad aures,per illum tex.infra eodem.

¶Et pro hac parte facit text. in l.si quis postquam.ff. de fideiusso. ubi † obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor. 46
Et sic apparet obligationem naturalem,quæ alicuius utilitatis sit,nullã supereße: aliàs fideiussor illi accederet.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff. de fideiusso.Et inde etiã infertur,quòd cõtra † præscribentem non competeret denunciatio euãgelica. Ex quo, 47

naturalis obligatio quæ superest, est ineffectualis. Et ille qui præscripsit, cùm sit in bona fide, nõ peccat. Et ita tenet do. Abb. in di. cap. fina. in quinta col. & Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in uerbo per denũciationem. Et ista est cõmunis conclusio: secundùm quam consuluit Corne. in consi. clxxvi. in penul. col. in fine.

¶ Quam conclusionem intellige sanè, quando præscribens est in bona fide. Alioquin si sit in mala fide, est secus per supradicta. Et ideo in præscriptione actionum personalium raro posset habere locum hæc conclusio, cum principalis debitor sit in mala fide: & hæres teneatur eius conscientiam releuare. cap. serui. de sepultu.

48 ¶ Et sic perinde habetur, ac si † esset in mala fide, ut per domi. Abb. & alios, in capitu. ij. & in capitu. si diligenti, infra eod. & hoc tenet Bald. in auten. ad hæc, col. iij. C. de usur. & dicit Anto. in dicto cap. fina. prædictam conclusionem in personalibus solùm posse procedere in casu, in quo quis ignorans obligaretur alteri: ut quando quis obligatur ex facto procuratoris. Cùm enim esset in bona fide, cessaret peccatum, & sic tolleretur saltem in effectu obligatio naturalis. Et idẽ tenet Imol. in. l. sequitur. §. si uiam, in secunda col. ff. de usucapio. ubi reprobat opinionem Bart. ibi tenentis, quòd dictum cap. finale nõ habeat locum in actionibus personalibus: quæ opinio etiam communiter reprobatur in dict. capit. fina. & per Alexan. consi. xcix. incip. uidetur prima, in. iiij. & consi. li. incip. uideretur pro decisione, in quinta, & alibi sæpe. unde in casibus in quibus opinio Barto. sustinetur, ueluti in casu aliquarum limitationum, quæ ponuntur in dicto

capi.

cap.fina.posset etiam teneri, talem obligationem naturalem in personalibus nō operari: ueluti in actionibus † quæ 49
sui natura sunt temporales: sicut est actio quanti minoris, & redhibito. De quibus habetur insti. de perpet. & tempora. in princi. declarando tamen ut per Abb. in dict. cap. fina. in. iiij. col. Et hoc etiam tenet Pau. de Cast. in. d. l. fina. & in dicto. §. si uiam. Et uide Corne. qui aliqualiter aduersatur consi. cclı. in tertio.

¶ Quintò quærit Abb. an ualeat statutū non admittens creditorem ad agēdum post certum tempus: in quo puncto communis conclusio est quòd non: quia debitor cùm
† sit in mala fide non soluendo, non potest præscribere: 50
quia incideret in peccatum: dicto capi. fina. & .c. possessor. de re. iur. in. vı. Et ita latè disputauit do. Ant. in disputatio. incip. stante statuto municipali, cum multis cōcordan. per do. Fely. in. d. cap. fin. ubi etiam ponit multas solutiones, quæ in iure uix possunt sustineri.

¶ Fallit, quando statutum disponeret in casu in quo debitor esset in bona fide, uel præsumeret solutionem aut acceptilationem ex caussa rationabili, per quam tolleretur peccatum: aliàs non ualeret, quibuscunque uerbis loqueretur: secundùm Bald. in autenti. ad hæc, columna sexta. C. de usur. & do. Anto. in dicta disputatione. Abb. in capitu. quod clericis. in penulti. colum. de foro compe. Anchara. in di. regula possessor, in ultima char. Ange. de Areti. in. l. nemo potest. in fine. ff. de lega. ı. Sed difficultas est, in cognoscendo quæ sit iusta caussa talis statuti: solus enim temporis lapsus non sufficit. d. cap. fina.

¶ Et primò iusta caussa uidetur, qñ talis † præsumptio 51

induceretur contra fœneratores:cùm nõ esset uerisimile quòd ipsi tam diu tacuissent,nõ petendo creditum suum. Et ita not.Imo.in.l.quibus diebus.§.dominus.ff.de cõdi. & demon.cum concord.per Fely.in.d.c.fi.in.iij.falua, undè si pignus esset sufficiens pro usuris temporis introducti à statuto,secus putarem.

52 ¶ Secunda caussa mihi uidetur,quando † statutum non simpliciter induceret præscriptionẽ,sed diceret quod deberet stare iuramento debitoris,an esset debitor uel non. Nam tunc ultra tempus est etiam præsumptio oriens ex
53 sacramento.Nec est † uerisimile,quòd quis de facili peieret.l.1.ff.de iureiur.c.ij.de sponsa.unde si debitor esset talis,qui uerisimiliter dictum statutum peieraret,nõ haberet locum,ut si aliàs periurasset.argu.glos.in capitu. paruuli.xxij.q.v.uel esset uir malæ famæ, ut per glos.in cap.significasti.1.uersicu.si ita est.infra de homicid. & quod per eam no.Ias.in.l.pro hærede.in.iij.colum.ff.de acquir.hæredi.Bald.in simili,in.l.si quis ex argentarijs. §.1.ff.de eden.& in.l.directas.C.de testamen.manumis. Alexan.consi.cxiiij.in.ij.col.in quarto.

54 ¶ Tertia caussa esset,quando statutũ requireret † prius fieri proclamationem:& ea elapsa, intra certum tempus excluderet creditorem.argu.l.locorum. C. de omni agro deser.lib.xi.& l.si eo tempore.C.de remißio.pig. & quod no.Bart.in.l.rem quæ nobis.in ultima col.ff.de acquir.posses.Nam tali casu,tanquam res habeatur pro derelicta, præscribens acquirit directum dominium: ut dicit Iacob.in.l.traditionibus:alleg.Bar.in.l.cùm res,in secunda lectu.C.de collatio.

¶ *Sed ista conclusio, ita simpliciter intellecta non est uera: quia militat adhuc ratio peccati euitandi. unde non intelligas eam procedere respectu ueri debitoris: quia cum ipse sit † in mala fide, est in peccato: nec propter* 55
negligentiam creditoris potest sine peccato lucrari. argumen. c. locupletari. de regu. iur. in. vi. & per Ancha. *in d. cap. possessor.* Et *quòd sola proclamatio non sufficeret etiam firmat* do. Alexã. *in. d. l. rem quæ nobis: reprobata opinio.* Angel. *in. l. si uacantia. in. v. colum. per illum tex.* C. *de bon. uacan. lib. x.* Et *quod de principali dicitur, habet locum etiam in eius hærede, qui tenetur authoris sui conscientiam exonerare. capi. fina. de sepul. & habetur in cap. ij. infra eodem.* Roma. *consil. cci.* Alexan. *in dicto consil. lv. in. v. licet* Paul. *de cast. in. l. si quis sub conditione, in fine. ff. de conditio. institu. aliter senserit, & malè.*

¶ *Intelligenda ergo est, quando ultra negligentiam accederet † etiam aliqua colorata caussa, ex qua induceretur* 60
bona fides, ut in casu dicte. l. locorum uel priorum, ubi prædium erat tributarium & desertum. undè uerisimiliter nouus possessor potuit colere, cùm haberetur pro derelicto, & quòd nemo uellet illud colere. Idem *in casu dictæ. l. si eo tempore, ubi, quando creditor iure hypothecæ suæ rem uendit, si alij non comparent, sibi præiudicant quò ad eum qui est in bona fine.* Et *ille casus est singularis, ut dicit ibi* Iacobus Butri. *quem refert angelus consilio. cclxxxviij. incipiente, uiso pacto, in secunda colum. & habet in se æquitatem: tamen quia remanent saluæ actiones illorum creditorum negligentium*

gentium aduersus principalem.l.distractis.C. de pigno. tum quia per talem negligentiam nõ quæreretur ius non habenti, ut per Barto.in.l.fi.in ultima col.C.de edic.diui Adria.tollen.tum etiam quia ius ad eos negligentes principaliter non spectabat, alioquin debuissent in specie citari, ut declarat Barto.in.d.l.si eo. & per do.Alexan. in consi.clvi.incip.stantibus his, in.ij.uolu.Andre.Sicu.con si.xviij.col.iij.in primo uolu. Et quòd tali casu statutum ualeat propter præsumptam bonam fidem præscribentis, sequitur quòd si alia præsumptio sit in contrarium,
57 statutum non teneat, quia una † præsumptio aliam tollit.l.diuus.ff. de in integr.restitu. Et ideo cum statutum factis proclamationibus mandaret omnibus prætendentibus ius in re, ut comparerent: alioquin essent exclusi, & filius mortuo patre fecißet eius bona proclamari, di-
58 cebam † eum teneri satisfacere creditoribus, qui aliâs remanerent decepti, & exonerare conscientiam patris. Et licet negarent se eius hæredes, cum tamen illa bona ad eum nullo alio titulo pertinere possent quàm hæreditario, censeretur hæres, ut per doctrinam Bar.in.l.gerit, in v.col.uersic.ad secundum.ff. de acquir.hæredi. & quod habetur per eum in.l.licitatio.ff.de publi.in.l.1.in secunda opposi.ff.si quis omissa cau.testamen.

¶ Et idem putarẽ, etiã si ipse non posuisset ad proclama, sed alius dummodo ipse reperiretur in possessione. Præsumitur enim mala fides, seu fraus.l.si is qui bonis, ubi Bar.& doct.ff.de acqui.hæredi.l.si quis, uersi.& quod de subeunda.C.de natura.liber.per Iaco.rebuff.in.l.1.C. de colleg.& Cardi.patri.lib.xi.quod nota: quia hæc decisio

cisio est æquissima, & quò ad Deũ, & quò ad homines: licet multi improbi sub harum proclamationũ prætextu, damnent animam suam. Cætera dic ut in.d.c.fi.

¶ Sextò & ultimò quærit Abb. an præscriptioni possit per pactum renunciari. In quo puncto concludit Barto. in.l.nemo potest.ff.de leg.primo.quòd non: quia usuca= pio † & præscriptio decem uel uiginti annorum est in= 59
troducta propter bonũ publicum, ne dominia rerum sint in incerto.l.1.de usucapio.unde illi renunciari non potest: l.ius publicum.ff.de pact.

¶ Præscriptio uerò longissimi tẽporis, uidelicet †. xxx. 60
uel.xl.annorum est introducta in odium negligentis.cap. uigilanti, infra eo.unde non potest etiam illi renunciari.l. tamen.ubi glo.ff.ad Macedo.Et cum hac opinione trans= eunt communiter Docto.in.d.l.nemo potest. ubi per do. Alex. & per Feli.hic.Sed istæ rationes sunt dubiæ: non enim sequitur, lex dicit † usucapionem esse introductam 61
pro bono publico, ergo illi renunciari non potest.

¶ Nã omnes leges pro bono publico introductæ sunt.c. erit autem.iiij.distin.l.1.& .ij.de legib.Et tamen in eis lo cum habet renunciatio.l.si quis in conscribendo.C. de pa ctis. Sed tunc renunciatio non tenet, quando bonum pu= blicum læderetur principaliter, non autem modicè læde= retur per quandam consequentiam.l.seruum.§. publice. de procurato.§.etiam.§.fi. institu.de his qui sunt sui uel alie.iur. per Barto.in.l.1. in penul.col.in quarto casu.ff. solu.matrimo.

¶ Nam & in casu nostro, non uidetur lædi aliquo modo publicum bonum: quia dominium non remanet incertum:

Ex quo,

62 Ex quo, per tale pactũ † potest probari cuius sit: & sic, cessat ratio boni publici: imò plus offenditur publica utilitas per læsionem fidei, quæ oritur ex non obseruatione pacti. iuxta. l. 1. ff. de pact. & legem primam. ff. de constitu. pecu. quàm prosit illa certitudo dominij considerata per Iurisconsultum in. d. l. 1.

¶ Et ideo ista ratio prima non uidetur de iure uera, & contra eam etiam potest induci quòd not. Bart. dum uult posse renunciari præscriptioni introductæ in fauorẽ partis. arg. l. quod si nolit. §. si quid ita. ff. de ædil. edic. Nam
63 præscriptio † currens cum bona fide uidetur principaliter inducta in fauorem partis, non autem in fauorem publicum, ut etiam apparet ex doctrina Bart. in. d. l. 1. ff. solu. matrimo. Et ideo Abb. hic concludit, tali præscriptioni posse renunciari. Et idem tenent Ang. in. d. l. nemo potest. & etiam do. Felin. cum concordan. hic: & in. c. si diligenti. in. vi. colum. uersic. intellige primo. supra de foro competen.

¶ Nec etiam secunda ratio uidetur urgere: quia æquitas naturalis suadet contrarium. Si enim per pactum potest impediri usucapio fauorabilis secũdum prædicta, quantò magis debet impediri illa præscriptio quæ est odiosa: argu. ca. odia, de reg. iur. in sexto: præsertim, quia cessat ratio istius præscriptionis. Cum enim sit introducta in odiũ negligentis, iste nõ uidetur tali odio dignus, qui non fuit negligẽs: ex quo sciebat ius suum durare propter pactũ: & sic sibi prouiderat. argu. l. sicut. §. non uidetur. ff. qb. mod. pig. uel hypo. sol. & sic, non obstant nota. in. d. l. Tamen, quia ibi creditor erat in culpa graui, & dederat

caussam

caussam delicto, renũciatio filijfami. secum contrahentis non debet sibi prodesse, aliás esset reperta fraus senatusconsulto. Quæ omnia cessant in casu nostro. Et ista opi. in iure est uerior, & ante Bart. erat ab omnibus scribentibus approbata: secundùm Bald. in. d. l. nemo. & etiã post Bar. multi eam tenuerunt, út hic per Feli.

¶ Et ex his infertur ad quæstionem, nunquid ualeat pactum, ut liceat uenditori offerre, quandocunq; sine ulla tẽporis præscriptione pretiũ, & retro emere rẽ uẽditã.

¶ In quo puncto Ange. consilio. lv. incipien. Gulielmus, uidetur tenere † quòd non obstante tali pacto, habebit locum præscriptio. xxx. annorum. sequitur Ias. in. l. petens. C. de pact. l. si mater. C. de institut. & substitu. Fely. in cap. cum accessissent. col. xx. de constitu. & ante eos allegatur id consuluisse Bal. in consi. ccliiij. incipien. ad euidentiam. in secũdo. Imò fortius dicit Pet. de ancha. consilio. cccxxxij. incip. uisis, quod præscribatur in tali casu, termino decem annorum. sed opinio Ancha. non est probabilis, quia communis conclusio est, quòd tali iuri † nõ præscribatur citius, quàm per. xxx. annos per nota. in. l. cùm notissimi. §. 1. ubi Barto. C. de præscript. xxx. anno. Sed difficultas stat stante prædicto pacto, per quod actum sit, ne currat præscriptio: & quòd non currat, facit: quia cùm emptor promiserit semper & quandocunq; retrouendere, non debet posse præscribere: quia esset malæ fidei. dict. c. possessor. & . d. cap. fina. 64 65

¶ Et istud sentit hic in. d. l. nemo. & in. d. l. 1. dũ dicit qđ per tale pactũ impeditur præscriptio, saltẽ indirectè, ꝓpter malã fidẽ promissoris. Et licet aliqui Moder. uelint

respond

respondere huic fundamento, tamen in ueritate ego non uideo quomodo poßit bene responderi: & secundùm hanc opinionem consuluit Rapha. Fulgo. in consi. cxxiij. incipien. S. & P. ciues, & And. sicul. in consi. li. incipiē. scripsit, in prima par. colum. x. Et idem latè tenuit domi. Fabianus de monte in tracta. de emptio. & uenditio. in septima quæstione principali. uersicu. tertio quæro. & dicit domi. Ioan. de monte Ferra. in dicta. l. nemo, quòd ipse ita consuluit: licet nihil alleget, nec discutiat hunc articulum: & eandem opinionem etiam tenuerunt alii qui nouißimi in. d. l. petens, aliâs remaneret uenditor deceptus, qui non contraxisset absque hoc pacto. argumē. l. prima. §. magistrum. ff. de exerci. & hæc opinio tanquam æquißima est tenenda in practica: quæ confirmatur etiam ratione.

60 ¶ Nam non est æquum, quòd † currat præscriptio xxx. annorum huic uenditori, cùm ex negligētia currat, & iste uenditor non fuerit negligens, qui fortè non fecit sibi retrouendi: quia non habebat pretium, & sic, iusto impedimento impeditus fuit. l. ij. §. si quis in iudicio. ubi Bald. Alexand. & Moder. ff. si quis cautio. & quod nota. in cap. ex ratione. infra de appellatio. ubi non currit ipso iure tempus non appellanti propter inhabilitatem. De quo etiam per Guliel. de cun. in. l. præcipimus. §. super his. C. de appellatio. Mathesil. in notab. ultimo. Franciscus de Crema, in singu. cxxi. incipien. statuto cauetur, cum similibus.

¶ Et ex ista limitatione, habes primam fallentiam ad hanc regulam & communem conclusionem. Et predicta proce

cta procedunt, quando expresse conuentum est, ut nulla temporis praescriptio obstet. Sed quid si simpliciter dictum sit, quòd liceat semper uel quandocunq; offerre, uel in perpetuum? difficultatem facit: quia istae dictiones restringuntur, ut pro hoc praescriptio non censeatur exclusa: ut de dictione semper dicit Bald. *in.l.prima. per illum tex.ff.sol.matrimo.iuncta lege in rebus.§. omnis.C. de iure dotium. & probatur etiam in.l.cognitione.ff.ad senatusconsul.sillania.*

67 ¶ *Et idem uidetur † in dictione quãdocunq;: ut est glos. in.c.primo, in uerbo quandocunque: de feudo dato in uicem legis commisso. Et de dictione perpetuò, quòd non excludat praescriptionem: est text.in.l. praetor ait.§. hoc interdictum perpetuò.ff.de noui oper.nũcia. & glos.in l.1.ff.pro socio. & melius institu.de perpe. & tempo.in rubro & in nigro. Et ita dicit* Baldus *se obtinuisse in.d.l. quòd si nolit.§.si quis ita. licet* Barto. & Hugo. *essent in cõtraria opinio. secundùm eum, quem refert & sequitur* Ludoui.Roma. *in.d.l.prima.ff.de usucap. Et idem tenuerunt* Angel. *in.d.consil.lv. &* Petrus de Ancha. *in dicto consi.cccxxxij.*

¶ *Sed tamen mihi placet contraria opinio, quòd imò ista uerba habeãt hunc effectum, ut excludant praescriptionem, per tex.in.d.l.1.ibi: ne dominia rerum semper in incerto &c. & in.d.§.si quid ita. ꝑpria enim natura horum est. Et ideo, crederem dictam opinionem* Bartol. & Hugo. *fuisse ueriorem: quam etiam tenuerũt* Fulgo. Andreas Siculus, domi.Fabia. & Ioannes de monte Ferra. *in praeallegatis locis, non constituentes † differentiam, an* 68

C.de acquirē.possessio.hoc expressè tenent.Et quia definitioni ueri dominij huic competit, de qua per Bart.in.l. si quis ui.§.differentia.ff.de acquiren.possessio.ubi dicit,
35 dominium † esse ius perfectè de re corporali disponendi, nisi lege prohibeatur. Potest enim præscriptor perfectè disponere, nec dominus prior habet aliquod ius cōtra habentem caussam ab eo.l.si superatus:ubi no.ff.de pigno. probatur in.l.ij.per Bartolum.ff.de exceptio.rei iudica.& per Docto.in capit.si quis in ius,infra de regulis iuris.in.vi.

¶ Confirmatur hæc opinio: Dominium enim est ius: &
36 nos habemus,quòd in his † quæ sunt iuris,lex disponens agit ex ueritate, non per fictionem,ut per Barto.in.l.si maritus.§.l.iuliæ.ff.de adulte.undè dato quòd dominium transferatur ex sola autoritate legis,est tamen uerum dominium. Et ideo tex.in.d.l.iij. ponens definitionem bene dicit usucapionem esse acquisitionem dominij, seu adie-
37 ctionem. Adiectio enim † ad actum ciuilem refertur: & sic,ibi definitur tam usucapio quàm præscriptio.Cùm igitur uerum dominium inde quæratur, nō est dubiū, quòd in qualibet dispositione etiam odiosa appellatione domini,is qui præscripsit,continebitur,per regulam.l.cum le-
38 ge,ubi Areti.ff.de testamen.Et sic cōcludo,quòd † dominium quod à lege transfertur, est uerum & directum dominium:licet cōtra dominum naturalem lex dicat competere utilem actionem.Sed respectu cuiuslibet alterius nihil differt à cæteris dominis directis. Et ita ego intelligo hanc materiam.

¶ Quid uerò,si statutū disponeret,quòd ex præscriptione

ne dominium acquireretur? an tunc cessaret prædictus effectus, ita quòd prior dominus contra tertium agere nõ posset? Bar. *in dicta.l.iij.uidetur sentire quòd sic, dum dicit quòd tunc quæritur directum, ut statutum aliquid addat iuri communi: argumen.l.si quando.ff.de leg.primo.* Et *cum eo ibi transeunt* Docto. & *etiam hic, & in dicta l.traditionibus.*

¶ *Sed tu aduerte: quia cùm* Bart. *non exprimat dictum effectum cessare, sed tantummodo acquiri directum: ego putarem eius opinionem ueram, quòd directum acquiratur, iuxta prædicta: non tamen cessare dictam utilitatem: quia, ut dixi, stat* † *simul, quòd quis sit dominus autorita* 39 *te legis, alter uerò ex æquitate naturali: quæ æquitas non impeditur à lege, nisi respectu præscribentis, uel habẽtis caussam ab eo.* Nec *obstat, quòd secundùm hanc opinionem, illud statutum parum operaretur ultra ius commune: quia respondeo, quòd imò operaretur: quia darentur præscribenti directæ actiones contra dominum.*

¶ *Item, stante tali statuto, præscriptio longi tẽporis procederet sine titulo: secũdum* Bal. *in.l.ij.* C. *de præscriptio. long. tempo. quæ pro libert. sequitur* Roma. *in.d.l.iij.* Roma. Alex. & Moder. *in.l.celsus, in primo notabi. eodem titu. unde cùm habeat talem effectum, satis est si ita intelligatur absq; eo, quòd ulterius intelligamus, deuiando à iure communi: secundum doctri.* Imo. *in.l.si uerò.§.de uiro.in.iiij.col.ff.solu.matr.* & *quia regula est generalis, quòd statuta* † *debẽt declarari secundum ius cõmune.l.ij.* 40 C. *de noxal.capi.cùm dilectus, de consuetudi.* In *quo puncto, dic ut hic per* Fely. & *in.c.1.col.ij.de rescrip.docto.*

in.l.fina.§.in computatione.C.de iure deliberan. Abb.in cap.cùm caussam,col.fina.infrà de re iudica. Alex.consi. cij.incip.super eo.col.penul.consi.cvij.incip.uiso themate,col.penul.in.iij.consi.lxxxiij.incip.uisa facti,in.ij.col. in secundo.

¶ Quibus adde quod no.Bal.in.l.1.§.sed excipiuntur, in
41 fi.ff.de ferijs,ubi concludit,quòd licet † statuta declarentur secundum ius commune:si tamen statutum facit aliquas exceptiones à regula,non habebit locum ius commune,ut aliæ exceptiones ultra expressas admittantur: quia in casibus à statuto non exceptis,debemus stare statuto, non autem iuri communi.

¶ Ex quo,exceptio in quibusdã uidetur regulam in cæteris confirmare.l. Tribunus.§.ulti.ff.de testamen.milita. quod dictum uidetur esse dubium:per tex.in capi.ad audientiam,infra de cleri.non residen.illud constat illas exceptiones expressas secundum ius commune declarari, ut consuluit Bal.in consi.cclxxiij.incipien. supposito statuto,in.ij.do.Deci.consi.cclxxxiij.Et faciunt nota.in.l.ita nobis.C. de adulte.& per prædicta consului in statuto
42 prouinciali, quod admittit † nepotes in hæreditate aui materni, quò ad legitimam : nisi quando eius hæreditati renunciatum est:quod debet intelligi secundum ius cõmune,ut quando mater decessit,uiuente patre:eius renunciatio illis non obsit,ut habetur per Alex,in.l.pactum quod dotali.C.de collatio.

¶ Circa tertiam cõclusionẽ,quòd præscribenti per.xxx. uel.xl.annos cum mala fide solùm competat exceptio:ista conclusio est uera de iure ciuili:per tex.in dicta.l.si quis

emptio

emptionis.§.primo:& .xvi.q.iij.§.potest.Sed de iure canonico,non procedit. Ex quo,hoc † iure possessor malæ 43
fidei non præscribit.capitu.fina.infra eodem. Et ideo,nõ *potest neq; excipere.*Et *tale ius etiam in foro ciuili propter euitandum peccatum,est seruandum: ut ibi nota.& in dict.regula possessor.*

¶Et *ex hoc infertur,an mediante præscriptione debiti, tollatur naturalis obligatio.* In *quo pũcto concluditur, quòd si præscriptio cucurrit cum mala fide: tunc dubium non est: non tolli neq; naturalem neq; ciuilem: iuxta prædictam conclusionem.* Si † *uerò cucurrit cum bona fide,* 44
communis est opinio,quòd ciuilis perimitur,& naturalis redditur inefficax. Ita *quòd soluenti competeret repetitio.*Ex *quo enim præscripsit cum bona fide, habet exceptionem fauorabilem.*Et *ideo,præscribens,* † *quocũq;* 45
*errore soluat,repetit.l.qui exceptionem.ff.de condi.inde.*Et *ita tenent* Barto.& Paul.*de Cast.in.l.fina.§.fina. ff.rem ratam habe.*Bald.*in.l.sicut.& in.l.omnes.*C. *de præscriptio.xxx.uel.xl.anno.& in.l.fina.col.quinta.*C. *de præscriptio.lon.tempo.*Ange.*in repeti.l.i.*C.*de iudi.* Imo.*in cap.fina.infrà eodem.*Abb. & Moder.*in capitu. ad aures,per illum tex.infrà eodem.*

¶Et *pro hac parte facit text. in l.si quis postquam.ff. de fideiusso. ubi* † *obligationi præscriptæ non potest accedere fideiussor.* Et *sic apparet obligationem naturalem,quæ alicuius utilitatis sit,nullã supereße: aliàs fideiussor illi accederet.l.fideiussor obligari.§.fideiussor.ff. de fideiusso.*Et *inde etiã infertur,quòd cõtra* † *præscribentem non competeret denunciatio euãgelica.* Ex *quo,* 46 47

naturalis obligatio quæ superest, est ineffectualis. Et ille qui præscripsit, cùm sit in bona fide, nõ peccat. Et ita tenet do. Abb. in di. cap. fina. in quinta col. & Bart. in extrauagan. ad reprimendum, in uerbo per denũciationem. Et ista est cõmunis conclusio: secundùm quam consuluit Corne. in consi. clxxvi. in penul. col. in fine.

¶ Quam conclusionem intellige sanè, quando præscribens est in bona fide. Alioquim si sit in mala fide, est secus per supradicta. Et ideo in præscriptione actionum personalium rarò posset habere locum hæc conclusio, cum principalis debitor sit in mala fide: & hæres teneatur eius conscientiam releuare. cap. serui. de sepultu.

48 ¶ Et sic perinde habetur, ac si † esset in malà fide, ut per domi. Abb. & alios, in capitu. ij. & in capitu. si diligenti, infra eod. & hoc tenet Bald. in auten. ad hæc, col. iij. C. de usur. & dicit Anto. in dicto cap. fina. prædictam conclusionem in personalibus solùm posse procedere in casu, in quo quis ignorans obligaretur alteri: ut quando quis obligatur ex facto procuratoris. Cùm enim esset in bona fide, cessaret peccatum, & sic tolleretur saltem in effectu obligatio naturalis. Et idẽ tenet Imol. in. l. sequitur. §. si uiam, in secunda col. ff. de usucapio. ubi reprobat opinionem Bart. ibi tenentis, quòd dictum cap. finale nõ habeat locum in actionibus personalibus: quæ opinio etiam communiter reprobatur in dict. capit. fina. & per Alexan. consi. xcix. incip. uidetur prima, in. iiij. & consi. li. incip. uideretur pro decisione, in quinta, & alibi sæpe. unde in casibus in quibus opinio Barto. sustinetur, ueluti in casu aliquarum limitationum, quæ ponuntur in dicto capi.

cap.fina.posset etiam teneri, talem obligationem naturalem in personalibus nõ operari: ueluti in actionibus † quæ sui natura sunt temporales: sicut est actio quanti minoris, & redhibito. De quibus habetur insti. de perpet. & tempora. in princi. declarando tamen ut per Abb. in dict. cap. fina. in. iiij. col. Et hoc etiam tenet Pau. de Cast. in. d. l. fina. & in dicto. §. si uiam. Et uide Corne. qui aliqualiter aduersatur consi. ccli. in tertio. 49

¶ Quintò quærit Abb. an ualeat statutũ non admittens creditorem ad agẽdum post certum tempus: in quo puncto communis conclusio est quòd non: quia debitor cùm † sit in mala fide non soluendo, non potest præscribere: quia incideret in peccatum: dicto capi. fina. & c. possessor. de re. iur. in. vi. Et ita latè disputauit do. Ant. in disputatio. incip. stante statuto municipali, cum multis cõcordan. per do. Fely. in. d. cap. fin. ubi etiam ponit multas solutiones, quæ in iure uix possunt sustineri. 50

¶ Fallit, quando statutum disponeret in casu in quo debitor esset in bona fide, uel præsumeret solutionem aut acceptilationem ex caussa rationabili, per quam tolleretur peccatum: aliâs non ualeret, quibuscunque uerbis loqueretur: secundùm Bald. in autenti. ad hæc, columna sexta. C. de usur. & do. Anto. in dicta disputatione. Abb. in capitu. quod clericis. in penulti. colum. de foro compe. Anchara. in di. regula possessor, in ultima char. Ange. de Areti. in. l. nemo potest. in fine. ff. de lega. I. Sed difficultas est, in cognoscendo quæ sit iusta caussa talis statuti: solus enim temporis lapsus non sufficit. d. cap. fina.

¶ Et primò iusta caussa uidetur, qñ talis † præsumptio 51

¶ Sed ista conclusio, ita simpliciter intellecta non est uera: quia militat adhuc ratio peccati euitandi. unde non intelligas eam procedere respectu ueri debitoris: quia cum ipse sit † in mala fide, est in peccato: nec propter 55
negligentiam creditoris potest sine peccato lucrari. argumen. c. locupletari. de regu. iur. in. vi. & per Ancha. in d. cap. possessor. Et quòd sola proclamatio non sufficeret etiam firmat do. Alexã. in. d. l. rem quæ nobis: reprobata opinio. Angel. in. l. si uacantia. in. v. colum. per illum tex. C. de bon. uacan. lib. x. Et quod de principali dicitur, habet locum etiam in eius hærede, qui tenetur authoris sui conscientiam exonerare. capi. fina. de sepul. & habetur in cap. ij. infra eodem. Roma. consil. cci. Alexan. in dicto consil. lv. in. v. licet Paul. de cast. in. l. si quis sub conditione, in fine. ff. de conditio. institu. aliter senserit, & malè.

¶ Intelligenda ergo est, quando ultra negligentiam accederet † etiam aliqua colorata caussa, ex qua induceretur 56
bona fides, ut in casu dicte. l. locorum uel priorum, ubi prædium erat tributarium & desertum. undè uerisimiliter nouus possessor potuit colere, cùm haberetur pro derelicto, & quòd nemo uellet illud colere. Idem in casu dictæ. l. si eo tempore, ubi, quando creditor iure hypothecæ suæ rem uendit, si alij non comparent, sibi præiudicant quò ad eum qui est in bona fine. Et ille casus est singularis, ut dicit ibi Iacobus Butri. quem refert angelus consilio. cclxxxviij. incipiente, uiso pacto, in secunda colum. & habet in se æquitatem: tamen quia remanent saluæ actiones illorum creditorum negligentium

gentium aduersus principalem.l.distractis.C. de pigno. tum quia per talem negligentiam nō quæreretur ius non habenti, ut per Barto.*in.l.fi.in ultima col.*C.*de edic.diui* Adria.*tollen.tum etiam quia ius ad eos negligentes principaliter non spectabat, alioquin debuissent in specie citari, ut declarat* Barto.*in.d.l.si eo.* & *per do.*Alexan. *in consi.clvi.incip.stantibus his, in.ij.uolu.*Andre.Sicu.*con si.xviij.col.iij.in primo uolu.* Et *quòd tali casu statutum ualeat propter præsumptam bonam fidem præscribentis, sequitur quòd si alia præsumptio sit in contrarium,*
57 *statutum non teneat, quia una* † *præsumptio aliam tollit.l.diuus.ff. de in integr.restitu.* Et *ideo cum statutum factis proclamationibus mandaret omnibus prætendentibus ius in re, ut comparerent: alioquin essent exclusi,* & *filius mortuo patre fecißet eius bona proclamari, di-*
58 *cebam* † *eum teneri satisfacere creditoribus, qui aliâs remanerent decepti,* & *exonerare conscientiam patris.* Et *licet negarent se eius hæredes, cum tamen illa bona ad eum nullo alio titulo pertinere possent quàm hæreditario, censeretur hæres, ut per doctrinam* Bar.*in.l.gerit, in v.col.uersic.ad secundum.ff. de acquir.hæredi.* & *quod habetur per eum in.l.licitatio.ff.de publi.in.l.i.in secunda opposi.ff.si quis omissa cau.testamen.*

¶ Et *idem putarē, etiā si ipse non posuisset ad proclama, sed alius dummodo ipse reperiretur in possessione.* Præ*sumitur enim mala fides, seu fraus.l.si is qui bonis, ubi* Bar.& *doct.ff.de acqui.hæredi.l.si quis, uersi.* & *quod de subeunda.*C.*de natura.liber.per* Iaco.*rebuff.in.l.i.*C. *de colleg.* & Cardi.*patri.lib.xi.quod nota: quia hæc de-*
cisio

cisio est æquissima, & quò ad Deũ, & quò ad homines: licet multi improbi sub harum proclamationũ prætextu, damnent animam suam. Cætera dic ut in.d.c.fi.

¶ Sextò & ultimò quærit Abb. an præscriptioni possit per pactum renunciari. In quo puncto concludit Barto. in.l.nemo potest.ff.de leg.primo.quòd non: quia usucapio † & præscriptio decem uel uiginti annorum est in= 59
troducta propter bonũ publicum, ne dominia rerum sint in incerto.l.1.de usucapio.unde illi renunciari non potest: l.ius publicum.ff.de pact.

¶ Præscriptio uerò longissimi tẽporis, uidelicet †. xxx. 60
uel.xl.annorum est introducta in odium negligentis.cap. uigilanti, infra eo.unde non potest etiam illi renunciari.l. tamen.ubi glo.ff.ad Macedo.Et cum hac opinione transeunt communiter Docto.in.d.l.nemo potest. ubi per do. Alex. & per Feli.hic.Sed istæ rationes sunt dubiæ: non enim sequitur, lex dicit † usucapionem esse introductam 61
pro bono publico, ergo illi renunciari non potest.

¶ Nã omnes leges pro bono publico introductæ sunt.c. erit autem.iiij.distin.l.1.& .ij.de legib.Et tamen in eis locum habet renunciatio.l.si quis in conscribendo.C. de pactis. Sed tunc renunciatio non tenet, quando bonum publicum læderetur principaliter, non autem modicè læderetur per quandam consequentiam.l.seruum.§. publice. de procurato.§.etiam.§.fi. institu.de his qui sunt sui uel alie.iur. per Barto.in.l.1. in penul.col.in quarto casu.ff. solu.matrimo.

¶ Nam & in casu nostro, non uidetur lædi aliquo modo publicum bonum: quia dominium non remanet incertum:

Ex quo,

62 Ex quo, per tale pactū † potest probari cuius sit: & sic, cessat ratio boni publici: imò plus offenditur publica utilitas per læsionem fidei, quæ oritur ex non obseruatione pacti.iuxta.l.1.ff.de pact. & legem primam.ff.de con stitu.pecu.quàm prosit illa certitudo dominij considerata per Iurisconsultum in.d.l.1.

¶ Et ideo ista ratio prima non uidetur de iure uera, & contra eam etiam potest induci quòd not.Bart.dum uult posse renunciari præscriptioni introductæ in fauorē partis.arg.l.quod si nolit.§.si quid ita.ff.de ædil.edic. Nam

63 præscriptio † currens cum bona fide uidetur principaliter inducta in fauorem partis, non autem in fauorem publicum, ut etiam apparet ex doctrina Bart.in.d.l.1.ff.solu.matrimo. Et ideo Abb.hic concludit, tali præscriptioni posse renunciari. Et idem tenent Ang.in.d.l.nemo potest. & etiam do.Felin.cum concordan.hic: & in.c.si diligenti.in.vi.colum.uersic.intellige primo. supra de foro competen.

¶ Nec etiam secunda ratio uidetur urgere: quia æquitas naturalis suadet contrarium. Si enim per pactum potest impediri usucapio fauorabilis secūdum prædicta, quantò magis debet impediri illa præscriptio quæ est odiosa: argu.ca.odia, de reg.iur.in sexto: præsertim, quia cessat ratio istius præscriptionis. Cum enim sit introducta in odiū negligentis, iste nō uidetur tali odio dignus, qui non fuit negligēs: ex quo sciebat ius suum durare propter pactū: & sic sibi prouiderat. argu.l.sicut.§.non uidetur.ff.qb. mod.pig.uel hypo.sol. & sic, non obstant nota.in.d.l. Tamen, quia ibi creditor erat in culpa graui, & dederat caussam

caussam delicto, renũciatio filijfami. secum contrahentis non debet sibi prodesse, aliàs esset reperta fraus senatusconsulto. Quæ omnia cessant in casu nostro. Et *ista opi. in iure est uerior, & ante* Bart. *erat ab omnibus scribentibus approbata: secundùm* Bald. *in. d. l. nemo. & etiã post* Bar. *multi eam tenuerunt, ut hic per* Feli.

¶ Et *ex his infertur ad quæstionem, nunquid ualeat pactum, ut liceat uenditori offerre, quandocunq; sine ulla tẽporis præscriptione pretiũ, & retro emere rẽ uẽditã.*

¶ In *quo puncto* Ange. *consilio. lv. incipien.* Gulielmus, *uidetur tenere* † *quòd non obstante tali pacto, habebit locum præscriptio. xxx. annorum. sequitur* Ias. *in. l. petens.* C. *de pact. l. si mater.* C. *de institut. & substitu.* Fely. *in cap. cum accessissent. col. xx. de constitu. & ante eos allegatur id consuluisse* Bal. *in consi. ccliiij. incipien. ad euidentiam. ĩn secũdo.* Imò *fortius dicit* Pet. *de ancha. consilio. cccxxxij. incip. uisis, quod præscribatur in tali casu, termino decem annorum. sed opinio* Ancha. *non est probabilis, quia communis conclusio est, quòd tali iuri* † *nõ præscribatur citius, quàm per. xxx. annos per nota. in. l. cùm notißimi. §. 1. ubi* Barto. C. *de præscript. xxx. anno.* Sed *difficultas stat stante prædicto pacto, per quod actum sit, ne currat præscriptio: & quòd non currat, facit: quia cùm emptor promiserit semper & quandocunq; retrouendere, non debet posse præscribere: quia esset malæ fidei. dict. c. possessor. & . d. cap. fina.* 64 65

¶ Et *istud sentit hic in. d. l. nemo. & in. d. l. 1. dũ dicit qđ per tale pactũ impeditur præscriptio, saltẽ indirectè, ꝓpter malã fidẽ promissoris.* Et *licet aliqui* Moder. *uelint*

respond

responderehuic fundamento, tamen in ueritate ego non uideo quomodo poßit bene responderi: & secundùm hanc opinionem consuluit Rapha.Fulgo.*in consi.cxxiij. incipien.* S. & P.*ciues,&* And.*sicul.in consi.li.incipiẽ. scripsit,in prima par.colum.x.*Et idem *latè tenuit domi.* Fabianus *de monte in tracta. de emptio. & uenditio. in septima quæstione principali. uersicu. tertio quæro. & dicit domi.* Ioan. *de monte* Ferra. *in dicta.l.nemo, quòd ipse ita consuluit: licet nihil alleget,nec discutiat hunc articulum: & eandem opinionem etiam tenuerunt aliqui nouißimi in.d.l.petens,aliâs remaneret uenditor deceptus,qui non contraxisset absque hoc pacto. argumẽ. l.prima.§.magistrum.ff. de exerci. & hæc opinio tanquam æquißima est tenenda in practica: quæ confirmatur etiam ratione.*

60 ¶ Nam *non est æquum, quòd † currat præscriptio xxx,annorum huic uenditori,cùm ex negligẽtia currat, & iste uenditor non fuerit negligens, qui fortè non, fecit sibi retrouendi: quia non habebat pretium, & sic,iusto impedimento impeditus fuit.l.ij.§.si quis in iudicio. ubi* Bald.Alexand.*&* Moder.*ff.si quis cautio.& quod nota.in cap.ex ratione.infra de appellatio. ubi non currit ipso iure tempus non appellanti propter inhabilitatem.*De *quo etiam per* Guliel.*de cun.in.l.præcipimus.§. super his.*C. *de appellatio.* Mathesil.*in notab. ultimo.* Franciscus *de Crema,in singu.cxxi.incipien. statuto cauetur,cum similibus.*

¶Et *ex ista limitatione, habes primam fallentiam ad hanc regulam & communem conclusionem.* Et *prædicta proce*

cta procedunt, quando expreſſe conuentum eſt, ut nulla temporis præſcriptio obſtet. Sed quid ſi ſimpliciter dictum ſit, quòd liceat ſemper uel quandocunq; offerre, uel in perpetuum? difficultatem facit: quia iſtæ dictiones reſtringuntur, ut pro hoc præſcriptio non cenſeatur excluſa: ut de dictione ſemper dicit Bald. *in.l.prima. per illum tex.ff.ſol.matrimo.iuncta lege in rebus.§. omnis.C. de iure dotium. & probatur etiam in.l.cognitione.ff.ad ſenatuſconſul.ſillania.*

¶ *Et idem uidetur* † *in dictione quãdocunq;: ut eſt gloſ. in.c.primo, in uerbo quandocunque: de feudo dato in uicem legis commiſſo. Et de dictione perpetuò, quòd non excludat præſcriptionem: eſt text.in.l. prætor ait.§. hoc interdictum perpetuò.ff.de noui oper.nũcia. & gloſ.in l.1.ff.pro ſocio. & melius inſtitu.de perpe. & tempo.in rubro & in nigro. Et ita dicit* Baldus *ſe obtinuiſſe in.d.l. quòd ſi nolit.§.ſi quis ita. licet* Barto. & Hugo. *eſſent in cõtraria opinio. ſecundùm eum, quem refert & ſequitur* Ludoui.Roma. *in.d.l.prima.ff.de uſucap. Et idem tenuerunt* Angel. *in.d.conſil.lv. &* Petrus de Ancha. *in dicto conſi.cccxxxij.* 67

¶ *Sed tamen mihi placet contraria opinio, quòd imò iſta uerba habeãt hunc effectum, ut excludant præſcriptionem, per tex.in.d.l.1.ibi: ne dominia rerum ſemper in incerto &c. & in.d.§.ſi quid ita. ꝓpria enim natura horum eſt. Et ideo, crederem dictam opinionem* Bartol. & Hugo. *fuiſſe ueriorem: quam etiam tenuerũt* Fulgo. Andreas Siculus, domi.Fabia. & Ioannes de monte Ferra. *in præallegatis locis, non conſtituentes* † *differentiam, an* 68

expreßè sit renũciatum præscriptioni, an per dicta uerba. Et idem sentit Angel. in. l. cum ita stipulatus sim mihi à proculo. ff. de uerbo. oblig. & Bartholo. Veronensis in cautela. lxviij. incipien. si petens. in fine.

¶ Non obstant allegata in contrarium: quia non potest negari, quin prædictæ dictiones recipiant interpretationem, secundùm subiectam materiã, sed quando applicantur lapsui temporis: tunc necessariò intelligũtur de prohibitione præscri. quia uerisimile est ita intellexisse partes. Sed in dispositione legali, non est uerisimile, nec censentur per talem generalitatem, uoluisse Iurisconsultos derogare regulis generalibus præscriptionum, unde tũc restringuntur: argumentũ. l. si quando. C. de inofficio. testamento.

¶ Secundò fallit communis conclusio, quando renũciaretur præscriptioni. xxx. annorũ, & accederet iuramentum: quia tunc iuramentũ † faceret ualere renunciationem: argu. capit. cum contingat. supra de iureiurand. Et ita limitauit do. Alexan. in. d. l. nemo potest. & Fely. hic.

69

¶ Sed contrarium tenent aliqui Moder. quia cum secundum eos, renunciatio non teneat in odium negligentis, iuramentum non firmaret contractum, licet esset seruandum. cap. significãte. de pignori. Et ideo posset peti absolutio, ut habetur in. c. debitores. de iureiuran. per Bar. in. l. si quis pro eo. in quarto casu, de fideiussori.

¶ Sed tu responde, quòd aut mala fides interuenit, & ista non sunt necessaria: quia præscriptio nõ ualuit, dicto capitu. finali, aut bona fides aderat, & tunc præscriptio non est simpliciter in odium domini negligẽtis, sed etiam in fa

in fauorem præscribentis, ut declarat Paul. in l. finali. ff. rem ratam habe. Et ideo, melius est tenere quòd firmetur contractus, prout fuit de mente Alex.

¶ *Tertiò fallit, quando fit pactum quòd non præscribatur nisi certo tempore, prorogando tempus à iure præfixum, glo. in autenti. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Ang. in auten. ut eccle. romana, in fine, & in. d. consi. liij. & Felynus hic.*

¶ *Ex hac limitatione cōsidera, quòd dato quòd pactum simpliciter factum, ut nullo tempore præscriberetur, non ualeret: de quo suprà dixi. Si tamē circunscripto † pacto* 70
potuisset præscribi per xxx. annos, uidetur quòd ut pactum sustineatur, capiēda sit interpretatio, ut tempus sit prorogatum, puta usq; ad. xl. annos, uel etiam longius. Ex quo, si partes uoluerunt præscriptionem omnino tollere, est uerisimile, quòd fortius uoluerūt tempus prorogare: per ea quæ no. glo. ubi Baldus in cap. primo. §. præterea, in fine, de capitu. Conradi. Abbas in cap. fina. in septima col. uersic. quæro quid si statuto, infra eodem: argumen. de statuto, ad pactum, quod argumētum tenet, in his quæ ex pacto licita sunt, ut est prorogatio in casu nostro: per glo. in. l. si cum militaribus. ubi Dyn. C. de restitu. milita. not. in. l. non impoßibile. ff. de pactis.

¶ *Et pro hac opinione facit quod notant dominus Io- annes Calderi. & Abbas Sicul. & Philippus Decius in ca. cum super, de offic. deleg. ubi quando actus † non ua-* 71
let prout agitur, fit interpretatio ut sustineatur in eum modum, in quem uerisimile est habuisse uoluntatem contrahentium. l. si tam angusti. ff. de seruitu. rusti. prædio.

cap.iij.infra de conuer.coniuga. Non est autem dubium, quin si contrahentes uolebant,ne.xxx.uel.xl.annis praescriberetur:argu.l.si unus.§.si cum mihi.ff.de pactis. & si sciuissent pactum ratione perpetui tẽporis,prout agebatur non ualere, saltem apposuissent quantò longiorem potuissent dilationem, unde debet pro apposita haberi: argumen.glo.in.l.tale pactum.in fine.ff.de pactis.

¶ Considera tamẽ circa hanc limitationem,quòd si prae-
72 scriptio fuisset inuẽta fauore † publico simpliciter prout tenuit Bartolus,sicut per pactum non posset tolli,ita nec eius uirtus diminui,prorogando tempus.l.de dic.ff.de pactis dotali.l.quod de bonis.§.fi.ff.ad legem Falci. eodem modo si esset simpliciter inuẽta,ut lites abbreuientur:iuxta glo.in.l.properandum, in princi. in uerbo triennij.C.de iudic.Et ideo, melius est tenere indistinctè contra Bart. & cessabunt caeterae limitationes: De quibus hic per Felynum.

INCIPIT CAPI-TVLVM PLA-CVIT.

Placuit, in loco ad catholicam.
¶ *Currit præscriptio* † *contra* 73
Episcopum catholicum & præ-sentem spatio triennij, etiam cum mala fide. hoc dicit in summa.
¶ *Noto primò casum in quo, in rebus ecclesiæ currit præscriptio triennalis etiam cum mala fide: & sic cōcurrunt duo specialia ad regulas positas in cap. de quarta, & in cap. fin. infra eo.* Ex quo potest *inferri, quòd duo specialia* † *cir-* 74
ca idem subiectum cōcurrunt, contra nota. in. l. 1. C. *de dotis promißio. per* Bal. *in. c. ueniens, in. iij. col. infra eod.* Et *uidetur confundi doctrina* Bart. *in. l. si is qui pro empto. in. vij. q. ff. de usucapio. ubi uidetur concludere, quòd ex eodem fonte æquitatis non possunt oriri plura specialia: certè in nostro casu oriūtur ex eodem fonte, uidelicet in fauorem fidei.* Et *declarat* Abb. *hic, &* Imo. Et *quod fortius est, oriuntur etiam aduersus ecclesiam: cum tamen aliâs etiam fauore ecclesiæ uel piæ caußæ concursus duorum specialium non admittantur. l. si quis rem. §. fina. ff. de pollici. iuncta. l. fin.* C. *de sacrosanc. eccle.* Posset *teneri contra communem opinio. per istum tex.*

¶ Non *obstat. d. lex prima, quia ibi non est uerum quòd concurreret duplex specialitas.* Nā *tex. simpliciter dicit,*

quòd dos erat promiſſa in inſtrumento, unde non poteſt intelligi per pactum nudum: ut faciunt Docto. quia uer=
75 bum promitto in inſtrumento † poſitum intelligitur per ſtipulationem. l. ſciendum. ff. de uerbo. obliga. l. lecta, ubi domi. Iaſon. ff. ſi cert. peta. & per Bart. in. l. prima. C. de uſuris. Ratio ergo illius tex. non eſt in duplici ſpecialita=
76 te: ſed quia † promißio dotis, propter incertitudinem, ſimpliciter non ualet, niſi ſit dictum, promitto dotem ar=bitratu talis. Tunc enim tenet, propter arbitrium. l. cum poſt. §. gener. ff. de iure dotium. unde eo non arbitrante, quia à principio tenuit, adhuc ualet, ut probatur ibi: arbitrio quoq; detracto, & per Soci. in. l. 1. ff. ſolu. matri.

¶ Non obſtat lex ſi quis rem. §. fina. quia ibi non tranſit dominium ipſo iure ex uoto: iuxta. d. l. fin. non quòd duo ſpecialia non concurrant, ſed quia diſpoſitio. d. l. fin. cum fuerit per Iuſtinia. introducta, non potuit habere locum
77 de iure digeſtorum: & cum dicta lex † finalis ſit exorbi=tans, & loquatur in cõtractu, non debet trahi ad pollici=tationem, ut per Abb. in cap. cum inter uniuerſas, col. fi=nali, ſupra de electio. Et dato quòd etiam de iure digeſtorum, dicta lex haberet locum: tamen in caſu. d. §. fin. non potuit transferri dominium: ſicut uidemus, quòd in lega=tis certa uia ſiue traditione dominium transfertur. l. à Ti=tio. ff. de furtis. & tamẽ legata parte bonorum, prout in prædicto caſu, non transfertur. l. non amplius. §. fin. ff. de legatis primo.

¶ Noto ſecundò, quòd fauore fidei, multa ſpecialia cõce duntur. ij. q. vij. ſi hæreticus, & in capitu. in fidei fauo=rem, de hæreti. in. vi. & facit ad. q. Inquiſitorum, qui ad=
mittunt

mittunt mulieres participes criminis in testimonium cõtra maleficos. Nam licet in fauorem fidei poßint admitti participes: non tamen † uidetur admittendum aliud speciale, ut interrogentur mulieres. Ex quo, in caussa crimi- 78
nali regulariter mulieres à testimonio reijciuntur. capit. forus. uersicu. natura. de uerb. signifi. cap. iij. ubi Docto. supra de testi. per Alexan. consi. xxiiij. in secundo. in. iiij. colum. Iste tamen tex. facit in cõtrarium, ubi duo specialia concurrunt fauore fidei: Sed ego in prædicta. q. putarem non sufficere mulieres ad definitionem, licet † fortè 79
sufficerent ad torturam: argumen. nota. per Bartol. in. l. maritus. ff. de quæstio. per Bartholo. Veronen. consilio xxxij. in antepenulti. colum.

¶ Nota tertiò, quòd præscriptio potest induci etiã cum mala fide, dummodo subsit † caussa iusta: ut hic, uideli- 80
cet fauor fidei: aliâs non existente iusta, esset secus: quia induceretur peccatum. d. c. possessor.

¶ Nec in nostro textu est quid mirum, cum non currat tempus, nisi præcedente admonitione & expectatione sex mensium. capitulo placuit. xvi. quæstione. iij. Et idem uidemus in. l. locorum. C. de omni agro deser. lib. xi. & in l. si eo tẽpore. C. de remis. pig. per quas leges uidetur confutari opinio do. Abb. hic, dum dicit istud nõ procedere, quãdo præscriptio malæ fidei fieret autoritate legis: sed tãtũmodo si autoritate Canonis. xxxiij. q. ij. c. inter hæc.

¶ Nã istud uidetur cõtra prædicta iura, & cõtra Abb. etiã stringit ratio: quia potest princeps † ex caussa statim 81
priuare dominũ re sua. l. itẽ si uerberatũ. ff. de rei uẽ. l. lucius. ff. de eui. ergo multò magis poterit statuẽdo ex caus-

sa, ut post certum tẽpus aliquis priuetur re sua per praescriptionem. Sed sustinendo opinionem Abba. responde, quòd dicta lex locorum, & d. l. si eo. non inducunt praescriptionem, nisi respectu existẽtis in bona fide, declarãdo ut dixi supra in rubrica.

¶ Non obstat ratio, quia licet ex causa poßit Princeps
82 aliquem priuare dominio rei suae, nõ tamen † potest facere, quòd acquiratur alicui existẽti in mala fide. Ex quo talis peccaret, & in materia peccati Princeps nihil potest. xi. q. iij. Iulianus. Et ideo infero ad statutũ quòd qui suum ius non praesentauerit in termino sex mensiũ à tem-
83 pore proclamationum, excludatur: & amplius † nõ audiatur. non habebit locum, quando posset probari, quòd ille in cuius fauorem iste excluderetur, esset in mala fide: ut, quia uerisimilem haberet rei scientiam alienae.

¶ Nunquid autem potest Princeps inducere praescriptionem cum mala fide, respectu iuris quod alicui competit?
84 respon. nõ † ex iure gent. sed aliquo iure speciali, Baldus consuluit quòd sic, consi. ccliij. incip. ad audientiam, in. ij. uolu. quem referunt & sequũtur Moder. in tracta. praescrip. in quarta parte quintae partis principalis. uersicu. tertio quaero: mouetur per tex. in l. finali. C. de tempo. in integ. restitu. peten. Sed hoc dictum Bald. non est uerum: quia ibi nõ erat aliqua mala fides, ex quo ius erat quaesitum contrahenti cum minore, licet reuocabiliter. Facit lex prima. C. si maior fac. & ex hoc notan. etiã infertur
85 ad regulam, quòd aliquid faciens cum † autoritate legis, nihil peccat. l. gracchus. C. ad legem Iuliam de adulterijs. Debet enim dicta regula intelligi de lege canonica, secũdum

dum domi. Fely. hic cōcludentem post glos. & Docto. in dicto cap. inter hæc, quòd occidēs adulterum, lege ciuili permittente, nihilominus peccat. facit quod notat Guido papæ in casu fortiori in. q. sua. cxi. ĩcip. quia de præsenti: ubi tenet, quòd comedens † carnes tempore quadragesimali contra cap. deniq; iiij. distinct. incidit in peccatum, 86
etiam si comedat de licentia Papæ: quia non censetur Papa hoc simpliciter concessisse, ut tollat culpam, sed tantũmodo ut tolleret pœnã: uidetur enim hoc fecisse, quia timeret ne aliquid deterius sequeretur. xxxi. qō. i. §. sed obijcitur, & c. ueniens. infra qui cleri. uel nouen. Sed ista decisio est dubia. cũ enim quadragesimæ obseruatio sit iuris positiui, uidetur quòd Papa habeat plenariã facultatem † dispensandi, etiam sine caussa: ut per Abba. ĩnfra 87
de obseruatio. ieiunio. in rubri. Et ideo non debet præsumi, quòd fecerit ne aliquid deterius sequatur: sed debet concessio absolutè & simpliciter interpretari. & sic ut tollat & pœnam & culpam.

¶ Nota tamen dictam decisionem pro declaratione. d. l. gracchus. ad quam etiam uide Bal. in. c. primo. §. primo, in fine. de pace iuramen. firman. in cap. nam concupiscẽtiam, de constitu. Decius in capi. primo, in. xij. col. uersicu. sed contra. supra de iudicijs. Moder. in. l. fin. ff. quod quisq; iuris.

¶ Noto quartò, quòd paria sunt, uel quòd ecclesia careat Rectore, uel illũ habeat † inhabilem seu inutilem ad 88
agendũ. Idem probatur in cap. inter corporalia. & ibi glos. in uerbo inutilem, de trãslatio. episco. & alibi dicit glos. singula. in. l. fin. C. ad legem Fauiam. de plagia. quòd

mulier dicitur orbata marito, siue eum non habeat, siue habeat, sed inutilem: & sequitur Salice. ibi.

¶ Et istud notabile intellige, quòd paria sint quò ad actũ qui agitur. Nam alioquin si ecclesia habeat Rectorem licet inutilẽ, propriè & simpliciter dicetur habere Rectorem, ut probatur in.d.cap.inter. ubi Papa ponderat cõmunem modũ loquendi. Et ibi do. Anto. dicit, quòd istud intelligitur quò ad quid: uerba autem in dubio sim-
89 pliciter † accipiuntur, nõ autem quò ad quid. l. maritus. §. legis Iuliæ, ubi Barto. ff. de adul. l. Lucius. §. quæsitum. ff. de legatis. iij. Et ideo, si Papa imponeret charitatiuum subsidium ecclesijs habentibus Rectorem, de tali etiam intelligeretur: hæc enim inutilitas non respicit pecuniam. hinc inferri potest, an paria sint actum esse factum, uel nulliter. De quo dic ut per Cynum in. l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cleri. Bart. in. l. ubi pactum. C. de transactio. in ultima colum. Et an actus inutilis uel nullus propriè seruet nomẽ actus, dic quòd sic: si talis actus habet nomẽ facti: secus, si habeat nomẽ iuris, secũdùm Bal. in. l. iij. ff. de testamen. tutel. alleg. text. in. l. mulier. §. penulti. ff. de conditio. institutio.

¶ Sed quid in contractibus iurisgen. qui sunt facti legis consilio. ff. de curato. furio. puta, uenditio an sit inutilis
90 uel † nulla dicetur uenditio. Et uidetur quòd sic, per tex. in. l. labeo. la prima, in uerbo emerit, ubi dixi. ff. de uerbo. significatio. Item matrimonium quamuis nullũ dicetur tamen matrimoniũ. Itemq; de diuortio. l. quod seruus. ff. de condictio. ob causam. dicit tamen Bal. in. l. ij. in prima col. C. de episco. audien. quòd lex fina. C. de iure emphyteuti.

teuti.loquens de alienatione.non intelligetur de alienatio ne inutili ex defectu solennitatis: argu.l.iiij.§.condemnatum.ff.de re iudica.sequitur do. Præposi.in.c.primo, in principio. quid iuris sit post aliena. Iason in.d.l. fina.in antepenulti.col.Fely.in cap.ex tenore, supra de rescrip. in.iiij.colum.ubi adducit doctrinam Bar.in.l.filium.§.si quis bono.ff.de lega.præstan.domi. Fabia.in tractatu de emptio.in.iij.parte.q.xxxv.

¶ Sed ego dubito de illa decisiõe Bal.quia pœna, de qua in.d.l.fina. est introducta ad ulciscendum contemptum quem adhibet emphyteuta uersus dominum, negligendo denunciationem, unde debet cõmitti, etiam si de facto solum contra fiat: arg.glo.in.l.si quis rem.ff.de arbit. unde tunc militat ratio.d.l.fina.& consequenter non debet referre, si solùm de facto alienetur, per doctrinã Bar.in.d. l.ubi pactum.in ultimis uerbis, per illum tex.

¶ Item, quia.d.lex fin.loquitur per uerba denotantia factum: ergo uerificabũtur etiam in ãctu nullo: per doctri. Baldi, in dicta.l.iij. & quod notat Corneus consi.xliij.in primo uolumi. unde putarem † debere intelligi tantummodo, quando nõ fuisset sequuta traditio possessionis ex tali contractu nullo: secus si fuisset tradita. & allegata per Baldum & Iaso.procedunt in sententia & cessione, & similibus uerbis iuris ciuilis, in quibus actibus, si absit nullitas, uerba propriè nõ uerificantur: ut dixi in.l. prima.§.sed si mihi pamphilum.ff. de uerborum obligatio.in.ij.notabili. Cogita tamen, quia difficile est tradere arctam doctrinam in ista materia, propter uarietatẽ decisionũ. De quibus per Felynum in dicto cap.ex tenore, per

per Moder.in.d.l.ubi pactum.& in.l.quoties.in princi. ff.qui satisda.cogan.

¶ *Nota quintò quòd ecclesia uacante, præscriptio cōtra*
92 *eam* † *non currit, de quo dicemus in glos. & subdit* Bal. *hic, quòd licet uacante ecclesia, non currat præscriptio, currit tamen ipso iure ei qui est in utero. Ita dicit casum esse mirabilem in.l.etiam ei.ff. de minori. Cum enim durante pupillari ætate, dormiat præscriptio, ut.l.sicut.C. de præscriptio.xxx. annorum, & tale tempus amputetur de tela præscriptionis.*

¶ *Idem uidetur dicendum in prædicto casu, sicut etiam in textu nostro, uacante ecclesia, illud tempus non computatur.* Difficile *est aßignare bonam rationem ad illum tex.* Nam *aliqui* Moder. *illum intelligunt, ut uelit dicere, quòd posthumus destituitur, ex eo quòd usucaptum ami sit, id est rem quam potuit usucapere & præscribere.* Et *sic restituetur non solùm ex damno quod passus est, sed etiam ad lucrum quod potuit acquirere, prout in lege præcedenti dicitur.*

¶ *Sed iste intellectus mihi non placet: quia tamen dictio*
93 *usucaptum non* † *potest (salua ratione recti sermonis) intelligi de re quæ potuit usucapi: cum enim sit præteriti temporis, non potest ad futurū referri.l.si stipulatus.§. cum stipulamur.ff. de uerbo. obliga.l. uerbum erit.ff.de uerborum significa. quia tamen etiam non uidetur concedenda restitutio, ratione talis lucri, quod cum alterius iniuria peruenit.glo.in.l.si quis uxori.§. si seruus.ff.de furtis.l.sed si constante.ff. de donationibus inter uirum & uxo.& quod not.in.l.qui bis idem.ff.de uerb.oblig.*

Noto

¶ Noto sextò casum, qui prima fronte uidetur esse irrationabilis: in quo deterior est conditio ipsius catholici, quàm hæretici & sic delinquentis, quòd uidetur esse contra regulam, cap. cum contingat, supra de dolo & cõtumac. & l. nõ solum. ff. de noxalib. sed ratio est secundùm Hostien. & Imo. non ex odio personæ, sed ex † negligen 94
tia, quæ abest in Episcopo catholico, qui potuit agere: et non est in hæretico: cui denegatæ fuissent actiones. facit tex. in cap. quia diuersitatem, infra de conceßio. præben. Et sic habes casum in quo, propter delictum suum, quis lucrum cõsequitur. Alium ponit Raphaël Fulgo. in. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Nam belligerans † bello il- 95
licito, captos in bello seruos suos facit: licet delinquat. l. apud hostes. ff. de capti. Regulariter tamen est cõtrariũ: quia ex delicto non debet quis lucrum consequi. l. itaque fullo. ff. de fur. l. seruius. ff. quod ui aut clam.

¶ Et per hunc tex. limitatur regula legis nõ fraudantur. §. necnon. ff. de reg. iur. Et quod habetur in. l. si ab hostibus. §. 1. ff. solu. mat. Et potest hic inferri ad quæstio. statutum prohibet, ne maritus relinquat uxori suæ ultra quartam bonorum: nunquid poterit relinquere concubinæ uel scorto suo? Quintilianus in quadam declamatiõe sentit quòd non: quia non debet esse melioris † conditio- 96
nis concubina, quàm uxor. Ex quo illa sine peccato retinere potest: & est magis odiosa legibus. xxxij. q. iiij. ca. nemo, facit, quia regula est iuris antiqui, quòd non debet plus habere luxuria, quàm pudicitia habeat. §. ultimo, in autenti. de restitu. & ea quæ par. Quæ regula debet obseruari etiam in statutis per extensionem paßiuam, de

qua

qua in.l.ij.per Bar.de leg.1. In contrarium facit iste tex. ubi plus habet hæreticus, quàm catholicus.

¶ *Item facit lex secunda.C.de donationi.inter uirum & uxor.ubi prohibetur donatio facta à pagano in uxorem: & tamen non prohibetur facta in concubinam.l.affectionis.ff.de donatio.per Iasonem,in.l.miles.in princip.ff.de*
97 *iudicijs. nisi respondeas, quòd donatio inter uirum † & uxorem prohibetur, etiam fauore matrimonij & sobolis legitimæ.l.ij.ff.de dona.inter uir.& uxor.Sed prohibitio in casu prædicti statuti non uidetur facta ex alia caussa, nisi ne maritus ab uxore per blanditias spolietur: secundum Barto.in.l.prima in.vi.q.C.de summa trini.& fide catho.Decius consil.cxcvi.in prima col. Quæ ratio multò magis militat in fœminis impudicis, quæ solent esse blandiores. Cogita.*

¶ *Noto ultimò, quòd ubi Episcopus hæreticus reuertitur ad unitatem ecclesiæ, recuperat ecclesiam suam: quod*
98 *intellige † dispensatiuè cap.quia diligentia, supra de electioni.& si de Ecclesia alteri non fuisset prouisum, cap. quamuis, de rescrip.in.vi.Et ideo, Bal.in cap.cõstitutus, supra de rescrip.& domi.Abbas, in cap.ex tuæ, de cleri. non residen.dicunt quòd clericus depositus, & postea restitutus, non recuperat beneficium alteri collatum. Similiter, priuatus collegio & postea restitutus, non recuperat pristinum locum ab alio occupatum: secundum Bartolum, in.l.ij.ff.de decurio.per illũ tex. Et multa ad hoc ponit do.Fely.in ca.inter quatuor, supra de maiorita.& obediẽn.Sed, quid si cæteris paribus, cõcurrat aliquis habens eodem die collationem beneficij: quo hæreticus reuersus*

uersus ad fidem habet dispensationem, quis debeat præferri: secundùm Monta.c.si à sede.infra de præben.in.vi. & capitu.duobus.de rescript.eod.lib. Et uidetur quòd præferri debeat † qui fuit hæreticus: argumẽ.glo.in capitu.fidelior.l.distinctio.& in cap.penulti. in glos. magna,in fine.lxiij.distinctio. Abbas in capi.at si clerici.§. primo,ad fin.supra de iudi.de quo dicendũ ut per Fely. in.c.eam te.uersic.infidelitas,supra de rescrip. Sed nunquid fructus interim percepti restituẽdi sunt,ipso reuerso ad catholicam unitatem? Bald.concludit hic quòd nõ: per text.in autenti.de Nestorianis. C.de hæreti. 99

¶ Contrarium tenent Moder.tribus rationibus.

¶ Pima,ubi titulus est reuocabilis, quo reuocato, fructus etiam restituentur.l.cum quis.ff. de condi. ob cau. ubi Ange.& Alexand.sed hic † titu.intra triennium ex dispositione legis est reuocabilis. 100

¶ Secunda,ubi titulus reducitur ad non tiulum, fructus sunt restituendi cum re ipsa.l.filio.§.fina.ff.de inoffi.testamen.Roma.consi.ccccliiij.circa finem.

¶ Tertia, ubi dilatio est concessa fauore alterius quàm possessoris, fructus † percepti pendente dilatione, sunt restituendi.l.in fideicommissi.§.cum Polidius.ff.de usur. Sed in casu nostro, dilatio triẽnij datur fauore Episcopi, ut poßit repetere locum.ergo fructus debent illi restitui, ad tex.in.d.auten.idem de Nestoria.respõdent esse speciale,ex quo regula est,quòd ubi lex uult † rem restitui, semper intelligit cum fructibus.l.uideamus.§. in flauiana.ff.de usuris.l.in condẽnatione.§.1.de regu.iur.l. plus est in restitutione.ff.de uerbo.signifi. 101 102

Confir

¶ Confirmo hanc opinio. cum enim iste possessor sit in mala fide, & res antequàm praescripserit, sibi auferatur, non debet lucrari fructus. Ex quo possessor malae fidei non facit fructus suos, c. grauis, supra de restitu. spolia. l. at ex diuerso. §. primo, ubi Bart. ff. de réi uendica. Et ex ista ratione respondetur melius, quàm faciant Moder. ad dictam auten. idem de nesto. ibi enim catholicus possessor erat in bona fide: quia ius successionis non erat per legem delatum haereticis, meritò fructus acquirit. sed in casu nostro, ius erat à principio delátum ecclesiae, cui haereticus Episcopus praeerat. Non arbitror tamen ab opinio. Bal. esse recedendum: quia licuit isti possessori post lapsum tempus monitionis: de quo in. d. c. placuit. xvi. q. iij. procurare conuersionem plebis, & percipere fructus, unde
103 quo ad illorum † perceptionem, est in bona fide, cũ eos autoritate legis habeat.

¶ Nec obstãt allegata in contrarium: quia in illis casibus restituitur ex dispositione iuris communis propter iustitiam. Quo casu, dubium nõ est fructus restituendos. Sed in casu nostro, fit restitutio ex gratia seu dispensatione. dicto capitulo quia diligentia. Quae dispensatio non debet trahi in praeiudicium istius possessoris. d. cap. quamuis: & per Cardina. & Imo. in dicto. c. quia diligentia, & habetur in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe- ris & posthu- mis.

FINIS.

LOCORVM

omnium singularium & exquisitorum præcedentium D. And. Alciati Rubricarum Index amplissimus, alphabetico ordine perpulchrè congestus, summaq́ue vigilantia concinnatus.

A

Absolutus pro prioribus delictis, tunc dicitur commisisse delictum cum fuit absolutus, & sententia facit ius. in rubri. de iudi. pagina. 182. nu. 40.

Absolutio tunc conceditur, quando in odium creditoris contractus non tenet. in rub. de iureiur. pag. 307. numero. 122.

Absolutio à iuramento quãdo petitur, debet citari pars quæ per eam læditur. in rubri. de iureiuran. pag. 308. nume. 124.

Absolutus uel condemnatus in loco delicti nõ potest amplius accusari in loco domicilij. in rub. de offic. ordin. pag. 91. nu. 131. intellige tamen & limita, ut nume. sequen. 132.

Actus probatus non sufficit, nisi etiam probetur factus cum debita forma. in rub. de iudi. cap. nouit. Pag. 137. nume. 24.

Actus uoluntarius in quo prætor non habet reddere ius non tenet, & etcōtrauenire licet, licet periurium incurratur. in rubri. de iureiuran. pag. 276. nu. 39
Actio oritur ex consensu generato. ibi. pag. 305. nu. 117
Actus qui non ualet prout agitur, quam interpretationē accipiat. in rubrica de præscriptioni. pagina. 403. numero. 71
Actus de quo in dubio disputatur an sit usurarius uel ne, iudicium ecclesiasticum semper attenditur. in rub. de offi. ordi. pagi. 66. nu. 77.
Actum utiliter etiā sine mādato, præsumitur: & est perinde ac si fuisset mandatum. in rubri. de iudic. pagina 192. nume. 67
Actio regulariter an oriatur in contractibus innominatis. in rubri. de iureiuran. pag. 372. nu. 246. & 247
Actus ratione materiæ & à natura nullus, accedente iuramento an sustineatur. in rubri. de iureiuran. pagi. 343. nume. 190
Accusator qui semel egit in iudicio ecclesiastico, non debet rursus admitti in seculari. in rubri. de offi. ordina. pagi. 95. nu. 136
Actus contra iuramentum factus quando & qua ratione dicatur nullus. ibidem pag. 339. nu. 182
Adiectio ad actum ciuilem refertur. ibidem pagina. 386. nume. 37
Adiectio uerbum in defensione usucapionis positum refertur ad extraordinariam acquisitionem. in rubrica de præscrip. pag. 383. nu. 25
Adimplens iuramentum an possit pœnitere. in rubri. de iureiu.

iureiu.pag.373.nu.250
Affirmans sub periculo animæ suæ iurat.in rub.de iureiu ran.pag.255.nu.14.
Affirmãs p salutẽ suã,filiorũ,uel principis,iurat.ibi.n.16
Agens contra alium & contestatus litem an poßit eo inuito renunciare liti.ibid.pag.108.nu.31
Aliâs dictio est implicatiua similium.in rub.de offi. ordi. pag.129.nu.62
Alienans cum iuramento & promittens non contraueni re quomodo intelligatur: & de testatore iuramẽtum ab hærede exigente,& non iurante: uide in rub.de iu reiu.pag.326.arg.4.& pag.327.nu.163
Alienatio cum iuramento qua ratione teneat,uide ibidem pag.279.nu.48
Alienatio quæ de per se propter probibitionem legis non tenet,an confirmetur per iuramentum.in rubri. de iureiur.pag.278.nu.45
Alienatio fundi dotalis propter iuramentum sustinetur, quæ aliâs iure communi nulla esset. in rub. de iureiur. pag.276.nu.41
Alienatio fundi dotalis simpliciter facta nullam inducit obligationem.in rub.de iureiu.pag.266.nu.8
Alienatio quæ sit,ex qua præiudicium filijs nõ potest fieri.in rub.de iureiu.pag.272.nu.27
Alienatio facta per mulierem non obligat fideiussorem sicut nec principalem: secus tamen si per maritũ fiat. in rub.de iureiu.268.nu.11
Alienatio cum iuramento per prodigum facta non ualet. ibi.319.nu.146

Alienatio feudi dotalis annullatur per legē iuliam. in rubri. de iureiur. pag. 271. nu. 24
Alienare cēsetur rem suam qui eam præscribi patitur & poßideri. in rubri. de præscrip. pag. 385. nu. 29
Aliquos dictio addita dictioni excessus uerificatur in minoribus exceßibus. ibidem pag. 151. nu. 78
Alius dictio refertur regulariter ad similia tantùm. in rubri. de iudi. pag. 174. nu. 25
Anathema & excommunicatio in quibus differant: uide in rub. de iudi. pagi. 212. nu. 107
Anima quæ non obedierit principi morte morietur. in rubri. de iureiur. pag. 295. nu. 94
Anathema non est dictio græca sed hebræa, qua hebræi significant extremam detestationem. uide latè in rubrica de iudic. pag. 211. & 212. nu. 106
Arbitri iuris alicuius statuti uigore electi dicuntur, qui de causis inter affines aliosq́ue secundi statuti uigorem cognoscunt: de quorum iurisdictione uide altercationes ibidem, pag. 25. per totum nu. 25
Arbitri quibus lex mandat per eos causas cognosci, intelligi debent arbitri propriam naturam seruantes. ibidem nu. 36
Arbitrorum iuris species uide in rubri. de officio ordinarij. in sexta iudicum specie. pag. 24. nu. 33
Arbitri nulla statuti dispositione possunt nec fieri nec dici ordinarij iudices: cum eorum qualitates iudicibus nullo modo conueniant. in rubri. de officio ordinarij. pagi. 26. nu. 36
Arbitri iuris in causa suspitionis dati dicuntur, qui, delegato

gato principis recusato tanquam suspecto, sentētiam proferunt: quam Delegatus iam recusatus exequutioni demandat: & eandem delegatam iurisdictionem habent. ibidem nu. 34

Arbitri iuris ab ordinario ad unum articulum tantùm dati hi dicuntur, quibus ordinarius committit, ut (fideiussoribus ab altera partiū litigantium negatis idoneis) de eorum idoneitate cognoscant: & iurisdictionem delegatam habent. ibidem.

Arbiter habens iudicare secundùm æquitatem, nō admittit exceptionem præscriptionis. in rubri. de iureiur. pag. 377. nu. 9

Archiepiscopus (nisi ex causa) non potest delegare suam consecrationem. ibidem pag. 102. nu. 12

Archiepiscopus ex iusta causa ea quæ sunt ordinis delegare potest alteri Episcopo. ibidem nu. 13

Archiepiscopus regulariter non potest consecrationem sui Suffraganei alteri committere. in rub. de offi. ordi. cap. quod sedem. pag. 96. nu. 1

Argumenta à contrario sensu, dummodo sint à contrario sensu nedum literæ sed etiam rationis seu mentis semper ualent. in rubrica de officio ordinarij. pag. 99. nume. 9

Argumentum de quo in numero decimo, nunquam capitur à contrario sensu causæ impulsiuæ uel uerborum narratiuorum, seu modalium &c. ibidem. pagina. 100. nu. 10.

Argumentum à contrario sensu comprehendens sub se quatuor argumentorum genera uide in rub. de offic.

ordina.cap.Quod sedem,pag.97.nu.3.4.5.6.& 8
Arma qui portat,malum dicitur animum habere.in rub. de iudi.pag.190.nu.61
Assertio per fidem est species iuramenti.in rub.de iureiuran.pag.255.nu.13
Auditores Cardinalium æquiparantur legatis proconsulum:in eis tamen non fit distributio caussarũ,sed mandatam tantùm iurisdictionem habent.in rubri.de offi. ordi.pag.17.nu.21
Auditores curiæ secundum aliquos ordinariam in cognoscendo,delegatam uerò in pronunciando iurisdictionem habent:in totum tamen Delegati dici debent. in rubr.de officio ordina.pag.16.nu.20
Auxilij imploratio nõ fit nisi in subsidium & cum opus fuerit: priuilegium autem exemptionis non trahitur ad illa extraordinaria auxilia.in rub.de offic. ordina. pagi.85.nu.127

De litera B.

Bannitus semel potest etiam pluries de nouo banniri.in rub.de iudicijs. pag. 210.nume.104
Baptisma reiterans de iure ciuili summo supplicio affligitur.in rubri.de iudicijs.pag.175.nume.27
Baro donatarius cui princeps donauit castrum separatum à iurisdictione ciuitatis cum mero & mixto imperio,an poterit constituere uicarium uel prætorem. qui

qui cognoscat de causis criminalibus.in rub.de offic. ordi.pagi.159.nu.90.

Belligerãs bello illicito,captos in bello seruos suos facit. in rub.de præscriptionibus.pag.413.nu.95.

Blasphemans bis in cõtinuatione sermonis, ꝑ una tãtùm blasphemia punitur.in rub.de iudi.pag.179.nu.33.

Bonus qui fuerit saltem per triennium, non præsumitur quòd uelit reuerti ad delictum prius factum. in rub. de iudi.pagi.181.nu.37.

Boni mores ciuiles ea ratiõe sunt fundati, nè cõiuges mutuò se spolient.in rubrica de iureiurand.pagina.318. nume.198.

Boni mores ad quid sint fundati.in rub.de iureiur. pagi. 291.numero.81.

De litera C.

CAnonicum ius innititur æquitati.in rubrica de præscriptioni.pagina.379.numero.12.

Capere aliquem & eum uerberare diuersæ sunt speciei.in rub.de iudic.pag.188.nu.54.

Capi nullus potest nec debet,nisi aliqua cognitione circa præsumptiones & indicia præcedente.in rub.de iud. pag.187.nu.52.

Capiens fugitiuũ & per aliquot horas detinens, deinde uerò relaxans & non præsentans Iudici,an incidat in crimẽ priuati carceris.in rub.de iud. pag.198.nu.80.

Capitulum potest aliquam utilem cõstitutionem Episcopo etiam absente facere.in rubri.de iudi.pagina.192. nume.65.

Captura personæ difficilius conceditur quàm rerum.in rubri.

rubri.de iudi.pag.106.nu.74

Cardinali asserenti aliquid in alicuius præiudiciũ non creditur.in rub.de iureiur.pag.275.nu.35

Chartularij iudices dicũtur,qui ex forma statutorũ, uoluntariã habent iurisdictionẽ:& sunt notarij instrumenta guarentigionata scribẽtes,ac præceptum parti uigore iurisdictionis sibi à statuto concessæ facientes,ut intra certum diem soluat.in rubri.de.offic.ordi. pagi.28.nu.40

Casus in quibus iuramentum non operatur effectum qui & quot sunt,uide in rubri.de iureiuran. pagina.274. numero.33.

Castrũ exemptũ à iurisdictione ciuitatis an debeat gaudere statutis & priuilegijs Ciuitatis & ea obseruare. in rubri.de offi.ordi.pagina.160.nu.91.per totum.

Causa confirmante superueniente, actus qui etiam erat nullus,cõfirmatur.in rub.de iureiurã.pag.313. nu.134

Causa qualibet excusat laicum ab excõmunicatione, & etiam iniusta excusat à dolo.in rub.de iudic.pagi.185. nume.45

Causa ex qua legatus de latere mãdat Iudici ut ordine iuris seruato procedat,licet sit iusta,est tamen probanda,nec stabitur dicto simplici legati.ibidem.nu.46

Causa cum qua lex dicit aliquid debere fieri nõ præsumitur,nisi appareat.in rubri.de offic.ordina.pagina.102 numero.14

Causis impulsiuis, aut uerbis narratiuis seu modalibus cessantibus, non tamen cessat dispositio & intentio proferentis,in rub.de offi.ordi.pag.100.nu.10

Cedens

Cedens bonis uituperose puta percutiẽdo lapidẽ, ad pinguiorem fortunam deueniens nõ tamen tenetur. in rubri. de iudi. pagi. 212. nu. 124

Citatio secũdùm statutũ debet fieri in eos in quorũ praeiudiciũ actus uergit, nõ aũt quorũ secũdario interest. in rubri. de iureiuran. pagina. 275. numero. 36.

Ciuitatis cõstitutio est de iure gentium: & potest fieri sine autoritate superioris. in rubri. de offi. ordina. pagina. 29. nu. 2

Clausula, maledictionẽ nostrã incurrat: importat, quòd superior poterit extra ordinẽ punire. in rub. de offi. ordi. pag. 107. nu. 26

Clausula codicillaris quae aequiparatur iuramento an sustineat testamentum nullum. in rubri. de iureiu. pagina. 342. nu. 188

Clerico plura remedia contemnẽti nulla potest excusatio competere: & an possit à laico absq; alio processu condemnari. in rub. de iudi. pag. 218. nu. 120

Clericus incorrigibilis & realiter ex delicto degradatus non tamẽ statim efficitur de foro seculari. ibidem pagina. 219. nume. 121

Clericus negociator admonitus, & ter admonitus & nõ portans habitum non gaudet priuilegio fori. ibidem pagi. 168. nume. 11.

Clericus qui aliquibus casibus uerberari potest à fortiori poterit capi per laicum & duci ad suum iudicem. ibid. pag. 187. nu. 53

Clerici nũquam tenentur iurare tactis scripturis. in rub. de iureiuran. pag. 263. nu. 35

Clericus potest capi per laicum, ad finem, ut delictũ cõmittendum prohibeatur. in rub. de iudic. pagina. 189. nume. 57.
Clericus suspectus de fuga debet detineri, nec debet simpliciter stari fragilitati cautionis, in rubri. de iudic. pag. 172. nu. 19.
Clericus tunc dicitur per laicum licitè capi posse, quando aliâs delictum commodè impediri non posset, & esset præsumptum. ibid. pag. 189. nu. 59. & 60.
Clericus delinquens & dicens se nolle unquam pœnitere, an dicatur incorrigibilis. ibid. pag. 220. nu. 124.
Clericus non potest regulariter capi & detineri pro debito pecuniario. ibidem pag. 196. nu. 75.
Intellige tamen modo clericus non esset in dolo, ut pag. 197. seq. & nu. 76.
Clericus post debita contracta dolo faciens ne poßit integrum debitum persoluere, nõ potest uti beneficio. cap. Odoardus. ibid. pag. 197. nu. 78.
Clerici etiã in minoribus gaudent priuilegio fori. in rub. de iudic. pag. 166. nũ. 8.
Clerici de iure diuino nõ possunt à laicis principibus iudicari. in rub. de iudi. pag. 165. nu. 2.
Clericus hæreticus uel schismaticus nõ habet priuilegia clericorum, & propterea possunt iudicari etiã à seculari iudice. in rub. de iudic. pag. 166. nu. 6.
Clericus qui alium per proditionem interficit non debet expectari ut pœniteat, sed statim debet ab ecclesia degradari, & tradi curiæ seculari. in rub. de iudi. pag. 172. nu. 22.
Clericus

Clericus quia erat contumax & nolebat satisfacere pro furto, fuit damnatus ad carcerem, deinde relaxatus, an teneatur postmodùm satisfacere creditori cuius rem furatus fuerat. ibid. pag. 221. nu. 118
Clericus à laico deprehensus inducit crimen notorium, sicut si laicus esset deprehensus. in rubr. de iudi. pagi. 203. nu. 92
Clericus pro crimine furti deponitur. in rub. de iud. pag. 168. nu. 12
Clericus incorrigibilis fit de foro seculari etiam non secuta alia declaratoria, quòd sit incorrigibilis. in rub. de iud. pag. 215. nu. 112
Clericus existens in seruitio Episcopi non habetur pro non residente de iure communi. ibid. pag. 99. nu. 7
